



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso


Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>






UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



900000068355





E Libris Du Bois

Philos.
582.

de Schoondorp

Phil. 582

GODEFRIDI GUILIELMI
LEIBNITII
TENTAMINA
THEODICÆÆ
DE

BONITATE DEI
LIBERTATE HOMINIS
ET ORIGINE MALI

Latinè versa & Notationibus illustrata
à M. D. L.

Ab ipso Auctore emendata & auctiora.

TOMUS PRIOR.



FRANCOFURTI,
Sumptibus CAROLI JOSEPHI BENCARD
M. D. CCXIX.

EXCELLENTISSIMO DOMINO

D. JOANNI

FRIDERICO de KARG

S. R. I. Libero Baroni
de Bebenbourg,

Domino in Kirschschletten, ABBATI
Montis S. Michaelis, Serenissimi Electoris
Coloniensis Ministro Statûs & Supremo
Cancellario

T H E O D I C Æ A

Se

D. C.

Auspice TE, latio cur ausim incedere
cultu,

Effabor paucis, si, FRIDERICE, faves.
Tutorem Patri similem Pupilla requiro :

Vix alium, nisi TE, Patria Terra dabat.

Una GodeFRIDO FRIDericum pagina
jungat :

Nomina non unis penè gemella sonis.

Lipsia, Saxonia ipsa, suo se jactat Alumno ;

TU par Bambergæ Franconizque decus!

Docta inter monumenta Tuis patere, oro,
pusillum

In pluteis teneam Thejodicza locum.

Perge libris cumulare libros : Tua, quàm-
libet ingens,

Ingenio minor est Bibliotheca Tuo.

* 2

ELO-

ELOGIUM

THEODICÆÆ LEIBNITIANÆ.

A Ntæum (a) Alcides frangit dum
tollit in altum;
Sic Noster superat (b) *Daphnin ad*
astra ferens.

Victus uterque pari Telluris filius arte;
Gloria victores non tamen æqua
manet.

Est (c) sapiens forti, LEIBNITIUS
Hercule major:
Est verâ historiâ fabula ficta minor.

InCLyto LeibnItlo
FrancIsCVs FanICaMpIVs
post fata CeClnIt.

(a) *Vide Iconismum in fronte Libri.*

(b) *Virgil. Ecl. 5. versu 52. Daphnin ad astra feramus.*
Vide dissertationem de conformitate Fidei cum
Ratione in fine.

(c) *Sap. 6. v. 1. Melior est sapientia quam vires.*
Eccle. 9. v. 18. Melior est sapientia quam ar-
ma bellica.



MONITUM INTERPRETIS.



Abest tandem, Lector benevole, promissam dudum Theodicæ Leibnitianæ versionem, de quâ quid Orbis literatus sentiat, cùm omnia penè Eruditorum Diaria dudum id personent, hîc referre supervacaneum censeo. Quia tamen Illustris Autor sententias suas ita temperare voluit, ut ab Ecclesiæ Romanæ placitis neutiquam abhorrerent, prætereunda mihi non arbitror iudicia Catholicorum, in quibus nomen ego meum, quæ Dei gratiæ est, lubenter profiteor.

Tria potissimum è totidem regionibus iudicia huiusmodi nactus sum, quæ hoc loco producere iuverit.

Ordior à Censura, quam Criticis in libros recentiores Commentariis Trevoltii quot mensibus prodire solitis insertam reperi. Non dissimulant quidem Censores illi se à quibusdam Leibnitii opinionibus dissentire, nonnulla adeò non obscure improbant; universum tamen de Operis Summâ sic ferè pronunciant.

- „ Analyses quibus Bayliana ratiocinia Fidem cum
- „ Ratione collidentia Leibnitius ad vivum resecat,
- „ sine dubio peritis rerum æstimatoribus placebunt.
- „ Et verò clara in luce collocant, quantopere ingeniû
- „ meditationes suas ad rationis trutinam exigere natum alteri ingenio, acuto quidem illi, sed desultorio
- „ præcellat.... Ubique vastissimi ingenii & eruditionis

Monitum Interpretis.

tionis præstantia singularis enitescit. Virum demiratur adeò, dum quædam ejusdem principia, quæ responsionibus aliquot substruit, aut sparsim obiter innuit, probare non possumus. Sed horum in numero ingeniosum Harmoniæ præstitutz Systema minimè profectò reponimus, etsi enim illi Systemati per omnia non assentiamur, at certè id libertati humanæ valde favere nobis est persuasissimum.... Undeviginti Axiomatum in quibus Baylius omne causæ suæ robur præsidiumque posuisse videbatur, inanitatem fallaciámque ita perspicuam fecit, nemo ut integram Leibnitio victoriám possit abjudicare: Baylius ipse, si viveret, victas manus daret. Ceterùm argumenta quibus Baylius adversus moralem eligendi optimi necessitatem dimicat, gravia sanè sunt, & Sapientum non paucorum sensibus accommodata. Hæc tela quàmvis Leibnitius magno ingenii acumine retundat, non tamen plagam vitat nisi sententiám istam magnis leniendo temperamentis; sed, commodùm, auxilio tali. Causa Dei non indigebat.

„ Deus, Autore Leibnitio, id semper eligit quod optimum est, sed citra necessitatem. Poterat quidem Deus nihil condere, sed si quid condere staterit, id semper faciet quod est optimum. Igitur è possibilibus mundis omnibus eum condendum elegit qui pensatis omnibus perfectissimus foret. Hoc sanè cuneo difficultatis nodus expediretur promptissimè; sed isti principio Theologi complures reclamabunt dicentque Deum rei nullius indigum ac perfectissimè summèque liberum esse, & quemadmodum potuit nihil condere, ita minùs perfecta aliis quæ condita non sunt, posse producere; denique Deum non adstringi ad optimum, imò Deo nihil esse optimum, sed ipsum sibi planè sufficere.

Nec

Monitum Interpretis.

„ Nec tamen diffidentur hi Theologi Deum, etiam
„ dum liberrimè agit, sapientiæ suæ dictata consu-
„ lere, ac rationibus adduci, cur agat, aut cur hoc po-
„ tiùs quàm alio modo se non indigno agere decer-
„ nat. E quo principio minimè controverfo eadem,
„ quæ Leibnitiùs è suâ Hypothesi, commoda elicere
„ se posse autumant. Magnus noster Philosophus
„ omnem absolutam necessitatem à certissimâ quam
„ Deo tribuit, optimi electione procul removet. At
„ enim, si electionis Divinæ certitudo, in ipsa Dei na-
„ tura ac perfectione fundatur unicè, naturalis illa ad
„ eligendum optimum *Determinatio* quo pacto cum
„ libertate constabit? Ne tribuamus Illustri Viro con-
„ sectaria quæ ipse disertè respuit. Si enim quæcum-
„ que de infallibili electione optimi toto lucubrati-
„ onis suæ decursu differuit, unum in conspectum col-
„ ligantur omnia, comperietur nihil dixisse quod
„ Theologos libertatis arbitrii tuendæ quantumvis
„ studiosos magnopere terrere debeat. Contendit
„ ergo voluntatem universim ad alterutram partem
„ nunquam deflectere sine ratione movente, Dei vo-
„ luntatem ferri semper in eos fines qui Divinam sa-
„ pientiam omnium maximè deceant, hominem
„ avarum sordidè, munificum benignè semper actu-
„ ros, nisi affectum indolèmq; mutaverint; at simul
„ inculcat frequentissimè voluntatem nullâ verâ ne-
„ cessitate ad partem quam amplectitur adigi, posse
„ affectui genioque suo resistere, posse eundem ex-
„ pellere atque in oppositam partem divertere, non
„ rari inclinationis suæ pondere, sed eî liberrimè ce-
„ dere; nam affectio prævalens est quidem ratio,
„ quæ voluntatem agere faciat, quod tamen affectio
„ ista cæteris omnibus impulsibus oppositis prægra-
„ vet ac pervincat, id à voluntate, ejusque liberrima
„ optione habet; in hac porro *Determinatione* ne-
„ cessitatem,

cessitatem, si quæ sit, esse duntaxat *consequentem* ;
(sic enim eam Autor vocitat) quam etiam appellat
moralem ; sed dum eam consequentem vocat, satis
eam à Protestantium quorundam ac Janenistarum
morali necessitate secernit. Submolestè vidimus
Lutheri Librum de Servo arbitrio adversus Eras-
mum ab Autore nostro probari, certè locus ipse,
quem ex opere isto laudat, eum ab hac approba-
tione absterrere debuisset. *Cumulus amoris est*, in-
quit Lutherus, *amare Deum qui tam inamabilis*
videtur, tam severius, tamque promptus ad damnan-
dum. Hiccine cumulus amoris magis amare quem-
piam, quia magis odio dignus videatur ?

„ De cætero fassus est Leibnitius ingenuè, uti
magni Viri solent, se quandam P. Friderici Spee
Jesuitæ Germani pietatis ac doctrinæ famâ conspi-
cui sententiam non rectè fuisse interpretatum, ne-
que Charitati vim seipsâ justificandi ab hoc Autore
tribui, nisi ei quæ fide verâ supernaturali nitatur.
Est præ manibus epistola, à Leibnitio ad Amicum
data, quâ hanc esse Autoris illius mentem fatetur,
simulque verissimas, quas in Speum congesserat,
laudes confirmat. Illud verò Theologiæ cujusdam
Astronomicæ Systema quod tacito Autoris nomine
noster memorat, & primus cavillatur, admirationi,
quam veterum Hæreticorum somnia nobis inter-
dum movent, cohibendæ prorsus est appositum.

„ Leibnitius meritas laudes tribuit egregio Libro
D. Kingii Dublinensis Archi-Episcopi de Origine
mali, in quo nihil ferè carpit nisi quòd Kingius
essentiam libertatis in indifferentia æquilibri statuat,
quam sententiam Leibnitius magnâ ingenii conten-
tione refellit ; sed revera cum Kingio facili negotio
conciliari posset. Leibnitius enim, ut vidimus, ne-
cessitatem omnem repudiat, & vagam duntaxat indiffe-

Monitum Interpretis.

indifferentiam impugnat, vultque sine ratione vel
causa movente nunquam agere voluntatem; Kin-
gius verò voluntatem, dum agit, agendi ratione
moveri, aut rationis consilium audire non negat;
sed solùm contendit voluntatem etiam ubi ratio-
nem consuluit, etiam in ipso vehementis affectionis
ardore, actionis suæ dominam remanere; verbo
electionem ab ipsa voluntate oriri, esse que verè libe-
ram, quod Leibnitius non inficiatur. „ Hactenus
Trevoltiani, ut cætera præteream, in quo Theodicæ
sensa referunt potiùs quàm dijudicant.

Subeat nunc alter sapientiâ & eruditione nemini
hac ætate secundus, ut cæteras ejus laudes taceam.
Is suam de Leibnitiano Opere sententiam significavit
litteris ad me datis, quarum fragmenta exhibeo.

„ Legi, quantum per occupationes licuit, librum
amicissimi Leibnitii, ac nisi temporis angustia pro-
hiberent, ad eundem rectà scriberem cum gratia-
rum actione non uno ex capite illi à me debitâ,
cumque approbatione, gratulatione, consensione
secum mea in omnibus ferè saltem præcipuis, certè
substantialibus absolutissimi speciminis partibus.
In mentem venère plurima inter legendum, quibus
chartas non paucas facilè implem, si tempus sine-
ret. Bina illa principia, quibus opus nititur de Dei
libertate ad optimum rerum universitatis Systema
deque libertate quacunque ad melius ex propositis
mixtis bono malis determinata, sive ex morali ne-
cessitate, sive ex analogâ quadam determinatione
ad necessitatem talem (nam hæc utpote in necessi-
tate consistens Deum dedecet) nullatenus officere
ipsi libertati indifferentiæ (quam æquilibrii perfecti
esse nosim) jam diu est quod persuasissimum habeo.

„ Sed adhuc evidentiora & omnibus passim,
nedum plerisque Sapientibus concessa aut conce-
denda principia statui posse credo, quibus sive demon-
* 5

„ demonstratio, siue responso planè demonstrativa
„ inædificetur adversùs accusatores Divinæ Provi-
„ dentia, puta: possibile esse unum Systema mundi
„ peccata ac mala complexum. (qualia in aetuali
„ hoc mundo contingunt) longè tamen melius altero
„ item possibili Systemate solas innocentes creaturas
„ comprehendente, quidquid sit, utrum Systema
„ omnium perfectissimum possibile sit, uti creatura
„ perfectissima, idemque peccatis malisque confer-
„ rum esse possit. Jam verò Deus possibile illud me-
„ lius præ altero elegerit infinitæ bonitatis suæ incli-
„ natione ad melius. Hoc posito, cui nemo rerum
„ harum peritus repugnaverit, clariùs & evidentiùs,
„ uti reor, cuncta illa deduci possunt quæ ex dato
„ Systemate mundi omnium perfectissimo deducun-
„ tur. Sed de his hæctenus.

„ Ad illa de P. Speio deque caritate extra Eccle-
„ siam hæc adnotare habeo. Extra Ecclesiam *excusa-*
„ *sationes* ob invincibilem ignorantiam, non autem
„ *probabilitates* aut *opiniones* juvare quæquam posse,
„ siue ad salutem, siue ad caritatem. Siquidem pro-
„ babilitas in moralibus neminem securum facit, ubi
„ modus & via suppetit certò & evidenter (saltem
„ morali certitudine) comperiendæ veritatis, quod
„ ipsum demonstrari potest. Atqui modus talis in-
„ dubitatè suppetit (inprimis Viro jam probabilibus
„ imbuto) veræ Ecclesie comperiendæ: alioqui vi-
„ sibilis illa non esset, &c. Hoc adversùs eruditos
„ Adiaphoros, Tolerantes, Syncretistas & similes
„ peremptorium esse puto. Hæc eursim dictabam
„ aliorum avocatus per vexatissimum quod invitus
„ gero... officium.

Idem in aliis literis: „ Ceterum de re totà ita
„ sentio, Systema illud asserendæ Divinæ Providentiæ,
„ præferim circa malum potuisse, quod ad summam
argu-

Monitum Interpretis.

„ argumenti attinet, à nostris quoque Autoribus (Ca-
„ tholicis) dignè proponi; quod ad modum verò per-
„ tinet, ea omittenda quæ Autorum A catholicorum
„ encomia continent, vel nimiam tolerantiam redo-
„ lent, & ejusmodi alia aut certè locis istis per notas
„ consulendum. Ita Ille.

Tertius denique Theologus voluminum egregio-
rum notissimus Autor cæteris paulò enucleatiùs de
Theodicæa jam in latinum sermonem conversa hoc
judicium rogatus tulit.

„ Liber Domini Leibnitz, *inquit*, tersè & accuratè
„ latinè redditus est, multamque continet omnis ge-
„ neris eruditionem, & in variis ad doctrinam Ro-
„ mano-Catholicam accedit. Annoto quædam quæ
„ salvo meliori judicio, mihi non videntur probanda.

„ 1. Non placet, quod ait, Deum moraliter ne-
„ cessitatum fuisse, ut ex omnibus possibilibus opti-
„ mum eligeret, quem creavit. Hinc enim sequi vi-
„ detur, quòd tam impossibile sit hunc mundum non
„ existere, quam impossibile Deum hujus existen-
„ tiam non elegisse. Atqui secundum hunc Aucto-
„ rem, Deus peccaret contra suam Sapientiam & Boni-
„ tatem infinitam, si non eligeret existentiam mundi
„ optimi: Implicat autem contradictionem, ut Deus
„ contra Sapientiam & Bonitatem suam peccet, er-
„ go non solum moraliter, sed etiam metaphysicè im-
„ possibile fuit, ut Deus mundi hujus qui optimus
„ est existentiam non elegerit; sicut metaphysicè im-
„ possibile est, ut Deus contra suam Sapientiam &
„ Bonitatem peccaverit. Per consequens, tantà ne-
„ cessitate existit hic mundus, quantà necessitate Deus
„ summè sapiens & bonus est, quæ est necessitas om-
„ nium maxima.

„ Fateor hunc mundum, licet optimus suppona-
„ tur, non tamen in objecto suo includere necessita-
„ tem

Monitum Interpretis.

tem existendi sed meram possibilitatem & indiffe-
rentiam. Verùm si ex summa Dei bonitate & sapi-
entia quæ sunt prædicata mundo extrinseca, in ipsum
refundatur mundum necessitas summa existendi,
illam tam necessariò habebit quàm si ex objecto suo
nasceretur ac perinde liberam Dei electionem ad
creandum vel non creandum evertet. Quid enim
refert quod aliquod objectum indifferenter mihi
proponatur, si Deus aliunde per motum physicè
prædeterminantem vel per gratiam Calvinii irresistibilem
necessitet me ad illud prosequendum: nonne
perinde libera mea impedietur electio, ac si ipsum
per se objectum me raperet irresistibili necessitate?
Sicut ergo in me, sic in Deo nulla superesset libertas
eligendi: & sicut hanc in me destrueret motus phy-
sicè prædeterminans objecto extrinsecus; sic illam in
Deo destrueret summa sua bonitas & sapientia mun-
do extrinseca.

2. Non placet quòd in Præfatione (*quatuor paginis ante finem*) probetur doctrina Confessionis Augustanæ, quòd circa res salutare homo non renatus instar mortui reputandus sit, adeoque in conversione sua merè passivè se habeat sicut glacies dum frangitur: Quod repugnat Tridentino.

3. Nunquam legi defensores Scientiæ mediæ, quales describuntur §. 40. pag. 96. circa finem.

„4. Non placet quod §. 74. pag. 121. dicitur,
quòd laudes ac vituperia, premia pœnaque magnam
utilitatis sua partem retentura semper forent, etiamsi
nostræ actiones vera necessitati subjacerent.

„5. Non placet quod §. 91. pag. 133. & 134. dicitur
animas humanas (*saltem ut sensitivas & animales*,
quibus postea ratio accesserit) ab initio mundi
in quadam corporis organica ratione existisse.

„6. Non placet quod §. 124. pag. 167. dicitur
quòd

Monitum Interpretis.

Quod nulla detur creatura rationalis sine quopiam organico corpore, nec nullus spiritus creatus à materia penitus avulsus.

„7. Non placet quod variis locis dicitur, infinitam propemodum multitudinem creaturarum rationalium in aliis globis cælestibus existere.

„Denique nimium ubique laudantur scripta Hæreticorum.

Hæc Theologus quem memoravi.

Es quidem quæ duo priores generatim animadversione digna censuerant, hæc in adnotationes, quas opitulante Deo, & Illustri Leibnitio ipso, dum viveret, hortante satis uberes, & alteri justo volumini insendas edere meditor, explicatiùs discutienda remitto, contentus nunc in antecessum aliquas duntaxat cogitationes meas in eruditam postremi censuram hæc at-textere, ad secutura promulsidis instar futuras, quas utri & cætera mea deinceps omnia Ecclesiæ Romanæ Catholicæ, ejusdemque supremi in terris Capituli auctoritati reverenter, ut par est, religiosèque subjicio. Itaque

Ad Primum: Deum moraliter necessitari ad optimum eo in genere, in quo possibile optimum est, eligendum, tuentur è Jesuitis Jacobus Granadus in Primam Partem Tomo 1. Controversiâ 3. Tractatu 2. Disputatione 3. Sectione 5. & 6. pag. 428. edit. Mussipont. latissimè verò & erudissimè Didacus Ruizius Tomo de voluntate Dei, integris Disputationibus nonâ & decimâ, quos sequuntur Silvester Maurus de Deo qu. 53. n. 6. Agidius Estrix in Diatriba Theologica Sect. 1. Assert. 5. 6. & 11. & recentissimè Dominicus Viva de Incarnatione Disp. 1. qu. 2. art. 2. referens pro eadem sententia Thyrsus Gonzalez T. 3. Disp. 11. Porro mundum qui nunc existit mundorum omnium possibilium optimum esse ad mentem
lib-

Monitum Interpretis.

Leibnitii, docet Sebastianus Izquierdus Tom. 2. de Deo Disp. 32. q. 3. Proposit. 6. n. 111. & Proposit. 9. ubi n. 125. id ipsum egregiè elucidat. In eandem Sententiam propendet Maurus Tom. 1. qu. 51. n. 22. docens *posse dici, quòd ita mundus est formaliter optimus, ut licet possit dari alius mundus materialiter melior, eo tamen ipso talis mundus esset formaliter minus bonus quàm mundus existens de facto.* Id ipsum docuerat Antonius Perez ex eadem Societate saltem in serie naturali rerum, de voluntate Dei Disp. 6. cap. 6. n. 52. & seqq. quorum omnium Autorum loca referentur in Notis.

Hæc doctrina si jungatur paulò supra relatæ, planè conficit, Deum necessitari moraliter ad optimum in sensu Autoris Tentaminum.

Ad argumentum contrarium respondebit, opinor, Leibnitius verum esse, quòd tam impossibile sit hunc mundum non existere quàm est impossibile Deum hujus mundi existentiam non elegisse. Concedet etiam, si ex summa Dei Bonitate ac Sapientia in ipsum mundum refundatur necessitas existendi Metaphysica, illam necessitatem Metaphysicam tam necessario habiturum esse mundum, quàm si necessitas illa ex objecto sive mundo ipso nasceretur.

Sed negabit implicare contradictionem, quòd Deus non eligat optimum, ut pote qui tantum moraliter necessitatus sit ad optimum illud eligendum. Hanc responsionem Autoris menti consonare vel indè patet, quòd præter alia quæ Leibnitius in Theodicæa sua passim disserit contra Benedictum Spinosam, Thomam Hobbiolum aliosq; (uti dum §. 201. dicit: *Si Deus metaphysicè necessitaretur ad producendum ea quæ produxit, vel producturam omnia possibilis, vel nihil producturam*) consultus à me super hac ipsa Systematis sui difficultate responderit: *In Deo optimè agendi moralem esse necessitatem. Omnino scarno potentiam se determinandi*

Monitum Interpretis.

di sine ulla causa seu sine ulla radice determinationis implicare contradictionem, neque hinc sequitur Metaphysica omnium effectuum necessitas, sufficit enim causam vel rationem non esse necessitantem metaphysicè, etsi metaphysicè necessarium sit ut aliqua sit talis causa, id est moraliter, non metaphysicè necessitans. Et alià Epistolâ : Deus necessitatus est ad mundum creandum, moraliter, non metaphysicè. Denique § 234. Non implicat contradictionem quòd Deus velit, vel directè vel permissivè rem quampiam qua contradictionem ipsa non implicat, & in hoc sensu fas est dicere, Deum posse eam velle.

Quâ verò ratione necessitas ista Metaphysica rationis tantùm moraliter, non metaphysicè necessitantis à Leibnitio asserta sit explicanda, elici potest è doctrina quam tradit Ruizius Disp. 80. de Scientia Dei Sect. 8. & 9. & Izquierdo supra n. 98. Martinus Esparfa, de Deo qu. 28. art. 9. affine quidpiam sentire videtur dum docet; nullam Deo convenire posse necessitatem moralem, quæ non sit fundata in necessitate aliqua Metaphysica.

Dum itaque Leibnitius alicubi dicit : Deum contra Sapientiam & Bonitatem infinitam peccaturum, si non eligeret existentiam mundi optimi, aliâque similia, locutiones hæc duriores, quas ego auxeses dixero, mitigandæ sunt, uti & nonnulla SS. PP. eandem in rem effata, nec à Leibnitiano loquendi modo aliena, & Metaphysicam electionis Divinæ necessitatem primâ fronte insinuantia, temperamento quodam indigent, quorum aliqua è re erit hîc proferre. Clemens Alexandrinus. lib. 6. Stromatum. *Cum Deus sit bonus, inquit, si cessaret benefacere, Deus quòque esse cessabit.* Athanasius lib. 2. de Incarnatione Verbi Dei : *Deus, inquit, bonus est, vel potius fons bonitatis; bonus autem nullus invidia tangitur, unde nulli essentiam invidens ex non entibus universa creavit,*

Augu-

Monitum Interpretis.

Augustinus de Genesi ad litteram Cap. 16. *Si autem posset (bona facere) nec faceret, magna esset invidentia.*

Anselmus Lib. 1. Cur Deus Homo. Cap. 12. & 13. probat indecens, inordinatum & repugnans dignitati Dei esse dimittere impunitum & absque ulla satisfactione peccatum. *Necesse est, inquit, in fine capitis 13. ut aut ablatum (Deo) honor solvatur, aut pena sequatur, alioquin aut Deus sibi ipsi Deus justus non erit, aut ad utrumque impotens erit, quod nefas est etiam cogitare.*

Hæc (aliâque hujusmodi) verba, teste Ruizio & Dionysius Carthusianus in lib. 1. Sentent. dist. 45. q. 1. refert & notat esse malè sonantia; *Nihilominus, subdit Ruizius, piè possunt explicari juxta mentem prædictorum Patrum; verumtamen ille modus loquendi non est usurpandus ita crudus, sed condiendus gravis salis.* Quod ipsum advertens ipse Leibnitijs patricis post vulgatam Theodicæam mensibus sic ad me scribebat: *Universim vocabula ista (necessitatis, & aliâ hujusmodi) ita interpretari malim ne quid consequatur quod malè sonet. Nescio an aliter locutus sim aliquando, etsi non in rebus, sed in phrasibus fuit lapsus.*

Itaque, ne cum Abælardo, cujus erroneam doctrinam rejicit, sentiat Autor, ejus locutiones sic explicandas arbitror, ac si diceret: Si Deus ad eligendum mundum è possibilibus optimum moraliter non necessitaretur, non foret infinite sapiens aut infinite bonus, vel paulò aliter: carentia necessitatis moralis ad optimum stare non potest cum sapientia & bonitate Dei infinite perfectis. Quas propositiones necesse est veras esse fateantur, qui cum Leibnitio tuentur perfectiorem esse libertatem (adeoque Deo necessariò tribuendam) quæ necessitetur moraliter ad optimum quam quæ respectu optimi moraliter sit libera. Id autem

Monitum Interpretis.

autem tueretur Ruizius, dum Disp. 10. de Voluntate, Sect. 4. n. 19. dicit, *maiores esse libertatem Dei (necessitati moraliter) quam si foret moraliter liber ad eligenda bona quae sunt minus rationabilia & minus convenientia in ordine ad universum. . . . Sicut perfectio potentis velle consistit in eo quod possit amplecti bonum; sic etiam summa perfectio summæ potentis velle perfectissimâ ratione voluntarii consistit in eo quod possit constanter & infallibiliter amplecti majus bonum: denique moralis illa libertas ad minus bonum minueret perfectionem Domini quod est de ratione libertatis &c.* Videatur idem Ruizius ibid. Sect. 2. n. 2, ubi dicit absolute & physicè necessarium esse quod infallibilis moraliter sit Deo volitio optimi. Tueretur Izquierdus, dum Disp. 31. qu. 7. Prop. 2. n. 391. docet, *in eo ipso stare summam libertatis divinam perfectionem, quod ad optimum moraliter necessitetur.* Videatur idem Disp. 32. à n. 98. ubi fatetur necessitatem moralem ad optimum esse perfectionem Deo intrinsecam ac necessariam.

Tueretur denique Viva, dum loco supra citato. n. 8. & 10. Corollario 3. ait *Necessitatem moralem ad optimum spectare ad perfectissimam libertatem, non secus ac necessitas metaphysica ad non peccandum.*

Neque ex eo quod necessitas illa moralis ex parte objecti, sit perfectio Deo intrinseca, adeoque metaphysicè necessaria sit ex parte subiecti, conficitur, esse quoque metaphysicè necessarium illius necessitatis terminum sive mundum optimum. Nam ut inquit Izquierdus n. 99. *Dato quod non existeret id ad quod est est necessitas moralis in voluntate divina, nullatenus auferenda foret talis necessitas, sed simul cum negatione ejus ad quod necessitat permansura; nam hæc conjunctio non est impossibilis metaphysicè, sed tantum moraliter.* Ex aliquo autem moraliter impossibili posito nihil mirum, si sequatur aliud etiam moraliter impossibile, qualis

* *

Monitum Interpretis.

qualis est ea conjunctio, ex quo patet reverà non sequi, Deum non esse Deum ex eo quòd omitteret aliquid, ad quod est necessitatus moraliter. Nec sequitur, talis necessitatem physicam (aut metaphysicam) esse: etsi ea physicè (imò metaphysicè) per suam essentiam habeat non posse conjungi moraliter cum contradictorio ejus ad quod est necessitas: quia aliud est esse necessitatem physicam (aut metaphysicam) aliud habere per essentiam physicam hoc quod est, esse necessitatem moralem. Hucusque Izquierdus. Vide etiam Ruizium de Scientia Disp. 80. Sect. 7. & seqq.

Ad secundum: Totus Leibnitii Contextus sic sonat: Dum alibi dixi hominem in conversione uti auxilio gratiæ, monendum duxi, me solùm intelligere quòd eo utatur per cessationem resistantiæ superatæ, sed sine ulla cooperatione ex parte sua, sicut glacies non cooperatur, dum frangitur: nam conversio gratiæ solius opus est, ad quod homo non nisi resistendo concurrat, hæc autem ejus resistantia nunc major nunc minor est pro ratione personarum & occasionum. Sed & circumstantiæ ad attentionem nostram & ad motus in anima nascentes plus minúsve conferunt & harum omnium rerum concursus ad mensuram impressionis gratiæ statumque voluntatis additus effectum ipsius gratiæ determinat, non tamen necessarium reddit. Satis alibi mentem meam explicavi, quòd circa res salutare homo non renatus instar mortui reputandus sit, & valdè probo modum, quo Confessionis Austriacæ Theologi hæc capita exponunt. Hæc tamen hominis non renati corruptio non vetat quominus homo veras alioqui virtutes morales habeat, & in civili vita bona quandoque opera è principio bono provenientia faciat abique omnis actualis peccati mixtura. *Hucusque Leibnitius.*

In-

Inprimis quod locutionem illam attinet : *circa res salutares homo non renatus instar mortui reputandus est* : Notandum quòd Leibnitius Tentaminum parte 3. §. 280. in fine sic loquatur : *Generatim loquendo, convenientius videtur dici, quòd observatio divinarum mandatorum possibilis semper sit, ipsis etiam non regeneratis; quòd gratia sit semper resistibilis, etiam in viris sanctissimis; quòd libertas immixta sit non solum à coactione sed etiam à necessitate &c.* Et §. 283. *Adhuc pariter nequeo ut credam à Deo damnari eos, quibus lumina sive notitia necessaria desunt, nec quidquam vetat eum Theologis non paucis statuere, hominem plura quàm nobis constet auxilia, saltem in mortis articulo consequi. Sed neque necesse est omnes qui salvantur salvari per gratiam seipsà & independentem à circumstantiarum ratione efficacem.* Adde quòd Autor §. 95. inter alia dicat : *Axioma istud: Facienti quod in se est, non denegatur gratia necessaria, eterna mihi veritatis esse videtur.* Neque etiam, inquit Causæ Dei assertæ §. 89. *Scintille imaginis divinae penitus extinctæ sunt, sed per gratiam Dei prævenientem etiam ad spiritualia rursus excitari possunt: ita tamen ut sola gratia conversionem operetur.* Porro reliquia divinae imaginis, ut ibidem §. 92. asserit, *consistunt tum in lumine innato intellectus, tum etiam in libertate congenita voluntatis. Utrumque ad virtuosam vitiosamque vitam necessarium est, ut scilicet sciamus velimusque que agimus, & possimus etiam ab hoc peccato quod committimus abstinere, si modo satis studii adhibeamus.*

His aliisque dictis, si quid iudico, Leibnitius se satis ab erronea doctrina secernit. Solum ergo vult hominem irregeneratum sine omni gratiæ auxilio tam parum operari posse actus salutares, quàm parum mortuus actus vitales elicere potest. Quod Doctrinæ Catholicæ non dissonat.

Monitum Interpretis.

Nec refert quod his in capitibus cum Confessionistis Augustanæ Theologis se sentire profiteatur, nam Illustrissimus Bosluetius Meldensis olim Episcopus Historiæ Variationum lib. 3. n. 18. rectè monuit in negotio iustificationis nil ferè veri dissilii esse inter Catholicos & Confessionis Augustanæ sequaces.

Alterum Leibnitii dictum est. *Homo in conversione utitur auxilio gratia per cessationem resistantia superata*, sed sine ulla cooperatione ex parte sua, sicut glacies non cooperatur dum frangitur, ex quo, uti arguit eruditus Censor, sequi videtur, hominem in conversione sua merè passivè se habere, quod repugnat Concilio Tridentino.

Hæc ut explicentur, observanda sunt hæc verba Leibnitii supra citata. *Harum omnium rerum concursus ad mensuram impressionis gratia statumque voluntatis additus effectum gratia determinat, non tamen eum reddit necessarium.* Si enim effectus gratiæ in conversione non redditur necessarius, ergo effectus ille remanet liber. habet enim conditiones omnes ad libertatem requisitas, quæ sunt (ut Autor ipse §. 34. & §. 302. statuit) ut actus sit spontaneus, deliberatus & non necessarius, ac necessarium quidem non esse disertè hoc ipso loco pronunciat, deliberatum esse ponimus, spontaneum etiam esse patet, cum conversio sive effectus gratiæ sit actus voluntatis, ergo remanet liber. At quid igitur sibi vult Autor, inquires, dum ait, hominem uti auxilio gratiæ per cessationem resistantiæ superatæ, sed sine ulla cooperatione ex parte sua sicut glacies cum frangitur? nonne hoc idem est ac dicere, quòd homo in conversione sua merè passivè se habeat?

Respondeo has duas locutiones, saltem in sensu Leibnitii, minimè æquivalere, inprimis enim glacies, dum frangitur, secundùm Leibnitii principia, non habet

Monitum Interpretis.

bet se merè passivè, cum ipse nullas actiones nisi immanentes admittat. Videatur §. 300. ubi asserit: *quamlibet in natura substantiam (simplicem scilicet) esse omnium suarum operationum causam unicam, & ab omni cujusvis alterius influxu physico immunem, si ordinarium Dei concursum excipias.* Sed nec corpora composita (quale est glacies) merè passivè se habent, *nam sciendum est* (scribebat ad me Leibnitijs non multis mensibus ante mortem) *corporibus reverà vim novam non dari, sed in iis existentem tantùm ab alijs determinari seu modificari: & cum corpus incurrit in aliud (ut certè fit dum glacies frangitur) impellit ipsum determinando vim elasticam inexistentem [Glaciei V.G.] à motu intestino ortam: quemadmodum visibile est si duæ vesicæ inflatæ æquales æquali celeritate concurrant, ubi per concursum rediguntur ad quietem, & deinde per insitam vim elasticam resumunt motum. Idem fit in omnibus concursibus, neque enim natura unquam agit per saltum, seu nullum corpus momento transit à quiete ad motum vel à motu maiore ad minorem aut contra, sed transit per intermedia, & hoc fit ope vis elasticæ seu motus insiti à fluido permeante.* Hæc Leibnitijs. *Quòd hominem, ajebat idem alijs literis, in conversione glaciei comparavi, accipiendum est pro natura subjecti. Resistentiâ, quæ in homine per gratiam superatur, est vitalis, cum consistat in præjudicijs intellectus & passionibus voluntatis.* Deinde homo, fatente Leibnitijs, in conversione sua utitur auxilio gratiæ saltem per cessationem resistentiæ superatæ, quod sufficit ut homo non merè passivè se habeat. Cessatio enim illa libera est, adeoque non merè passiva, alioquin effectus gratiæ redderetur necessarius, quod disertè negat Leibnitijs. Solùm ergò contendit totam rationem conversionis, quatenus conversio perfectionem involvit, refundi in gratiæ vires, ita ut homo non possit ad Deum se

Monitum Interpretis.

se convertere nisi pro modo ac mensura gratiæ sibi divinitus concessæ, libertatem verò hominis in ea cessatione resistentiæ immediatè exerceri, per hoc nempe quòd voluntas hominis non obstantibus præjudiciis intellectûs & passionibus voluntatis sequiora suadentibus quæ solum inclinant, non necessitant, uti Leibnitiuss passim inculcat, liberè sinat se trahi à gratia, qua cessatione liberè positâ voluntas deinde absque nova libertate determinetur ab impressione gratiæ.

Voluntas, inquit Auctor noster, §. 33. tendit ad bonum universale, ferri debet in perfectionem quæ nobis congruit & suprema perfectio in Deo est. Voluptates omnes aliquem perfectionis sensum in seipsis habent, sed ubi in sensuum voluptate vel aliqua quacumque sistimus cum dispendio majoris boni, puta, valetudinis, virtutis, unionis cum Deo, felicitatis; in hac privatione tendentiæ ulterioris noster defectus consistit. Perfectio generatim est positiva quædam & absoluta realitas; defectus autem, privativus est, à limitatione ortum habens & tendens ad novas privationes.

Hæc doctrina affinis est iis quæ docent, Bellarminus lib. 3, de Gratia & Libero Arbitrio Cap. 9. in Responsione ad Argumentum septimum, Cabrera Disp. 2. §. 11. n. 464. & seqq. ubi ait. *Auxilium efficax incipere à nobis dispositive quia determinatio pendet ex libera dispositione nostra voluntatis negativa, licet effectivè sit à solo Deo, quia voluntas se disponit ad talem actum, ideo Deus per auxilium efficax ad illum eam determinat.* Item Balthasar Navarrete in 1. p. q. 19. art. 8. Controv. 20. Editionis Vallisoleranæ pag. 319. dicens: quòd quamvis auxilium efficax sit intrinsecè determinatum ad unum actum, tamen actuè liberum arbitrium relinquendo in eodem instanti facultatem eidem ut possit resistere tali auxilio, atque

Monitum Interpretis.

„ atque adeo ex isto modo actuandi sequitur, inquit
„ ille, ut si liberum arbitrium velit, non se subiciat
„ auxilio; quod si non resistat, statim idem auxilium;
„ ex sua intrinseca ratione tribuit ei efficaciam & de-
„ terminationem ad unum, quo fit ut absolute possit
„ liberum arbitrium in illo instanti non admittere
„ auxilium efficac, si tamen non resistat sequitur per
„ consequentiam necessariam actus. &c. Talem ces-
sationem sive omissionem in conversione præviã ad
ipsam conversionem admittere debet etiam Antonius
Perez secundum ea quæ docet Tractatu de Vitiis &
peccatis Disp. 3. ut nihil dicam de Honorato Fabio,
Appendice 2. ad summulam Theologicam, aliisque,
quibus junge S. Augustinum de Gratia & Lib. Arbit-
rio: *Ne puerur ibi nihil facere ipsos homines per libe-
rum arbitrium, ideo in Psalmo dicitur: nolite obdura-
re corda vestra.* Et Leibnitius ipse præterquam quod
supra dixit *gratiam semper esse resistibilem*, §. 287.
suffragio suo comprobat dictum Augustini: *Aguntur
ut agant, non ut ipsi nihil agant.*

Ex his omnibus satis liquere arbitror, Autorem à
Concilio Tridentino non discrepare quod pronunciat:
*Tangente Deo cor hominis hominem ipsum aliquid
agere inspirationem illum recipientem quippe qui
illam abjicere potest: posse dissentire si velit, nec velut
inanimo quoddam nihil omnino agere, merèque passivè
se habere.* &c.

Pro Coronide addo Verba Caramuellis Theol.
Fundam. lib. 1. Fundamento. 1. n. 52. *Volo notari, in-
quit, variè loqui Autores cum agunt de Libero Arti-
trio. Alii enim dicunt bonos gratiã uti, malos abuti,
quem modum loquendi tenemus. Alii autem ajunt
gratiam uti nostrã voluntate & libertate, & supernatu-
rales amoris aut contritionis actus produci à Deo con-
currentibus nobis ut instrumentis liberis. Has etiam*

Manentur Interpretis.

doctrina suo sensu vera est, & potest cum prima coe-
istere, imò etiam coincidere.

Ad Tertium. Verba Leibnitii sunt: *Deus pravi-*
dens quid homines liberè acturi forent, si his vel illis
circumstantiis ponerentur, sciensque eos libero arbitrio
suo male usuros statuit negare gratias & circumstan-
tias favorabiles, quod quidem justè statuerè potest, cum
circumstantia ista, auxiliaque illa nihil ipsis profutura
fussent. 9. 40. Tentaminum p. 96.

P. Livinus de Meyer insignis è Societate JESU
Theologus in *Responsione ad librum Henrici à S. Igna-*
22 *tio* Cap. 6. p. 127. optimè monet, omnes hæctenus
22 Societatis Theologos constanter docuisse, non ideo
22 Deum homini dare gratiam, cui, si daretur, con-
22 sensurum prævidit, quia prævisus erat liberè con-
22 sensurus, si talis gratia daretur; hoc enim, (inquit.)
22 falsum esse asserimus; patetque exemplo Tyriorum
22 & Sidoniorum, qui licet à Deo prævisi fuerint pœ-
22 nitentiam acturi, si talem, qualem habuerunt Coro-
22 zaitæ gratiam accepissent, tamen propterea nec eam
22 gratiam acceperunt, nec pœnitentiam egerunt; ne-
22 que etiam ideo Deum negare alicui gratiam cui
22 consensurus erat, si daretur, quia prævisus erat
22 dissensurus alteri gratiæ, si ista daretur. Aliàs in
22 utroque casu omnes homines salvi simul esse de-
22 berent & damnati. Nullus enim est, de quo non
22 præviderit Deus, aliquibus eum gratis liberè con-
22 sensurum, si darentur: ergo si ideo eas gratias acci-
22 perent, omnes acciperent gratias, quibus, si da-
22 rentur prævisi sunt liberè consensuri, & conse-
22 quenter omnes salvarentur. Similiter nullus est
22 qui non sit prævisus aliquibus gratis dissensurus,
22 si darentur: ergo si ideo Deus negaret illis alias
22 gratias, quibus, si darentur, præviderat consensu-
22 ros, omnibus negaret gratias, quibus viderat con-
sensuros

Monitum Interpretis.

7
20 **senfuros, ad eoque omnes damnarentur. Ratio est,**
20 **quia Deus ad dandum vel non dandum hanc vel**
20 **illam gratiam nullo modo movetur operibus quæ**
20 **nunquam absolute erunt, sed tantum essent, si**
20 **hæc vel illa conditio poneretur: quia opera quæ**
20 **nunquam erunt, sed tantum essent sub conditione,**
20 **non possunt dici simpliciter & absolute futura, quia**
20 **nunquam erunt, adeoque non possunt habere co-**
20 **ram Deo rationem meriti vel demeriti, qui reddi-**
20 **turus est unicuique secundum id quod re ipsa gessit**
20 **in corpore, sive bonum sive malum, non autem se-**
20 **cundum id quod facturus erat si diutius vixisset, vel**
20 **majoribus preventus gratiis, vel gravioribus ten-**
20 **tationibus fuisset pulsatus. Verum non desunt ho-**
20 **die qui hanc tam falsam tamque absurdam doctri-**
20 **nam nobis pergunt opponere, quidquid omnes**
20 **omnium Theologorum libri reclamant. Hæc P.**

Livinus de Meyer:

Ego planè Viro doctissimo assentior Deum homini nec dare nec negare gratiam ob opera bona vel mala tantum conditionatè prævisa tanquam ob causam meritoriam. Hæc enim merita conditionata Semipelagiani commenti sunt & à S. Augustino penitus sunt profligata, ut fatentur omnes Theologi Catholici, qui cum S. Thoma 1. p. q. 23. art. 5. ad 1. unanimes sententiâ docent, *usum gratiæ præscitum non esse rationem collationis gratiæ nisi secundum rationem cause finalis*, non verò meritoriz.

Fatendum tamen est fuisse & esse hodieque quosdam scientiæ conditionatæ Defensores sive Catholicos sive alios, qui à doctrina quam Leibnitiæ hîc memorat non abhorreant. Ut enim Alexandrum Alensem præteream cui Gamachæus in 1. p. qu. 23. cap. 6. pag. mihi 172. hanc sententiam tribuit, *Quòd Deus ab æterno statuerit primam gratiam iis conferre,*

Monitum Interpretis.

quos prævídít illà bene usuros. Alphonfus Antonius de Sarasa aliquatenus huc trahi posse videtur, dum Artis semper gaudendi p. 1. tract. 10. n. 41. sic loquitur: *Planè mihi persuadeo tantam esse divinam pietatem & misericordiam, ut ex omnibus eis statibus in quibus cognoscit hominem pro sua libertate & malicia damnandum, eum adhuc eligat, in quo secundum communem gratiarum cursum scit minimè saltem malè libertate sua abuturum hominem, minoremque sibi propterea damnationem pariturum: aut certe eum deligit, in quo gravissima etiam scelera permittere ingentem aliquam Deo gloriam sit allaturum; prout de Tyrannorum immanitate philosophari sumus, quorum sevitia tantam Martyrum multitudinem Deo gloriamque cumularit.* Ex hac enim Sarasæ doctrina confici videtur, Deum prævidentem quid homines V. G. negativè infideles acturi liberè forent, si in his vel illis circumstantiis ponerentur, scientemque eos arbitrio suo libero malè usuros, statuisse negare gratias & circumstantias favorabiles, V. G. occasionem audiendi Evangelii, quòd quidem justè, imò piè & misericorditer, juxta Sarasam, statuere potest, cum circumstantiæ illæ auxiliæque illa nihil illis profutura fuissent ad salutem, imò potiùs ad damnationis incrementum.

Hanc opinionem (à Sarasa temperatam, & ad communem gratiarum cursum restrictam) discutere non est hujus loci (Videatur Leibnitius hìc n. 102. & seqq.) Semipelagianorum certè errori an faveat, ex sequentibus Augustini verbis (de bono Perseverantiæ cap. 10.) colligi potest. „ Nullus mortuus judicatur ex bonis (eu malis, quæ fuerat, si moreretur, acturus: alioquin Tyrù & Sidonii non secundum ea quæ gesserunt pœnas lærent, sed potiùs secundum ea quæ gesturi fuerant, si in eis illæ virtutes

„ Evan-

Monitum Interpretis.

10 Evangelicæ factæ fuissent, per grandem pœnitentiam, & per Christi fidem consequerentur salutem.
20 Quidam Disputator Catholicus non ignobilis, hunc Evangelii locum exposuit, ut diceret, præscisse Dominum Tyrios & Sidonios à fide fuisse postea recessuros, quum factis apud se miraculis credidissent, & misericordiâ potiùs non eum illic ista fecisse: quoniam graviori pœnæ obnoxii forent, si fidem, quam tenuerant, reliquissent, quàm si eam nullo tempore tenuissent. In qua sententia docti hominis & admodum acuti, quæ sint adhuc meritò requirenda, quid me nunc attinet dicere, cum & ipsa nobis ad id quod agimus suffragetur? Si enim miseratione Dominus non fecit in istis virtutes, per quas fieri possent fideles, ne graviùs punirentur, cum postea fierent infideles, quod eos iterum infideles futuros fuisse præscivit: satis apertèque demonstratur, de his peccatis neminem judicari mortuorum, quæ præscivit fuisse facturum, si aliquo modo ei, ne illa faciat, subvenitur: sicut Tyriis & Sidoniis, si sententia illa vera est, subvenisse dicitur Christus, quos maluit non accedere ad fidem, quàm scelere multò graviore discedere à fide, quod eos si accessissent, præviderat fuisse facturos. Quamvis si dicatur: cur non factum est ut crederent potiùs, & hoc eis præstaretur ut, antequam fidem relinquerent, ex hac vita migrarent, quid responderi possit, ignoro. Qui enim dicit relicturis fidem beneficium fuisse concessum, ne habere inciperent quod graviore impietate desererent, satis indicat non judicari hominem ex eo quòd prænoscutur malè fuisse facturum, si ei quocumque beneficio ut id non faciat consulatur. Consultum est igitur & illi qui raptus est, ne malitia mutaret intellectum eorum; forsitan responderet ille, cui placuit isto modo

modo

Monitum Interpretis.

„ modo hanc solvere quæstionem. Ego verò quan-
„ tum ad hoc quod ago attinet, sufficere video, ut
„ secundum istam quoque sententiam demonstrantur
„ homines non judicari de his quæ non fecerunt,
„ etiamsi facturi fuisse prævisi sint. „ Hæc S. Au-
gustinus.

Sciendum præterea Protestantes non paucos, ac nominatim Remonstrantes, quos vocant, à scientia media non abhorrere, quorum aliquos merita conditionata in abusu scientiæ conditionatæ à SS. Augustino & Thoma improbato fundata tueri mirum videri non debet, cum Protestantes non paucos ad Semipelagianismum de flectere testetur suprâ laudatus Præsul Meldensis. Vide Indicem Voluminis prioris Historiæ Variationum verbo: *Semipelagianismus*. Et hos fortasse præcipuè indigitare voluerit Leibnitius.

Quid quòd & è Reformatis, uti se vocant, etiam Particularistis nonnulli in hanc sententiam eunt, & nominatim D. Joannes de la Placette Ecclesiæ Gallicæ Reformatæ Hafniensis Pastor (qui Libro quem gallicè inscripsit *Elucidationem aliquot difficultatum ortarum ex consideratione libertatis ad moraliter agendum necessaria*, Scientiam mediam strenuè tuetur) ut (*Responsionis ad duas Baylii objectiones Appendice, cap. 10. in fine*) contra Universalistas probet Deum negare peccatoribus gratias, quas ab ipsis repudiandas prævidit, hoc maximè argumento nititur. *Utilisne est, inquit, accipere gratias qua ad nihil proderunt, nisi ut magis inexcusabiles, magis culpabiles, magisque infelices reddantur illi, quibus ea concedentur, quam nullas accipere?*

• *Ad Quartum.* Quòd laudes ac vituperia, præmia pœnæque magnam utilitatis suæ partem retenturæ semper forent, etiamsi nostræ actiones veræ necessitati subjacerent, audiatur Sfortia Palavicinus demum

Cat-

Monicum Interpretis.

Cardinalis in 1. 2. disp. 7. qu. 1. art. 3. num. 1.
„ Sciendum est, *inquit*, aliquibus visam esse aded
„ manifestam libertatem, non solum in genere sed
„ humanam & nostram, ut ridiculum existimaverint
„ velle illam demonstrare, sicut Aristoteles dixit de iis,
„ qui conabantur demonstrare naturam esse; nisi
„ enim, inquit, daretur in nobis libertas, frustra
„ inter homines essent consilia, preces, leges, pœnæ,
„ præmia &c. quæ tamen valde prodesse in ordine
„ ad movendam humanam voluntatem patet expe-
„ rientiâ. Sed hoc argumentum, ut subtiliter vidit
„ Buridana 3. Ethic. qu. 1. est infirmum, quod pro-
„ batur tum à posteriori, tum à priori.

„ A posteriori quidem, quia per idem argu-
„ mentum evinceretur libertas in brutis, quandoqui-
„ dem bruta ipsa & verberibus coërcentur, & illicio
„ alicujus voluptatis facile trahuntur. Ratio autem
„ à priori est, quia ex prædicto argumento excludi-
„ tur tantummodo illa necessitas, quæ cæco modo
„ nos traheret ad operandum, ita ut cognitio nihil
„ influeret, & impertinenter se haberet ad nostram
„ operationem. At non excluditur illa necessitas, quæ
„ proveniret nobis ex præponderantia cognitionis
„ determinantis nostram voluntatem ad unum, sicut
„ cognitio bruti determinat appetitum bruti. Contra
„ hunc enim dicendi modum perinde valet argumen-
„ tum suprapositum, ac valeret ad probandum
„ non esse necessarium, sed liberum Soli, quod mun-
„ dus ab eo per certa temporis intervalla illuminetur
„ & obscuretur, sic argumentari: *Si hoc efficere esset*
„ *Soli necessarium, frustra in ordine ad hunc effectum*
„ *daretur ortus & occasus Solis in cælo.* Quæ argu-
„ mentatio nihil concluderet, nam & ipse ortus &
„ occasus Solis in cælo est causa quædam necessaria
„ habens talem necessarium effectum. Si quis ergo
„ putaret

Monitum Interpretis.

putaret omnes voluntates necessariò eligere id ad
quod magis inclinatur in actu primo per motio-
nem intellectûs, ex una parte non solùm nostram, sed
omnem planè libertatem destrueret, & ex alia parte
satis explicaret utilitatem legum, pœnarum, præ-
miorum &c. Secundum patet, nam adhuc hæc
omnia prodesse ad hoc ut intellectus magis mo-
veret ad unam partem quàm aliam. Primum quo-
que probatur, nam prima motio intellectûs ante-
cedens omnem actum voluntatis non est libera sed
necessaria ut patet. Eâ verò positâ necessariò seque-
retur motio ipsius voluntatis, & ab illa necessariò
provenirent cæteri effectus; ergo nullus reperire-
tur effectus qui non oriretur necessariò ex sua causa;
neque esset assignabile aliquid quod fuisset simpli-
citer indifferens ad contingendum vel non contin-
gendum. Hactenus Palavicinus, qui post hæc
eodem articulo contingentiam aliquam in rebus, &
articulo 6. libertatem in nobis naturaliter demon-
strari, ingeniosis more suo argumentis ostendit, quo-
rum aliqua referemus in notis.

De cætero Leibnitius §. 73. fatetur esse quandam
justitiæ speciem, & certum quoddam præmiorum
pœnarumque genus, quod non tam facilè posse ap-
plicari videatur iis qui ex absolutâ necessitate agerent,
si hæc daretur: eam nempe justitiæ speciem, quæ nec
emendationem delinquentis, neque exemplum, neque
mali reparationem pro scopo habeat. *Hæc justitia,*
inquit, fundatur in sola congruentia exigente certam
aliquam satisfactionem in expiationem actionis prave,
*Et hæc congruentia, ait §. 74. fortasse cessaret illo-
rum respectu, qui ex absolutâ necessitate agerent sine vera*
libertate contingentia. Unde §. 75. profitetur se osten-
disse solam libertatem imperfectam, sive eam qua non
nisi à coactione immunis est, sufficere ad fundandum
hæc

Monitum Interpretis.

hoc poenarum premiorumque genus, quod ad bonum excitat & ad mali evitacionem emendationemque tendit.

Denique in Animadversionibus in Librum Guilielmi Kingii de Origine mali (quæ est appendix secunda Tentaminum) §. 17. ad hanc Objectionem : „ Pec-
„ catum juxta nostram sententiam non ideo vitupe-
„ raretur aut puniretur , quia meretur ; sed quia
„ vituperium & punitio conferunt ad illud impedi-
„ endum , cum tamen homines amplius aliquid exi-
„ gant , nempe satisfactionem pro crimine , etiamsi
„ hæc ad emendationem exemplumque nihil omnino
„ conferat , prorsus sicut homines jure postulant ut
„ sincera gratitudo à vera beneficii præteriti agni-
„ tione , non à beneficii novi percipiendi intuitu pro-
„ ficiscatur. *Respondet Illustris noster Autor :* Hæc
„ objectio præclaras & solidas cogitationes continet ,
„ sed nos ea minimè tangit &c. *Tandem addit , ve-*
„ *ram proprietque dictam justitiam vindicativam ,*
„ *quæ ultra medicinam progreditur , plus aliquid*
„ *ponere , nempe intelligentiam libertatemque pec-*
„ *cantis. &c.*

Ad Quintum. Fortunius Lycetus illustris Peri-
pateticus ineunte priori sæculo tres Libros edidit in-
scriptos *De Ortu anima humana* , quorum scopus est ,
ostendere quòd anima humana , quantum ad sui partes
ratione carentes vegetalem , inquam , & sensitivam
prodeat omnino à patre mediante semine , ... at quan-
tum ad partem rationalem , proximè à Deo creari &
infundi corpori organizato. His enim omnino verbis
in calce Libri sui loquitur , quod opus Autori suo
famam apud Eruditos conciliaffe dicitur , nec unquam,
quod sciam , censurâ notatum fuit.

His adde quòd Hyacinthus Tonti Ordinis Ere-
mitarum S. Augustini publicus in Academia Patavina
Sacrarum Literarum Interpres edito Patavii nuper Li-
bello

Adnotum Interpretis.

bello, cui titulus: *Augustiniana de rerum creationis sententia* asserere non dubitet, & si Diario Trevoltiano fides (Februarii 1716. pag. 351.) bene probet, Sanctum Augustinum in ea fuisse sententia, quam nonnulli Recentiores Philosophi adoptarunt, omnia corpora, quæ nasci videntur, evolvi duntaxat, & ab ipso creationis momento primis speciei suæ corporibus organicis fuisse inclusa. Videri potest libelli hujus caput 14. & postremum à pag. 98. cum quo conferre juverit quæ habet eruditissimus Cardinalis Norisius Vindiciarum Augustinianarum cap. 4. §. 3. in fine, Editionis Patavinæ anni 1708. pag. 53. col. 2.

Binæ istæ Lyceti Tontiique positiones si jungantur in unum, prodibit inde conclusio non multum discrepans ab asserto Leibnitiano. Leibnitius enim in una eademque anima gradum sensitivum præexistentem in protoplastis distinguit realiter à superveniente, dum homo generatur, gradu rationalitatis; sic enim uno circiter, antequam Theodicæam ederet, anno ad me scripsit. *Non ergo dicemus dato novo essentiali gradu novam animam dari. Hos gradus appellare licet facultates, aliquo modo non invicem dependentes.... putem autem gradus essentielles non nisi à Deo dari & tolli posse, quod secus est in qualitatibus derivatis.*

Ad Sextum. Duo hic asserit Leibnitius: prius, quod nulla detur creatura rationalis sine corpore quopiam organico. Alterum, quod nec detur ullus spiritus creatus à materia penitus avulsus. Incipiamus à posteriori, cujus sensum ut penitus eruamus, aliquot è litteris Leibnitii fragmenta huc facientia candidè producemus. Quæsi veram ab Illustri Viro, quo pacto censeret ab Angelis moveri corpora, cum, ipsius sententiâ, corpus vel materia moveri non possit nisi ab *Earelechia* sive forma propria ejusdem corporis sive

mate-

Monitum Interpretis.

inateria. Respondit (anno 1706.) Angeli non sunt Entelechia corporum, sed ipsi & Entelechias, nempe mentes, & corpora etiam, meo iudicio, habent. Quae etiam antiquorum Ecclesiae Doctorum non paucorum sententia fuit, à quâ prater necessitatem recessum est, & quasi non satis esset verarum perplexitatum, accersita sunt fictitia. Angeli ergo corpora movent, prorsus ut nos facimus. Illud verum est, solum Deum novas vires novasque directiones materia posse dare, seu motus qui ex ejus pristinis Entelechiis non consequantur, idque ad miracula pertinere. Nôsse velim, an apud vos contraria mea opinio de Angelis definita habeatur. Meritò rejecti sunt qui Angelos & omnem creaturam, corpoream esse statuerunt; sed hoc ad eos non pertinet, qui omnes mentes, imò Entelechias omnes incorporeas esse agnoscunt. Reposui: Huic ejus opinioni repugnare Concilium Lateranense, & quamvis Bartholomæus Caranza, Sixtus Senensis, Melchior Canus, Gregorius Valentia aliique nonnulli censeant Concilium illud nihil de Angelorum purâ spiritualitate definire, aut tanquam dogma Fidei proponere voluisse, imò S. Thomas, qui Concilio Lateranensi pluribus annis posterior fuit, qu. 16. de malo art. 1. ex S. Augustino lib. 21. de Civitate Dei cap. 10. dicat, non multùm referre ad Fidei Christianæ doctrinam, si vè dæmones habeant corpora sibi naturaliter unita, si vè non habeant, atque ibidem in responsione ad 1. addat fore ut dæmones adhuc possent dici absolutè spiritus, tametsi haberent corpora sibi unita; nihilominus tamen ob iudicium ferè unanime Theologorum Catholicorum, rem hodie censi plenam temeritatis, ne quid dicatur severius, negare puram spiritualitatem Angelorum, consentientibus jam in eam Doctoribus Catholicis universis post Magistrum dist. 8. & S. Th.

qu.

Monitum Interpretis.

qu. 50. art. 1. cum magno fundamento in doctrina
revelata. Ita ferè ad verbum Martinus Esparfa qu. 1.
de Angelis art. 10. & seqq. Videatur etiam Dionysius
Petavius Theologicorum Dogmatum Tomo 3. lib. 1.
de Angelis totis capitibus 2. 3. & 4. maximè cap. 3.
num. 10.

Respondit Leibnitius his verbis : „ Sententia de
„ omnimoda sejunctione Angelorum à corporibus ,
„ non rationem , non Scripturam , sed solam opinio-
„ nem communem scholarum pro fundamento ha-
„ bet. Concilium Lateranense loqui non definitivè ,
„ sed discursivè ex recepto tunc sensu verba satis
„ ostendunt. Ut aliqui Angeli , quos cum Thoma
„ Aquinate Assistentes vocas , à corporibus sejuncti
„ sint prorsus , meæ, nî fallor, demonstrationes non
„ admittunt , & facilè id pateret de omnibus , quod
„ de aliquibus ferri posset. Eum tamen corporis usum
„ Angelis tribui posse arbitror , ut non ineptè dicantur
„ *Formæ assistentes* , potius quàm *inherentes* (sive
„ informantes) non quòd Entelechiarum officium
„ non faciant , sed quòd corpori non sint affixa. Ar-
„ bitror enim (cùm naturaliter possibile sit , & ad
„ perfectionem Universi faciat, esse Entelechias, quæ
„ facillimè mutant corpus , seu de corpore in corpus
„ transeant , non momento quidem (nihil enim sic
„ fit naturaliter) sed brevi tamen tempore , licet per
„ gradus , ubi pars quam retinent servit mutandæ
„ parti quam deponunt , etsi etiam ipsa deinde pro-
„ re nata mutetur , uti nos manûs ope possumus pe-
„ dem mutare & ligneum carneo substituere , imò
„ ope unius manûs possemus mutare alteram ma-
„ num , & ope novæ manûs rursus priorem , si no-
„ vam satis unire liceret. Ita semper aget Angelus
„ per corpora , sempèrque locum habebit Harmonia
præsta-

Monitum Interpretis.

» præstabilita, sic ut, quæ vult Angelus, fiant ex ipsa
» corporum lege, ferè ut Suarezium dicere memini,
» ex quorundam sententia res ita præordinatas esse,
» ut voluntatibus precibusque Beatorum sponte sa-
» tisfaciant. Assistentes igitur formas voco, quæ pro
» arbitrio corpus sumunt atque deponunt, & quod
» habent transformant; inhærentes atque animantes
» quæ tale arbitrium non habent, etsi hoc arbitrium
» suis limitibus coërceatur, ut cuncta naturali or-
» dine procedant: solius enim Dei est quodvis facere
» è quovis. Et priores putem à corpore secretas dici
» posse, posteriores corpori affixas. Fatendum ta-
» men esse ambas corpori unitas esse, ut rationem ha-
» beant Entelechiæ. Et hoc videtur esse ad mentem
» Augustini lib. 2. 1. de Civitate Dei cap. 10. à Thoma
» citati qu. 16. de Malo art. 1. posse scilicet dæmones
» (*vel Angelos*) dici spiritus, quòd corpora sibi magis
» subdita habeant. Itaque nec intelligentiis istis ani-
» marum nec Angelis ipsis animalium appellationem
» tribuemus. Cæterùm corporis mutatio nihil habet
» quod non receptis consentiat, nam & nos corpus
» mutamus, ut fortasse senes nihil materiæ infantilis
» retineamus; tantùm hoc interest, quòd neque su-
» bitò neque pro arbitrio corpus exuimus.

Ad ista responsum fuit: Ad perfectionem harmo-
niàmque Universi satis fore, si mentes Angelicæ cor-
poribus accidentaliter solùm conjungerentur; inter
corpora ipsa harmoniam esse, nec tamen ideo inter
illa substantialem intercedere unionem, hâc enim fie-
ret ut omnia corpora unum forent suppositum, quare
nec necesse esse ut ex mente Angelicâ & corpore una
constituatur persona; constitueretur autem, si Ange-
lus ex corpore & mente velut Entelechiâ sive formâ
constaret. Tum ut Leibnitius ad sententiam à Scho-

lasticus

Monitum Interpretis.

Iasticis receptam adduceretur, indicatus ei fuit locus Esparſæ docentis Angelos omnes ex naturâ suâ referri (*accidentaliter*) vel immediatè vel saltem mediatè ad aliquod determinatum corpus, aut ad determinatam corporum collectionem, atque cum illo aut illis peculiariter connecti in ratione motoris & directoris (Videatur Esparſa de Angelis qu. 5. art. 6.) Neque hæc sententia ab Aristotele aliena est, qui teste S. Thoma I. p. qu. 50. art. 3. in corp. *Posuit quod illa nature perfectiores (Angelicæ) habent ordinem ad sensibilia secundum rationem moventis.* Imò S. Thomas ipse I. p. q. 61. art. 4. ad 1. ad Argumentum hoc : *Angelus sunt substantia incorporea, sed substantia incorporea non dependet à corpore secundum suum esse : & per consequens neque secundum suum fieri. Ergo Angelus non sunt creati in loco corporeo.* Respondet : *Angelos factos esse in loco corporeo ad ostendendum ordinem ad naturam corpoream, & quod suâ virtute corporea contingunt.*

Quæsitum tandem, censerétne Leibnitius animas humano corpore exutas adhuc unionem cum aliquo corpore retinere? &c.

Respondit sequentia : „ Valdè placet Esparſæ
„ locus, neque ego illud Peripateticorum dogma
„ sperno, qui relationem ad determinatam materiam
„ etsi pro tempore aliam atque aliam ad numericam
„ substantiarum distinctionem requirunt; de Deo res
„ secus habet, qui sufficiens sibi, causa est materiæ &
„ aliorum omnium : itaque non est anima mundi,
„ sed auctor. Naturale verò est creaturis materiam
„ habere, neque aliter possibiles sunt, nisi Deus
„ per miraculum suppleat materiæ munus, at quæ
„ non nisi per miraculum præstari possunt, non sunt
„ regulariter necessaria ad perfectionem Universi.
Spiri-

Monitum Interpretis.

„ Spiritus infinitus in corpora agit creando & con-
„ servando, quod quædam creandi continuatio est.
„ Hoc spiritui finito communicari non potest. Cùm
„ de assistentibus Formis locutus sum, non ad Tho-
„ mæ distinctionem, quam memoras, respexi inter
„ Angelos Deo assistentes & ministrantes (quan-
„ quam Scriptura omnes appellet ministratores spi-
„ ritus) sed ad Peripateticas phrasas. Deo assisten-
„ tes intelligentias, quæ nihil aliud agant, neque
„ Deo sint ministræ, convenire rerum ordini non
„ puto. Has enim remove à corporibus & loco,
„ est remove ab universali connexionem & ordine
„ mundi, quem faciunt relationes ad tempus & lo-
„ cum. An verò necesse sit Angelum esse formam
„ informantem seu animam corporis organici, quæ
„ ei personaliter uniatur, alia quæstio est, & certo
„ sensu in præcedente epistola exposito negari potest.
„ De statu animæ humanæ separatæ nihil certi defi-
„ nire possum, cùm præter regnum naturæ hîc in-
„ fluat regnum gratiæ. Cur autem certa materia
„ secunda ipsi affigatur usque ad resurrectionem,
„ causam nullam video.

Ex his excerptis videre est. Primò, quòd Leib-
nitius existimet sententiam de purâ Angelorum spiri-
tualitate non esse definitam in Concilio Lateranensi.
2dò, quòd probet opinionem Esparisæ, qui con-
nexionem mentis Angelicæ cum corporibus statuit
in merâ quâdam ejus relatione ad corpus vel cor-
pora, in ratione motoris vel directoris. 3tiò, quòd
dicat certo sensu in præcedente Epistola exposito ne-
gari posse, Angelum esse formam informantem cor-
pus organicum quod habet, dicique posse quòd sit
forma tantùm assistens, eo ferè modo, uti quidem
arbitror, quo animam humano corpori velut nautam

Monitum Interpretis.

navi assistere Plato fertur docuisse; qui profectò modus non sufficit, ut ex Angelicâ mente & corpore fiat una substantia. Atò denique, quòd dicat posse dici; quòd mens Angelica non uniatur corpori personaliter. Certè facultas illa, quam Autor Angelicæ menti tribuit exuendi pro libitu corporis, non videtur cadere in formam incompletam & propriè informantem, cum suppositum Angelicum sive persona Angeli, saltem regulariter loquendo, naturâ prius constituta esse debeat, quàm ejusdem voluntas actum suum eliciat.

Ut ut est, si inter Angelicas mentes & corpora substantialem nexum statuatur Autor (ut quædam ejus locutiones suprâ adductæ indicare videntur) opposita sententia, quæ Angelos neque corpore neque materiâ constare docet, omnino tenenda est, quam *sententiam* (Teste Petavio suprâ cap. 3. num. 10.) *non solum Theologi sequuntur omnes, sed contrariam etiam ut non prorsus hæreticam, sic hæresi proximam esse judicant. Nam quò minus hæretica planò censentur, id unum facit, quòd nondum ea res liquido ab Ecclesiâ disceptata sit. Quippe Lateranense Decretum illud non ex instituto partem eam definire voluit; sed in hoc unum intenta fuit Synodus, ut utriusque conditorem natura Deum esse contra Manichæos statueret, cetera verò ex receptâ per id tempus opinione breviter intexuit. Ita quidem censet Petavius; alii tamen cum Esparsa (qu. 1. de Angelis art. 12.) censent Lateranensis Concilii Propositionem, de quâ controvertitur, superadditam ac intentam fuisse ratione sui, ad exponendam ac determinandam distinctionem & naturam rerum ipsarum creaturarum.*

Mitigari fortasse posset Autoris sententia, & ità explicari, ut tantum voluerit inter spiritum Angeli & cor-

Monitum Interpretis.

& corpus aliquod necessariò debere semper intercedere peculiarem aliquam relationem sive unionem accidentalem, quæ fundet respectum spiritûs ad tempus & locum, & vi cujus mens Angelica possit agere naturaliter in illud corpus, adeoque sit velut analogica forma corporis illius, ita tamen ut ex corpore & mente illa non fiat una substantia. Id enim solùm probant, si quid probant, argumenta Leibnitii ab Universi perfectione ordinem connexionemque partium requirente desumpta, quæ sicut & cæteras ejus rationes expendemus in notis. An verò vel sic mitigata sustineri possit, aliorum esto judicium.

Secunda Pars, *Quòd nulla detur creatura rationalis sine corpore organico*, num interpretationem aliquam tolerabilem patiat, pronunciare non auctum; nam licet, ut supra vidimus, definire non audeat, animam humanam separatam ante resurrectionem certum corpus sibi affixum habere; pro constanti tamen principio passim alibi ponit, Monadas, uti vocat, sive substantias simplices naturaliter nunquam interire; unde sequitur neque Entelechias, ex quibus & materiâ primâ monades consurgant, à materia prima sibi propria naturaliter esse separabiles. Illud verum est, aliud esse Leibnitio corpus organicum, aliud materiam illam primigeniam; hanc enim ab entelechiâ inseparabilem statuit; illud verò fluxum & temporis decursu mutabile. Ego nec istam Entelechiarum à materiâ inseparabilitatem ad animas etiam humanas extensam probare possum; tum quia hætenus in Scholis Christianis inauditam, ne quid gravius dicam, tum etiam, quia cum animæ humanæ secundum gradum rationalitatis in tempore creentur à Deo, uti orthodoxè docet Auctor, si anima humana

*** 4

& ma-

Monitum Interpretis.

& materia ista à se invicem inleparabiles essent, dicendum esset materiam illam primigeniam cum anima creati uno tempore (quod nescio an ullus unquam dixerit) alioqui materia illa sine anima ante creationem animæ extitisset. Nec dicet Autor, hanc materiam quidem sine sua anima naturaliter existere posse & extitisse, non verò reciprocè animam sine sua materia. Hoc enim præterquam, quod gratis dicatur, probaret monadas generari, adeoque & corrumpi posse, quod principiis Autoris advertatur. Sed hæc omnia fusiùs explicabuntur & discutientur in notis. De Angelis nihil est quod addam ad ea, quæ ad prius membrum monui, nisi quòd facile fuerit Autori nostro corpus organicum cuilibet ubique Angelicæ menti coaptare, cum organismum in natura ubique inveniri, & omnes corporeos motus non nisi per organa mechanica peragi statuatur.

Ad Septimum. Duo asserit Autor Tentaminum: & quòd infinita propemodum existat multitudo creaturarum rationalium, quæ homines non sint, & quòd illæ creaturæ existant in globis cælestibus sive planetis ac stellis.

Ac posterior quidem conjectura nullo probari potest argumento, quo non probetur pariter in mari E. G. existere debere creaturas rationales, quæ homines non sint; quod nemo, opinor, asseret. Nec nominatim lex optimi, quam hîc adhibet Autor, quidquam evincit, quàmvis enim absolutè loquendo forsitan melius esset animantes in planetis existere, quàm non existere; melius tamen id esse respectu Universi, quis ostendet, nisi qui omnium divinorum operum symmetriam proportionemque inter se, animo comprehensam habeat, quod in hominem certè non cadere Leibnitius ipse non uno loco fatetur. Mitto nunc
argu-

Monitum Interpretis.

argumenta Theologica. Videri potest Diarii Trevoltiani Mensis October Anni 1702. Art. 8. Editionis Batavicae, ubi recensetur Christiani Hugonii *Cosmotheoras*. Cæterum è Catholicis idem quod Leibnitiussystema de planetis inhabitatis lepide proposuit in venusto opusculo quod Gallicè inscriptum est. *Dialegi de mundorum pluralitate*. Videatur etiam Norisius læpius laudatus Vindiciarum Augustinianarum Cap. 4. §. 2. in fine.

Pars prior, nempe, quòd infinita propemodum multitudo creaturarum rationalium, quæ homines non sint, existat, vel ob id ipsum Argumentum, ad quod solvendum Leibnitiussystema eam conjecturam adhibet, verisimilitudine non caret, si per creaturas rationales intelligantur Angeli: quia scilicet alioqui plus in Universo mali moralis esset, quàm boni, si plures Creaturæ rationales damnarentur. S. Thomas in 1. Dist. 39. q. 2. art. 2. objicit sibi hoc argumentum ordine quattum. *Omne quod est provisum, consequitur finem ut in pluribus, nisi sit providentia errans, sed malum invenitur ut in pluribus, quod est secundum exitum à fine, ergo.* Respondet S. Doctor malum posse accipi vel in rebus naturalibus, vel voluntariis, *Et si accipiasur in naturalibus, constat, quòd malum est in paucioribus, quia malum natura non contingit nisi in sphaera generabilium & corruptibilium, quæ est parva quantitatis respectu corporum celestium in quibus malum esse non potest... Sed in voluntariis etiam quantum ad numerum invenitur malum ut in paucioribus in natura Angelica, quia multò plures fuerunt remanentes quàm cadentes, & fortè etiam plures quàm omnes damnandi demones & homines; sed in natura humana bonum videtur esse ut in paucioribus.*

*** §

Hanc

Monitum Interpretis.

Hanc Doctoris Angelici congruentiam Suarez lib. 1. de Angelis Cap. 11. n. 9. vocat *per se probabilem*, tum quia in his qua à Deo principaliter intenduntur, ut sunt creatura intellectuales, conveniens fuit bonum in pluribus esse, quàm malum, tum etiam, quia docet divinam misericordiam simul cum distributiva seu munerativa justitia in pluribus, quàm vindicativam ostendi. . . . Hinc autem evidenter sequitur excessus in numero Angelorum, quia homines qui damnantur sunt incomparabiliter plures quàm qui salvantur, ergo ut numerus predestinatorum numerum reproborum excedat, necesse est ut Angeli sancti incomparabiliter plures sint quàm homines predestinati.

His addo SS. Patres nonnullos Angelorum multitudinem respectu hominum propè infiniram asserere.

S. Dionysius: *Multi sunt Beati exercitus supernarum mentium infirmam & constrictam excedentes numerorum materialium nostrorum commensurationem.* His verbis, inquit S. Bernardinus Senensis Tom. 4. Serm. 48. *Dionysius dicit, quòd solum Angeli in Paradiso existentes, sunt plures quàm sint stelle, quàm sint arena maris ac terra, quàm sint folia & herba, & quàm sint omnia quacumque creata sunt.*

Appositiè etiam ad mentem Leibnitii S. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 15. ait: *Ex loci magnitudine incolarum multitudo estimari solet, est autem universa terra puncti instar.* Quibus verbis, inquit Gonet Disp. 2. de Angelis art. 3. §. 1. n. 30. *Significat Cyrillus, quòd sicut vastitas celi Empyrei est penè incomprehensibilis comparata ad terram, ita & Angelorum multitudo per comparationem ad res corporeas & materiales, quâ comparatione etiam*
utitur

Monitum Interpretis.

uitur S. Thomas 1. p. q. 50. art. 3. quem sic concludit. *Rationabile est quòd substantia immateriales excedant secundum multitudinem substantias materiales quasi incomparabiliter.* Videatur Petavius de Angelis lib. 1. Cap. 14. à n. 8.

Dato itaque non concessio tertiam partem Angelorum cecidisse cum Lucifero (hoc enim ex eo quòd Draco secum tertiam stellarum partem traxerit, non rectè colligi dicit Suarez supra n. 2.) dato etiam quòd numerus hominum salvandorum respectu damnandorum foret ut unus ad centum millia (quod falsum est quia sic in una ferie mundi, quâ miliones mille continerentur decem duntaxat millia salventur) adhuc tamen ostendi poterit juxta superius recensita PP. dicta, quòd in morali æstimatione duplo plures creaturæ rationales salventur quàm damnentur. Cùm enim Angelorum numerus incomparabiliter sit major numero hominum, & se habeat instar puncti, pono Angelos habere se ad homines sicut tres Billiones hoc est tres milliones millionum se habent ad unitatem, cùm ergo ex data, minimè concessa hypothesi, tertia pars Angelorum hoc est unus Bilio ceciderit additâ unitate, minùs unâ centies millesimâ parte unitatis, collectio Angelorum & hominum damnandorum habebit se ad collectionem Angelorum Beatorum, sicut unus Bilio & una unitas, minùs unâ centies, millesimâ parte unitatis se habent ad duos Billiones; numerus verò posterior (duorum Billionum) in morali æstimatione duplus est prioris sive unius Billionis additâ etiam unitate, quia unitas tanto numero addita instar puncti est.

Ad Postremum De nimis laudibus hæreticorum, sufficiet opinor interpretem protestari (uti serió hisce protestatur) se laudes istas non facere suas, quæ si
omitte-

Monitum Interpretis.

omitterentur , nonnulli Protestantes anſam arripient
verſionem velut infidam ſpuriamque traducendi, &
reliquis etſi ſinceris atque incorruptis fidem detra-
hent , ſicque cæteros à lectione avertendo ſperatus
fructus excider. Dicebat Hieronymus de Origene
Epift. 65. *Laudo interpretem non dogmatiftem , in-
genium, non fidem, Philoſophum, non Apoſtolum.* Lau-
damus in Tertulliano ingenium, damnamus Hæreſin;
nobis religio eſt vel hoc dicere, poſtquam eſt vetitum.
Vale, Lector & reliqua ſuper his aliſque Theodicææ
capitibus in utramque partem omni affectu ſepoſito
diſputata, quæ premimus, ſi hæc non diſpliceant,
propediem expecta.



Errata



Errata.

IN *Præfatione* † 4 *Pag. versâ, lineâ* 13. *transfor-*
mârunt lege transformârant.

In Dissertatione de conformitate. *Pag. 19. lin. ante-*
penultimâ. logica lege logicæ.

Pag. 50. lin. 17. post quos inter adde non
ibid. lin. 31. Adduntur l. Adducitur.

Pag. 51. lin. 7. lege. part. 1. princip.

Pag. 53. lin. 17. post magnitudines deleatur punctum
Es sequens Q mutetur in q
Ibid. lin. 31. Philosophiæ l. philosophicæ

Pag. 54. lin. 31. sufficiat l. sufficit.

Pag. 57. lin. 14. optatum l. optandum

Ibid. lin. 16. Sillogismorum l. Syllogismorum

Pag. 59. lin. 19. Systemali l. Systemati

Parte primâ. Pag. 69. lin. 17. lege ut qui-

Pag. 70. lin. 11. eventum l. eventus

Pag. 73. lin. 21. post malasque, pone &

Pag. 75. lin. 3. inquit l. inquirunt

Pag. 77. lin. 9. post quam à malis, adde ad bona
malis

Pag. 87. lin. 20. cretura, l. creatura

Ibid. lin. ultimâ. Bernenus. l. Bernerius

Pag. 89. lin. penultimâ post materiz deleatur partem
Etiam

Pag. 91. lin. 28. faceret l. faceret

Pag. 97. l. 18. post actibus adde liberis actualibus oc-
currit, reperitur etiam in actibus

Pag.

Errata

- Pag. 100. lin. 1. lege non ideo non*
Pag. 101. lin. 25. virtute lege virtute
Pag. 102. lin. 24. cogantur l. coguntur
Ibid. lin. 28. modum l. nodum

Pag. 104. Post lineam 10. omissus est integer numerus 51. qui ita habet:

§ 1. Quod ad volitionem ipsam attinet, improprie dicitur eam esse objectum voluntatis nostrae liberæ. Nam accuratè loquendo volumus agere, non verò volumus velle; alioqui possemus etiam dicere, velle nos ut velimus velle, seu nos velle habere voluntatem volendi & sic in infinitum. Sed neque semper etiam ultimum intellectus practici iudicium sequimur, cum ad volendum nos determinamus. Illud tamen verum est, nos, dum volumus, semper sequi resultatum omnium inclinationum, quas vel ratio vel affectus præbet; quod sæpe fit sine expresso iudicio intellectus.

Deinde ante Cuncta itaque pone § 2. & sic deinceps adde semper unitatem numeris secuturis usque ad §. 98. exclusivè.

- Pag. 109. lin. 9. rigore l. rigorosè.*
Pag. 115. l. 1. obtemperasset l. attemperasset
Pag. 120. lin. 5. Pomponatus l. Pomponatus.
Ibid. lin. 9. Post satisfactionem punctum muta in comma
Ibid. lin. 18. solum l. solam
Ibid. lin. 28. post jactant pone punctum
Pag. 142. lin. 11. post est, punctum verte in duo puncta, & post Christianus punctum verte in comma & H in h
Pag. 145. lin. 28. delucidè. l. dilucidè

Pag.

Errata

- Pag. 150. lin. 5.** Siftemati *l.* Systemati
Ibid. lin. 9. coutinuò *l.* continuò
- Pag. 152. lin. antepen.** continuò *l.* perpetuò
- Pag. 157. lin. 24.** hominem *l.* hominum
Ibid. lin. 26. lege occultis
- Pag. 169. lin. penultimâ.** infallibilis *l.* infallibili-
 bus
- Pag. 171. lin. 6.** lege conjungere. **lin. 10.** lege netti-
 quam **lin. 29.** lege Deus
- Pag. 172. lin. 27. 123.** lege 132. XVII.
Ibidem lineâ sequenti lege quibus
- Pag. 173. lin. 27.** lege hypotheticæ
- Pag. 175. lin. 3.** lege humani
- Pag. 176. lin. 22.** lege morbi
- Pag. 200. lin. 17.** ab lege ob
- Pag. 201. lin. 24.** lege futuræ
- Pag. 225. lin. 16.** *l.* injuriam.
Ibid. lin. 21. forent *l.* fore ut
- Pag. 234. lin. 19.** nix *l.* nixi
- Pag. 236. lin. 26.** *l.* quælibet
- Pag. 241. lin. 9.** libri *l.* liberi
- Pag. 251. lin. antepen. post permanſionis addis** procu-
 randæ
- Pag. 252. lin. 9.** ſit lege fit
- Pag. 277. lin. 24.** quartum *l.* quantum
- Pag. 279. lin. 1.** ſplendidè *l.* ſplendida
- Pag. 282. lin. 24.** Ei lege Et
- Pag. 284. lin. 1.** ſublutionem *l.* ſolutionem
Ibid. lin. 15. animantibus *l.* amantibus
- Pag. 285. lin. 9.** *l.* ſervit
- Pag. 309. lin. 30.** idem *l.* item
- Pag. 331. lin. 2.** *l.* concedendam
- Pag. 340. lin. 26.** *l.* componit

Pag.

Errata

Pag. 359. lin. 23. affectis l. affectis

Pag. 360. lin. 1. lege hypothetica

Pag. 362. lin. 26. l. immutabilis

Pag. 364. lin. 11. vocabantur l. vocabatur

Pag. 365. lin. antepenult. Baylius l. Basilius


Pag. 368. lin. penult. continuationem l. creationem

Pag. 381. lin. 17. Christinâ l. Christianâ

In Monito Interpretis

*Pag. ** lin. 24. post moralis adde, contingens*

*Si qua praeerea graviora errata nobis inter legendam
occurrerint, altero Indice corrigemus.*



PRÆFATIO

Alia Errata in Monito Interpretis.

- * 5 linea 23. lege plurima
- * 6 lin. 5. post alia pone,
- * 7 lin. 27. lege eruditissime
- * * pagina versa lin. 32. post si adde non
Sequenti pag. lin ultima eorum lege ejus
- * * * 5 lin. 5. post proposuit adde Cl. Fontenellius
ibid. lin. 8. sæpius lege Suprà
- Penultimâ pag. lin. 18. post & adde numerus hominum

IN PRÆFATIONE.

- † † 2 lin. 18. lege Principii
- † † 4 lin. 28. quædam lege quadam
- † † † 3 lin. 13. lege actualis
Ibid. lin. 31. lege supplemento
Ibid. paginâ versa lin. 31. lege Derriensem
- Pag. 2. lin. 25. lege Metaphysicam
- pag. 5. lin. antepenult. lege doctiores
- pag. 7. lin. 9. lege ἔξοχὸν ibid. lin. 13. lege Aristotelem
- pag. 8. lin. 16. lege offundendis
- pag. 9. lin. 4. ab lege ad ibid. lin. 8. lege profelytum
ib. lin. 9. lege eruditus. ib. lin. penult. lege metaphoris
- pag. 10. lin. 2. lege ratione.
- pag. 14. lin. 5. post vindicat pone.]
- pag. 15. lin. 12. sacram lege Saram.
ibid. lin. antepenult. lege litterali.
- pag. 16. lin. 7. eum lege cum.
- pag. 26. lin. 4. lege videatur
- pag. 27. lin. 5. lege gallicæ. ibid. lin. 25. lege habuisse
- pag. 28. lin. antepenult. eum lege cum
- pag. 43. lin. 26. lege rationem
- pag. 48. lin. penult. rectam lege rectam.
- pag. 49. lin. 5. lege consecutiones
- pag. 56 lin. 31. & 32. nec muta in &
- pag. 60 lin. 32. lege. universim
- pag. 61. lin. 12. lege difficultates
- pag. 63. lin. 18. lege lectoribus
- pag. 64. lin. 12. lege Lullum.

- pag. 68. lin. 25. *dele punctum, & S muta in f*
 pag. 72. lin. 13. *lege intellectus*
 pag. 76. lin. *antepen. etiamque lege etiamfi*
 pag. 77. lin. 11. *lege l'Abbé*
 pag. 86. lin. 5. *improbavit lege improbaret*
Ibid lin. 12. respectio lege respectu
 pag. 91. lin. 3. *post secundum adde materiale, non*
tamen esse causa ejusdem secundum
 pag. 113. lin. 29. *ineat lege indat*
 pag. 119. lin. 3. *lege prorsus*
 pag. 125 lin. 4. *post destinationem adde quamcunque*
& prædestinationem
 pag. 127. lin. 26. *id lege ut.*
 pag. 163. lin. 15. *lege committatur*
 pag. 180. lin. 20. *lege Bactrianorum*
 pag. 221. lin. 25. *lege ad perfectionem*
 pag. 266. lin. 31. *lege determinationem*
 pag. 278 lin. 23. *lege reddi*
 pag. 281. lin. 8. *lege meminerant*
 pag. 287. lin. 12. *lege cruciatus*
ibid. lin. 15. lege explicandi
 pag. 292. lin. 4. *lege idiom*
 pag. 294. lin. 12. *lege dicebat*
 pag. 295. lin. 15. *lege coactione.*
 pag. 307. lin. 28. *lege sociniani*
 pag. 310. lin. 3. *lege physico*
ibid. lin. 19. egimus lege eligimus
 pag. 316. lin. 27. *lege parvi*
 pag. 319. lin. 4. *lege consilium*
 pag. 356. lin. 9. *lege certitudinem*
 pag. 359. lin. 23. *lege affectis*
 pag. 371. lin. *ultima lege agnoscere*
 pag. 377. lin. *prima lege inesse*
 pag. 378. lin. *antepen. lege modificationes*
 pag. 383. lin. 2. *loco puncti pone)*
 pag. 388. lin. 14. *lege distinguamus*
 pag. 331. lin. 10. *lege sapientia*



P R Æ F A T I O.



B omni retro ætate devotionem in *formulis* reposuere plerique mortalium: *Solida pietas* quæ in luce mentis & animi virtute sita est, semper intra paucos stetit.

Neque id mirum, cum nihil sit humanæ imbecillitati magis consentaneum. Externâ rerum specie percellimur scilicet, interiora discussionem postulant, cujus pauci se reddunt capaces. Cumque duobus sincera pietas, sensus scilicet intellectûs & praxi virtutis contineatur, *formula devotionis* eam imitatæ non minùs duplices prodiêrunt, nam aliæ ad *ritus practicos*, aliæ ad *fidei formularia* redeunt. Ritus sive ceremoniæ, Virtutum actibus assimilantur, formularia verò doctrinæ sunt veluti quædam umbræ veritatis, & plus minùsve ad puram mentis lucem accedunt. Laudabiles forent omnes istæ formulæ, si ad ea, quæ imitantur ipsæ, fovenda exprimendaque à suis inventoribus satis aptatæ essent, si religiosi ritus, disciplina Ecclesiastica, regulæ communitatum, leges denique humanæ semper veluti quoddam divinæ legis vallum nos à vitiorum incurfû tutarentur, honesta con-

†

doce-

PRÆFATIO.

docefacerent, & virtutem redderent familiarem. Hunc scopum Moyses, hunc sapientes ordinum religiosorum Institutores, sed maximè Christus sanctissimæ sapientissimæque Religionis divinus Autor sibi præfixere. Idem de *Fidei formularibus* dixero, quæ tolerabilia saltem forent, si nihil veritati salutari non consonum, quamvis non omne quod expetitur verum continerent; sed sæpe contingit, ut devotio ritibus opprimatur, & divinum lumen opinionibus obnubiletur humanis. Falsorum Deorum cultores qui ante exortam lucem Evangelii orbem pene totum occuparant, unum duntaxat formularum genus usurpabant; nam in cultu suo ritus adhibebant illi quidem, sed articulos fidei nullos agnoscebant; nec unquam de condendis Theologiæ suæ dogmaticæ formularibus cogitarant, ignari utrum numina sua personæ revera essent, an verò potentiarum naturalium, puta solis, planetarum, elementorumque duntaxat symbola. Nec eorum mysteria in dogmatis difficilibus sed in arcanis quibusdam cerimonijs consistebant, à quibus profani, hoc est, non initiati arcebantur. Hæc instituta ridicula sæpe erant & absurda, ideoque occultanda, ne in contemptum venirent. Habebant suas Idololatræ superstitiones, sua ostentabant miracula; oraculis, auguriis, præsagiis divinationibus plena apud ipsos erant omnia

Sa-

PRÆFATIO.

Sacerdotes signa quædam comminiscabantur iræ benevolentiaque Deorum, quorum haberi volebant interpretes. Istud ad mentes spe metuque præsentium in officio continendas spectabat; sed ingens illud futurum, expectandum post hanc vitam paucos habebat sollicitos, nec vera de Deo deque humana mente sensa curabantur.

Inter antiquos populos nulli præter Hebræos publica religionis habuisse dogmata noscuntur. Abraham & Moyles unum Deum omnis boni fontem sancivere credendum, de quo Hebræi magnificè sanè, dignissimèque loquuntur, ut mirum sit exigui terrarum anguli incolas præ reliquo genere humano sapuisse. Aliarum gentium sapientes de Deo non pauciora fortasse dixerunt interdum, sed paucos habuere sectatores nec dogmatis suis vim legis tribuere valuerunt. Interim Moyles de animorum immortalitate doctrinam legibus suis non inseruerat, consentanea quidem ejus menti erat illa doctrina, tradebaturque per manus, sed tamen populari modo necdum fuerat sancita. Donec tandem Christus eam sublato velo palam prædicavit & nullâ licet externâ vi armatus, docuit tamen authoritate legislatoris, animos immortales ad alteram transire vitam, ubi suorum operum mercedem recipiant. Moyles de Dei magnitudine ac bonitate jam tuæ præclara docuerat, quibus complures exultæ gentes hodie

PRÆFATIO.

consentiunt. At Christus horum attributorum consecraria omnia constabilebat & divinam bonitatem justitiamque in iis quæ Deus animabus præparat eximiè effulgere demonstrabat. Prætereo hîc alia christianæ doctrinæ capita, contentus ob oculos posuisse, quo pacto Christus perfecit ut Religio naturalis in legem transfiret & publici dogmatis vim obtineret. Effecit ipse solus quod tot tantique Philosophi frustra tentaverant. Cum tandem Romanum imperium, quod potiori terræ cognitæ parti dominabatur, Christi jugo sese submisisset, religio sapientum facta est religio populorum. Sed neque Mahometus superveniens à magnis illis Theologiæ naturalis placitis recessit. Quin adeò ejus sectatores sacræ veritatis partem in remotissimas Asiæ Africæque gentes, ad quas lex christiana necdum satis pervaserat, propagârunt, & in locis non paucis superstitiones Ethnicas veraci de Dei unitate & animorum immortalitate doctrinæ contrarias abolverunt.

Liquet, quòd Christus dum à Moyse inchoata perfecit, Numen nos non timere modò ac colere sed etiam amare atque in deliciis habere docuerit, docuerit, inquam, nam & Moses Deum amandum dixit, at quomodo amari posset non ita liquidum fecit. Sic nempe hominibus in hac mortali vita præbebat Christus prælibandam futuræ felici-

PRÆFATIO.

felicitatem. Nihil enim jucundius quam amare id quod amore dignum est. Amor est affectus ille qui nos rei amatæ perfectionibus gaudere facit, at Deo nihil perfectius, nihil suavius. Porro ut ametur, sufficit ejus perfectiones persentiscere, quod facile est, quia ideas harum perfectionum in nobis ipsis reperimus, nam perfectiones Dei sunt, quæ etiam animarum nostrarum, sed ab illo sine circumscriptione possessæ. Oceanus est, à quo stillas accepimus: aliquanta potentia, aliquanta notitia, bonitas aliquanta sunt in nobis; at in Deo plenæ sunt & integræ. Ordine, proportionibus, Harmonia mirè delectamur, uti patet in pictura & musica. At Deus totus ordo est, proportionum concinnitatem nunquam non servat, harmoniam præstat universalem, omnis decor ac pulchritudo non nisi radiorum ejus profuvium est.

Hinc manifestè conficitur veram pietatem imò veram felicitatem sitam esse in Dei amore sed illuminato illo, quique lumen ardori habeat adjunctum. Hic amor illud in bonis operibus gaudium parit, quo virtus altius attollitur, dumque omnia ad Deum tanquam ad centrum refert, humana transvehit ad divina. Dum enim officii nostri partes implemus dum obtemperamus rationi, mandata supremæ Rationis exequimur, & consiliis nostris collimamus ad commune

PRÆFATIO.

bonum, quod à Deiglória non discrepat, deprehendimusque tandem neminem propriis commodis velificari magis quàm qui generalis commodi satagit, & nobis ipsi satisfacimus, dum procurandâ hominum felicitate verâ delectamur. Utcumque res cadat, eventu contenti erimus ubi nos Dei voluntati permiserimus totos, & quod Deus vult, id optimum esse noverimus. At priusquam Deus voluntatem suam eventu ipso manifestaverit conamur eidem voluntati obviam ire id agendo quod Dei mandatis apparet esse quàm maximè consentaneum. Cum sic animo affecti sumus, sinistro casu nihil moramur, non nisi erratis nostris angimur, nec ob ingratos hominum mores de beneficentia nostra quidquam remittimus, charitas nostra humilis & modesta est, nec affectat imperium, ad defectus nostros & aliorum dotes ex æquo attenti, proprias quidem actiones libenter carpinus, alienas verò excusamus atque corrigimus, tum ut nos ipsi perficiamus, tum ut nemini faciamus injuriam. Nulla viget pietas ubi nulla est charitas, nec qui beneficus & officiosus non est, sinceram exhibere devotionem potest.

Equidem indolet, educatio liberalis, hominum piorum ac virtute insignium consuetudo ad felicem hunc statum animi comparandum conferre possunt plurimum; sed nullâ

PRÆFATIO.

nullâ magis re quàm rectis principiis in illo solidamur. Dixi jam antè, jungendum est ardori lumen & voluntatis laudes intellectûs dotibus consummari par est. Actus virtuti æquè ac vitio conformes, nudæ consuetudinis effectus esse possunt, qua nobis sensim grati redduntur actus illi; at virtus vera & ex luce mentium nata à recta ratione pendet, & ad Deum supremam omnium rerum rationem refertur. Nequit amari Deus nisi cognoscantur ejus perfectiones, & hæc cognitio veræ pietatis *Principia* continet. Scopus Religionis esse debet hæc principia mentibus infigere: sed nescio quo pacto persæpe accidit, ut homines ipsique adeò religionis Magistri ab hoc scopo procul aberrarint: contra divini nostri Magistri destinata, devotio ad cerimonias reducta fuit, & doctrina formulis onerata. Sæpe hæ cerimonix non admodum accommodæ fuerunt ad alendam virtutem, & formulæ interdum non fuerunt admodum luminosæ. Quis credat? Christiani passim sibi persuasere, se posse Deo devotos esse sine dilectione proximi, & pios sine amore Dei, aut certè proximum diligi posse crediderunt, etsi ejus commodis non studeretur, aut Deum amari, etsi non cognosceretur: Non pauca effluxere sæcula priusquam error ille publicè satis adverteretur, & restant adhuc non exiguæ regni tenebrarum reliquix. Videmus

PRÆFATIO.

interdum homines de pietate, de devotione, de religione diu multumque differentes, imò earum magisterium professos, de divinis tamen perfectionibus non satis dignè sentire. Supremi rerum Arbitri bonitatem justitiamque malè concipiunt, Deum sibi fingunt qui nec imitatione dignus sit nec amore, quod sanè mihi visum est esse periculosissimum, cum maximè intersit ipsum pietatis fontem nullo esse veneno infectum. Antiqui errores illorum qui Deum accusarant, aut qui in malum principium transformarunt, hâc ætate nostra subinde revixerunt. Ad irresistibilem Dei potentiam itum est, dum potiùs de suprema ejus bonitate manifestanda agebatur, & dominium despoticum in vectum fuit, ubi potentiam perfectissimæ sapientiæ legibus temperatam considerare oportebat. Observavi noxias hæc sententias niti præsertim notionibus quibusdam perplexis, quas aliqui de libertate, necessitate ac fato sibi efformarant, & pro re nata calamum arripui non semel ut tanti momenti capita elucidarem. Sed tandem meditationes meas super his omnibus argumentis tam inter se connexis in unum colligere mihi consilium fuit, easque in lucem emittere, quod hisce meis *de Bonitate Dei, Libertate hominis & Origine Mali tentaminibus præstandum suscepi.*

Duo sunt Labyrinthi insignes in quibus
ratio

PRÆFATIO.

ratio nostra per sæpe aberrat. Alter spectat magnam *de Libero & Necessario* quæstionem, maximè in productione & origine *Mali*. Alter pertinet ad discussionem *Continui & Indivisibilium*, quæ Continui elementa esse videntur, quam discussionem Infiniti quoque consideratio ingreditur. Ac prior quidem quæstio totum ferè genus humanum divexat; posterior verò solos exercet Philosophos. Erit forsan aliàs occasio mentem meam explicandi super Continuo, ac monendi quod ob non bene perceptam substantiæ materiæque naturam falsæ positiones invecæ sint, quæ ad insuperabiles ducunt difficultates, quarum difficultatum legitimus usus esse deberet, harum ipsarum positionum everio. At si Continui cognitio magni est ad Theoriam momenti, necessitatis certè notitia non est minoris ad praxin & hæc cum capitibus annexis, scilicet Libertate hominis & Justitia Dei erit hujus meæ diatribæ argumentum.

Ab omni ferè ævo conturbavit homines sophisma quoddam, quod Veteres *Rationem ignavam* dixere, quia ad desidiam incuriamque rerum omnium & ad sequendum duntaxat voluptatis præsentis impetum tendebat. Sic enim agebant: Si futurum est necessarium, id quod futurum est, eveniet quidquid agam atqui futurum est necessarium, sive quia Deus omnia prænoscit, imò præfinit

PRÆFATIO.

administrando quæcumque in mundo sunt, sive quia omnia eveniunt per nexum causarum, seu denique propter naturam ipsam veritatis, quæ in enunciationibus de futuro determinata est, cum enunciationem omnem semper esse veram vel falsam necesse sit, quanquam, utrum eorum locum habeat, non semper dignoscamus. Et hæc omnes determinandi ut sic dicam rationes quæ diversæ videntur esse, veluti lineæ ad idem centrum denique concurrunt. Datur enim in eventu futuro veritas aliqua quæ per causas prædeterminatur, & hanc Deus præstituit constituendo causas.

Pravè intellecta notio necessitatis ad mores applicata peperit id quod *Fatum Mahumetanum* nuncupo, quia Turcæ, ob rationes similes jam relatis, discrimina aut loca hęc infecta non vitare perhibentur. Nam *Fatum*, quod *Stoicum* dicitur non erat tam atrum quàm vulgò depingitur, nec homines à curandis negotijs avocabat, sed tendebat ad præstandam nobis tranquillitatem ex consideratione necessitatis quæ sollicitudinem anxietatemque nostram inutilem reddit. In quo hi Philosophi à Christi Domini doctrina non usquequaque recedebant, qui sollicitudines istas dissuadet, assimilans inutili curæ quam homo susciperet in
pu-

PRÆFATIO.

pugillo uno ad staturam suam adjiciendo.

Verum quidem est, quod stoicorum (& fortassis etiam aliquorum hujus temporis Philosophorum celebrium) in jactatâ hac necessitate sistentium doctrina non nisi patientiam coactam ingenerare possit, cum econtra Salvator noster sublimiores cogitationes inspirans, artem semper gaudendi nos insuper doceat ostendatque, quando Deus perfectè bonus ac sapiens omnia tam sedulò curat, ut ne capillum quidem nostri capitis unicum negligat, omnimodam in illo ponendam esse fiduciam : & deprehensuros nos si rerum seriem capere possimus, melius aliquid, quàm quod facit, ne optari quidem posse, sive res absolutè sive comparatè ad nos ipsos (si modo sapiamus) spectentur. Itaque res perinde se habet ac si diceretur hominibus : officii vestri partes strenuè implete, & de cætero acquiescite futuris, non solum quia divinæ providentiæ aut naturæ rerum reluctari non valetis (quod quidem ad *tranquillitatem*, non item ad gaudium sufficit] sed etiam quia cum optimo Domino vobis negotium est : Et hoc vocari potest *Fatum Christianum*.

Interim maximæ partis hominum, etiam Christianorum actiones, quamvis ipsi non
fari-

P R Æ F A T I O .

satis agnoscant, quandam Fati Mahumeta-
ni mixturam interdum redolent. Non feri-
antur illi quidem aut pigrantur, ubi pericula
evidentia, vel spes luculentæ ingentesque se
offerunt, nam subducent se è domo ruinam
minitante, ac præcipitium in via occurrens
cavebunt, terram fodient ut Thesaurum
semiconspicuum eruant, neque expectabunt
dum ille à Fato expediatur penitus. At ubi
bonum malumve aut procul dissitum, aut
dubium est, & remedium molestiam habet,
aut palato nostro non arridet, tunc enim ve-
rò *ratio ignava* nobis esse bona videtur. Ve-
lut si de valetudine imò & vita ipsa victu so-
brio tuenda agatur, ubi ij quibus consilium
datur sæpe respondent: dies nostros esse nu-
meratos, & frustra se adversus destinatum
sibi à Deo sortem luctaturos. At iidem isti
homines, ubi malum, quod neglexerant,
imminere sentiunt, ad remedia quævis etiam
maximè ridicula convolant. Idem fere ratio-
cinium usurpant passim in deliberationibus
paulò operosioribus, veluti dum quæritur
Quod vite sectabor iter? quod institutum
amplectendum? cum de uxore ducenda,
de bello gerendo, de conferendo prælio
agitur: his enim casibus, non pauci discuf-
sionis laborem pertæsi forti vel inclinationi
se suæ permittent, quasi Prudentia in casi-
bus duntaxat facilibus advocanda in consi-
lium foret. Tunc ergo rationciatio more Tur-
carum

PRÆFATIO.

carum institueretur (quamvis id aliqui malè vocent Providentiæ se Divinæ permittere, quod tunc solùm locum habet quando quis officio suo probè functus est) & ignava ratio à fati irresistibilitate desumpta valebit, ut ratiocinii legitimi onus excutiat.

Omitto, si hoc ratiocinium contra rationis usum teneret semper locum habiturum sive deliberatio facilis sit, sive difficilis. Et huic ignaviæ originem ex parte suam debent Hariolorum superstitiones, in quas æque facilè ac in lapidem Philosophicum impingunt homines quia compendiosas felicitatis sine labore comparandæ vias vellent.

Non hîc loquar de illis qui sese fortunæ totos permittunt, quia fortunam prius faventem experti sunt, quasi constans in eâ perpetuumque foret quidpiam. Eorum argumentatio à præterito ad futurum, non minus inanis est quàm Astrologiæ judiciariæ aliarumque divinationum principia, nec animo reputant esse in fortuna fluxum quendam refluxumque quem *Maream* (quasi æstum maris) vocant Itali, dum ludunt ludum illum cartarum, quem *Bassettam* nuncupant: qui etiam in eo quasdam instituunt observationes, quibus tamen nimium fidere nemini autor fuerim. Interim hæc in fortunam fiducia sæpe prodest ad homines & præsertim milites animandos, iisque bonam illam fortunam

PRÆFATIO.

tunam quam sibi tribuunt reverà conciliat, quemadmodum prædictiones sæpe prædicta efficiunt, & quemadmodum Mahumetani suâ de Fato sententiâ fieri perhibentur audaces. Ita ipsi errores suâ non carent utilitate, sed plerumque aliis medendo erroribus, nam veritas in universum potior haberi debet.

Sed tunc præcipuè jaçtatâ Fati necessitate abutimur cum illam vitij nostris intemperantique licentiæ excusandæ obtendimus. Audivi sæpe juvenes, audacia illorum judicia æmulantes, quorum ingenia fortia parùm rectè à Gallis vocantur, frustranea dicere virtutis encomia, vana vitij vituperia, præmiorum spem, metumque pænarum inanem, cum omnia necessariò fiant, & de fatorum libro dici queat: *quod scriptum scriptum est*, nec præscripta fati instituta vitæ nostræ ratio mutari possit, atque ita fatius esse gerere morem animo, eaque duntaxat persequi quæ nos in præsens oblectare possint, quàm nequicquam circa futura luctari. Verum boni illi absurdas hujus argumenti nimium probantis consequentias minime perpendebant: probaret enim forbendum esse suave poculum quamvis illud toxico medicatum probè nossent. Eâdem enim ratione, si valeret argumentum, dicere potero: si scriptum sit in diptera parcarum, toxicum istud mihi perniciem alla-

PRÆFATIO.

allaturum, id esse eventurum, quamvis toxicum istud non biberem. Sin verò minimè id scriptum sit, nihil mihi mali eventurum, etiamsi toxicum hauriam, atque ita impune me genio meo morem gerere posse sumendo quod delectat, quamvis perniciosum, quod quidem manifestè absurdum est. Hac objectione reprimebantur illi aliquantulum, semper tamen ad ratiocinium suum varijs modis incrustatum revertebantur, donec tandem illis ostensus fuisset hujus sophismatis fons: nempe falsum esse quod res eventura sit, quidquid agas aut non agas. Eveniet illa, quia facies quod ad eam ducit. Itaque effectuum causarumque nexus tantùm abest ut necessitatem inducat perniciosam moribus, ut potiùs ei profligandæ apprimè deserviat.

Verùm quamvis in necessitatis defensore abesset intentio prava quæ ad effrenem licentiam ducat, poterit tamen aliter absurdis fatalitatis sequelis turbari: si nimirùm perpendat istâ necessitate tolli libertatem arbitrij, actionis moralitati tam essentialem, cum nec justitia nec injustitia nec laus nec vituperium, nec pœna nec præmium in actionibus necessarijs locum habere possint, nemoque ad impossibile faciendum aut necessarium omitendum teneatur. Aberit quidem fortasse animus hac cogitatione abutendi in vitij patrociniũ. At non parva sæpe difficultas occurret, ubi

PRÆFATIO.

ubi iudicium de alienis factum ferendum erit, & maximè, ubi respondendum erit objectionibus, quarum aliquæ Deum ipsum spectant, de quibus statim loquar. Et quia necessitas insuperabilis ostium aperiret impietati, sive ob scelerum impunitatem quæ ex illa colligi posset, sive quia torrenti omnia rapienti resistere velle foret inutile; magni profectò refert diversos necessitatis gradus distinguere, palàmque facere quod eorum aliqui obesse libertati non possint; uti econtra aliquis admitti non potest, quin pravas consequentias secum trahat. Nonnulli longius provec̃ti & ad probandum quòd virtus vitiumque nec profint nec obsint, necessitatis obtentu abuti minimè contenti, audent Deum scelerum suorum consortem facere Paganos imitati, qui sua Dijs crimina tribuebant, quasi numine aliquo ad peccandum compellerentur. Christianorum Philosophia quæ rerum omnium à primo Autore dependentiam, ejusque ad omnes creaturarum actiones concursum meliùs quam illa vetus agnoscit, difficultatem augere visa est. Viri quidam docti hujus ætatis omnem creaturis activitatem denegare non dubitarunt: ac Clarissimus Baylius, qui ab hac opinione paradoxa non abhorrebat, eâdem usus est ad resuscitandum pridem sopitum de binis principiis sive duobus Dijs, altero bono, malo altero dogma; quasi istud difficultates de mali origine dilue-

PRÆFATIO.

dilueret expeditius ; etsi alioqui fateatur hanc sententiam nullâ posse ratione defendi, & Principij unitatem in manifestis rationibus à *Priori* atque rebus intimiori desumptis fundari. Sed conatur inde evincere quòd humana ratio ipsa sibi contradicat, & propriis suis luminibus obstruat, neque objectionibus satisfacere possit. Fatetur quidem non eò minùs firmiter adhærendum esse dogmatis revelatis, quibus unius Dei perfectè boni, perfectè potentis, perfectèque sapientis existentia stabilitur : sed verendum est ne lectores non pauci, quibus de objectionum insolubilitate persuasum esset, quique objectiones censerent æquè saltem robustas quàm argumenta, quibus religionis veritas innititur, ad perniciosas inde consequentias delabantur.

Sed etsi daretur (quod dari nequit) nullum Dei ad pravas actiones concursum esse, superesset tamen difficultas non levis, quòd actiones istas Deus prævidet ac permittit, cum eas omnipotentiâ suâ possit prohibere. Hinc quidam Philosophi, imò & Theologi rerum singularum & futurorum maximè eventuum notitiam Deo negare, quàm quæ bonitati ejus repugnantia censebant, concedere maluerunt. Sociniani, nec non Conradus Vorstius eam in partem inclinant. Et Thomas Bonartes Anglus Jesuita Pseudonymus sed oppidò eruditus, qui de *Concordia*

† †

Sci-

PRÆFATIO.

Scientia cum Fide librum (sed suis improbatum) conscripsit, de quo infra sermo recurret, id ipsum insinuare videtur.

Malè illi sanè sed nihilo meliùs alii quibus sine Dei voluntate potentiâque nihil fieri certis, libuit tamen Deo consilia & opera tribuere substantiâ optimâ maximâque prorsus indigna, ut divinæ Bonitati Justitiæque renuntiasse videri possint. Crediderunt enim Supremum universonum Dominum sine ullo suæ sanctitatis detrimento efficere posse ut peccata committantur solùm quia ita libet, aut ut delinquentes punire possit: imò posse Eum sempiternis innocentum cruciatibus delectari absque injustitia illa, quia nemo jus habet ei dicendi: cur ita facis? imò quidam ausi sunt asserere Deum reverà sic agere. Et his doctrinis tam horridis ex eo color quæsitus est, quòd respectu Dei quasi nihil sumus; itaque nos cum vermiculis, Deum cum homine comparant qui vermiculos conterere pensi nihil habet, aut animalia diversa à nostra speciei malè mulctare religioni sibi non ducit. Arbitror homines non paucos animo cæteroqui non malo his opinionibus abreptos fuisse, quia eorum consuetudines non satis perviderunt, neque animadverterunt his assertis Dei justitiam reverà destrui. Nam illi justitiæ speciei cui voluntas sola pro regula est, id est, ubi voluntas nullis æqui bonique regulis dirigitur, imò in malum ipsum
dire-

P R Æ F A T I O .

directè fertur , quam obsecro notionem tribuemus, nisi fortasse expressam in Tyrannica definitione Thrasymachi apud Platonem docentis : justum nihil aliud esse , quàm quod potentiori placet. In quod imprudentes recidunt , quotquot obligationem omnem in coactione fundant , atque adeò potentiam pro mensura juris habent. Sed placita tam absurda , tamque hominibus exemplo Dei bonis ac beneficis efficiendis inepta brevè abjicientur , ubi ritè perpensum fuerit , Deum , qui ex alieno malo voluptatem gloriamque captaret , à malo Manichæorum principio discerni non posse , eoque admissio perinde fore ac si malus Manetis Deus mundi dominatum solus teneret. Vero igitur Deo non nisi ea tribuenda sunt sensa , quæ boni Principij appellatione sunt digna.

Feliciter accidit ut paradoxa hæc doctrina apud Theologos tantum non exoleverit. Interim viri quidam ingeniosi , qui difficultates sulcitare amant , eam hodie ad lucem revocant , ac Theologiæ Christianæ controversias cum Philosophiæ disceptationibus conjungentes , perplexitatem nostram augere student. Philosophi de Necessitate , de Libertate , deque Mali Origine quæstiones pertractarunt , quibus quæstiones de Peccato Originali , de gratia , deque Prædestinatione addidere Theologi. Originalis huma-

PRÆFATIO.

humani generis ex Adæ peccato nata corruptio naturalem nobis absque gratiæ adjutorio peccandi necessitatem imposuisse videtur: sed quia cum punitione necessitas stare nequit, conficietur inde gratiam sufficientem omnibus hominibus dari debuisse, quod experientiæ non satis consentaneum videtur.

Sed ingens est difficultas præcipuè in Dei destinatione circa hominum salutem. Electi sive salvandi pauci sunt. Igitur Deus decretoriam multos eligendi voluntatem non habet, cumque in confessio sit electos præ ceteris qui electi non sunt, electione ipsam meritos non fuisse, nec per seipsum minus alijs esse malos, quia quidquid habent divino munere acceperant, augetur difficultas. Ubi ergo Dei justitia [inquiet aliquis] aut certè ubi ejus bonitas? Prosopolepsia sive personarum acceptio justitiæ adversatur, & qui beneficentiam suam sine causa limitibus coercet, eum non satis habere bonitatis oportet. Verum quidem est eos qui electi non sunt, culpâ suâ interire, defuit enim illis bona voluntas aut fides viva, at hanc ipsam largiri penes Deum erat. Notum est præter interiorem gratiam homines solere discerni per occasiones externas, & educatione, consuetudine, exemplis ingenia corrigi sæpe vel depravari: at quis non miretur quòd his quidem circumstantiis faventes præparet, illos verò in occasiones infelicitatè procuraturas incidere sinat?

Nec

PRÆFATIO.

Nec sufficere videtur quòd aliqui dicunt, gratiam internam esse universalem, & omnibus æqualiter concessam, cum iidem Auctores ad exclamationes Apostoli confugere cogantur, ac dicere *O altitudo* ! dum animo reputant, quantopere homines per gratias, ut sic loquar, externas discernantur, eas videlicet, quæ in circumstantiarum à Deo excitatarum diversitate conspiciuntur, quarum certè homines non sunt arbitri, quæ tamen ad salutem tantopere conferunt.

Nec magis promovebis si cum S. Augustino dicas, cum homines universi per Adæ peccatum sub damnatione comprehensi sint, Deum, omnes in sua miseria relinquere potuisse, atque ita merum esse beneficium quòd aliquos liberaverit : nam præterquam quòd absurdum videatur alienò peccato damnari quempiam debere, remanet semper quæstio, cur Deus non omnes liberet, cur partem minimam tantùm, & cur hos potius quam illos ? Equidem omnium Dominus est, sed bonus justusque Dominus. Potentia ejus summa & absoluta est ; sed sapientia non finit ut hæc potentia mero despoticoque arbitrio exerceatur, hoc enim reverà Tyrannicum foret. Prætereá cum primi hominis lapsus non nisi permittente Deo contigerit, & Deus non nisi post expensas peccati istius sequelas eum permittere decreverit, quæ in totius massæ generis humani

PRÆFATIO.

corruptione, nec non pusilli salvandorum gregis electione ac cæterorum omnium derelictione consistunt, frustra difficultas in massa jam corrupta sistendo dissimulatur, cum vel ingratis nostris altiùs assurgendum sit ad sequelarum primi peccati cognitionem in Deo anteriorem ejus decreto quo peccatum permisit, simulque permisit reprobos massa perditionis involvi, non liberandos. Deus enim, ac sapiens nil nisi pensatis omnibus rei ponendæ consecrarijs statuunt.

Speramus has omnes difficultates à nobis expediendas, ac palam faciendum. Imo *Necessitatem absolutam* quæ etiam Logica aut Metaphysica, interdum Geometrica dicitur, quæque sola timenda foret, in actionibus liberis minimè reperiri, atque ita libertatem non solum à coactione sed etiam à verâ necessitate immunem esse. 2do Deum ipsum, quanquam semper eligit optimum, ex absoluta tamen necessitate non agere, & leges naturæ ab eo præscriptas medium tenere inter veritates Geometricas absolute necessarias & arbitraria decreta, quod à Baylio, alijsque recentibus Philosophis non satis intellectum est. Ostendemus 3tio quandam etiam in libertate indifferentiam inveniri quia nulla reperitur alterutram in partem necessitas absoluta; nunquam tamen indifferentiam æquilibrij perfecti locum habere. Ostendemus 4to In actionibus

PRÆFATIO.

nibus liberis perfectam reperiri spontaneitatem, supra quàm hactenus conceptum fuit. Denique demonstrabimus necessitatem hypotheticam, & necessitatem moralem liberis actionibus relictas nihil afferre incommodi & *Rationem ignavam* esse purum putum sophisma.

Circa Mali originem ex parte Dei consideratam, perfectionum Divinarum Apologiam texemus, quâ Dei sanctitas, justitia, bonitasque non minùs quàm magnitudo, potentia, independentiaque extollantur. Ostendimus quo pacto fieri possit, ut ab illo universa pendeant, ut ad omnes creaturarum actiones ipse concurrat, imò ut creaturas, si ita vis, continuò creet, nec tamen ideò sit autor peccati. Ubi etiam demonstratur quomodo concipienda sit privativa natura mali. Quod amplius est, ostenditur qua ratione malum originem habeat à Divina voluntate diversam, atque ideo quòd meritò dicatur Deus malum culpæ non velle, sed permittere tantùm. Sed, quod omnium præcipuum est, ostenditur Deum potuisse peccatum & miseriam non permittere tantùm sed & variâ concurrenti ratione promovere, absq; ullo supremæ sanctitatis bonitatisq; suæ detrimento, quamvis absolutâ quædam ratione spectatâ hæc omnia mala cavere potuisset.

In negotio Gratiae & Prædestinationis propugnamus modos loquendi magis probatos:

PRÆFATIO.

veluti : quòd non nisi per prævenientem Dei gratiam convertamur ; quòd bonum agere nisi ejus adjutorio non valeamus ; quòd Deus omnium hominum salutem velit, nec ullos damnet nisi qui pravæ fuerint voluntatis ; quòd omnibus gratiam sufficientem largiatur, modò eâ uti velint, quòd cum Christus electionis principium centrumque sit, Deus electos ad salutem destinaverit quia ipsos vivâ fide Christi doctrinæ adhæsurus prævidit, quanquam hæc ratio electionis non sit ratio ultima, sed hæc ipsa prævisio anterioris adhuc decreti divini consecutaria sit, quia fides est Dei donum, ac Deus eos ad habendam fidem prædestinavit ob rationes decreti alicujus superioris, quo gratias & circumstantias secundùm supremæ suæ sapientiæ altitudinem dispensat.

Cum verò vir hac ætate eruditissimus, cujus eloquentia cum sagacitate perspicaciaque certabat, quique ingentia vastissimæ eruditionis specimina edidit, nescio qua inductione animi permotus omnes in hac materia difficultates jam à nobis strictim delibatas, & ab alijs olim suscitatas mirabiliter instaurare studuerit, amplum exercitandi ingenij campum nacti sumus in singula cum illo descendendo. Fatemur libenter Clarissimum Baylium (de hoc enim mihi sermonem esse facile quisvis perspicit) exceptis causæ ipsius momentis superiora ha-

PRÆFATIO

habere omnia ; sed veritatem (quam à nobis stare ipse agnoscit) quantumvis nudam , cunctis eruditionis : eloquentiæ-que ornamentis prævalituram confidimus , si modo eam ut oportet eolverimus : tantoque magis felicem certaminis hujus successum speramus , quòd Dei causam hîc agamus, interque cætera quæ hoc loco tuemur axiomata non infimum sit : adjutorium Dei non deesse iis qui bonæ sunt voluntatis. Cujus quidem optimi animi sui argumentum dissertationis præsentis Autor putat se dedisse etiam studio quod ad hoc argumentum attulit. Meditatus illud inde ab adolescente, & cum maximis aliquot hujus ævi viris congressus ut doceretur, nec melioris notæ librorum negligens , & quia complurium idoneorum judicum sententiâ in quibusdam alijs meditationibus profundis præsentis materiæ valdè affinibus operæ pretium ; Deo juvante fecisse visus est , spem fortasse non vanam fovet lectores veritatis amantes , & ad eam investigandam non ineptos attentum animum ad hujus opusculi lectionem esse allaturos.

Aliæ præterea rationes peculiare cum ad argumentum isthoc aggrediendum invitârunt. Habita de illo cum hominibus tam literatis quàm vulgicis in Germania Gallicæque , sed præcipuè cum maxima & omnibus ingenij naturæque dotibus cumulati-

PRÆFATIO.

ſima fœmina Principe colloquia , cum huc perpulere non ſemel. Audiebat illum Sereniſſima hæc Regina de varijs mirabilis Bayliani Dictionarij capitibus ſenſa ſua edifferentem , in quo Fides & Ratio digladiantes inducuntur , ac Baylius Rationi ſilentium inducere vult , poſtquam cum nimiùm loqui juſſit , quod ille triumphum fidei nuncupat. Autor hujus opellæ tunc ſe quidem aliter ſentire ſignificavit , gaudere tamen , quòd tanti vir ingenij graviffima hæc juxta ac difficillima capita perſcrutandi anſam præbuiſſet. Faſſus eſt hæc ipſa dudum à ſe fuiſſe expenſa , ſequè interdum deliberaſſe de cogitatis ſuis eo ſuper argumento vulgandis , quorum præcipuus ſcopus eſſe debebat notitia Dei , qualis ad excitandam pietatem alendamque virtutem neceſſaria eſt. Sereniſſima Regina Autorem magnopere hortata eſt , ut antiquum exequeretur propoſitum , acceſſere amici , eoque propiùs aberat ut eorum votis obſequeretur , quod ſpes eſſet fore ut procedente jam diſcuſſione Cl. Baylij lumina cum juvarent ad argumentum iſtud tanta in luce collocandum quantum nunc expectare fas erat. ſed varia interceſſere impedimenta , quorum non poſtremum fuit incomparabilis Reginz obitus. Accidit interea Cl. Baylium ab egregijs oppugnari viris qui materiam hanc ipſam expendere aggreſſi ſunt. Reſpondit illis

Bay-

PRÆFATIO.

Baylius ampliter & semper ingeniosè. Spectabamus attentè certamen illud, nihilque propius factum est quam ut illi immisceremur. Res sic accidit.

Divulgaveram Systema novum quod explicandæ animæ & corporis unioni accommodum videbatur, & laudem tulit etiam ab illis qui secus sentiebant. Nec defuere viri eruditi, qui mecum jam ante sensisse sese profiterentur, quamvis ad explicacionem adeò enucleatam non descendissent, priusquam mea de illo scripta vidissent. Cl. Baylius Dictionarij Historico-Critici Articulo *Rorarius* illud expendendum suscepit. Censuit principia quæ dederam esse digna quæ excolerentur, utilitatem eorum circa certa capita notavit, & difficultates quæ adhuc remorari poterant exposuit. Non potui verbis tam officiosis & meditationibus tam utilibus non respondere uti par erat: Ergo ut majorem ex ijs fructum caperem, *Historia operum eruditorum* mensi Julio 1698. inferendas curavi Elucidationes aliquas quibus Cl. Baylius in altera Dictionarii sui Editione suas observaciones reposuit. Misi deinde illi responsionem alteram, quæ lucem necdum vidit, & cui an reposuerit aliquid ipse, non intellexi.

Inte-

PRÆFATIO.

Interim cum Vir Clarissimus & multiplici doctrinâ Celeberrimus Joannes Clericus Bibliothecæ suæ selectæ Excerptum quoddam ex Intellectuali Cudvorthi Theologi Anglicani Systemate inseruisset, ibique naturas quasdam plasticas à Doctissimo Cudvortho ad animalium formationem adhibitas exposuisset, censuit Cl. Baylius (vide continuationem cogitationum diversarum cap. 21 Art. II.) cum hæ naturæ cognitione careant, earum positione infirmari argumentum, quo ex mirabili rerum conformatione suadetur causam Universi intellectu præditam esse debere. Respondit Cl. Clericus (Art. 4. Tom. 5. Biblioth. select.) naturas istas indigere sapientiæ divinæ directione. Instittit Baylius (art. 7. Historiæ Operum Eruditorum Augusti 1704) causæ efficienti cognitione destitutæ non satis esse nudam directionem; nisi velis eam esse merum Dei instrumentum, quo casu frustra foret. Atque hîc Systema meum, obiter perstrinxit, ex quo occasionem nactus sum Celebris Operum Eruditorum Historico mittendi brevem Schedam quam ipse mensis Maji 1705 Articulo 9. inseruit, quâ conabar ostendere ad animantium organica corpora producenda sufficere quidem Mechanismum absque naturis alijs plasticis, modo addatur *præformatio* jam tum organica in corporum nascentium seminibus, quæ in corporibus, ex quibus pro
diere

PRÆFATIO.

diere, continentur, usque ad prima retro semina; quod non nisi ab infinitè potente & infinitè sapiente rerum Autore provenire poterat, qui ab initio statim ordinatè cuncta faciens, ordinem artificiumque futurum in illis omne jam præstituisset. Nimirum in intima rerum constitutione nullum est Chaos, organisus est ubique in materia, cujus dispositio Deum habet Autorem: imò hic organisus tantò amplius in ea elucesceret quò major in corporum Anatomia fieret progressus, illumque plus ultra semper observare fas esset, etiam si cum natura in infinitum progredi possemus, ac cognitione nostrà continuare subdivisionem, sicut eam natura reverà continuavit suo motu.

Cum ergo ad mirabilem illam *animalium formationem* explicandam uterer *harmonia præstabilitâ* hoc est, eadem ratione quâ usus eram ad explicandum aliud naturæ miraculum, scilicet animæ cum corpore commercium, ex quo principiorum à me adhibitorum uniformitas, fæcunditasque effulgebat; id Cl. Baylio Systema meum in memoriam revocasse videtur, quod hujus commercii rationem reddit, & fuerat olim ab ipso expensum. Declaravit ergo (cap. 180. Responionis ad quæsitâ Provincialis pag. 1253. tom. 3.) sibi non videri Deum materiæ vel alij cui-cumque causæ impertire posse facultatem organa formandi, quin ipsis organorum ideam
sive

PRÆFATIO.

sive cognitionem simul impertiat, nec se adhuc adduci ut credat, Deum cum omnia sua in naturam potentia, omnique eventuum possibilium præscientia posse res ita disponere, ut vi solarum legum mechanicarum navis aliqua ad portum destinatum perveniat, nisi in decursu ab aliquo moderatore intelligente dirigatur. Miratus sum Baylium divinæ potentæ statuere limites nullâ in oppositum allatâ ratione, nullâque contradictione ex parte objecti, aut imperfectione ex parte Dei adductâ, quamvis in secunda mea responsione ostendissem, ipsos adeo homines efficere sæpe per automata nonnihil affine motibus à ratione immediatè provenientius, imò mentem finitam sed nostrâ superiorem id exequi posse, quod Baylius esse Deo possibile inficiatur: Accedit quod cum Deus omnia simul ab initio præordinaverit, rectum hujus navis iter non magis stupendum foret quam Cylindri ignivomi missilis (racchettam quidam vocant, Galli fusum) in artificiosa pyra decursus secundum funem accuratus, quandoquidem omnes omnium rerum leges directionesque perfectâ inter sese harmoniâ conspirant amicè seseque mutuò regunt quasi filis aut funibus neciterentur.

Hæc ergo Baylij declaratio suæ mentis, responsionem à me postulabat, statueramque
ipfi

PRÆFATIO.

ipsi repræsentare , quod nisi Deus ipse per miraculum continuum efformare corpora, aut id negotij commisisse dicatur intelligentijs, quarum potentia scientiaque pene sint divinæ, judicandum sit, Deum res ita præformasse, ut organis mus novus nihil sit aliud quam mechanica constitutionis organicæ præcedentis consecutio, prorsus sicuti fit, dum papiliones è bombycibus prodeunt, in quo nihil esse nisi evolutionem Cl. Svammerdamius olim demonstravit. Addidissim , plantarum animaliumque præformatione aptius nihil esse ad confirmandum Systema meum harmoniæ inter animam corpusque præstitutæ, in qua corpus ex nativa sua constitutione movetur ad exequendum cum rerum externarum adjutorio, quidquid agit volente animâ, uti semina vi constitutionis suæ originalis divinas intentiones atque consilia naturaliter exequentur artificio adhuc majori, quàm illud quod efficit ut in corpore nostro omnia nostræ voluntatis imperio conformentur. Baylius ipse meritò judicat in formandis animalium organis plus inesse artificij quàm in elegantissimo quovis poëmate, aut pulcherri mo quolibet ingenij humani invento. Ex quo fit Systema meum circa corporis animæque commercium æque facile esse quàm comunem de animalium formatione sententiam. Hæc enim sentētia (quæ mihi vera videtur) reverà
ponit

PRÆFATIO.

ponit naturam à Dei sapientia ita fuisse constitutam, ut virtute legum suarum animalia formare valeat. Idipsum elucido ego, ac possibile esse clarius, ni fallor, ostendo ope *præformationis*. Mirum posthæc non videbitur, quòd Deus ita corpus fabricaverit, ut vi legum propriarum rationalis animæ imperia possit exequi, siquidem quidquid anima rationalis imperare corpori potest, minùs sit arduum quàm organorum formatio seminibus à Deo imperata. Ait Baylius (Responsionis ad Quæsitæ Provincialis cap. 182. pag. 1294.) nuper demum extitisse quosdam, quibus suboluit corporum viventium fabricam opus naturæ esse non posse: quod ipsum juxta sua ipsius principia etiam de corporis animæque commercio dicere potuisset, cum Deus in Systemate Causarum Occasionalium, quod Baylius adoptaverat, totum quantum est utriusque commercium præstet. At ego nihil hîc admitto superius naturæ vitibus nisi in ipsis rerum initiis circa primam animalium efformationem, aut circa originalem Harmoniæ inter corpus animamque præstitutæ constitutionem. Quibus jam positis, censeo formationem animalium, & mutuum corporis animæque respectum aliquid nunc esse æquè naturale, quàm aliæ quælibet naturæ operationes maximè vulgares, eâ ferè ratione quâ vulgò de instinctu deque mirandis Belluarum operibus

P R Æ F A T I O

libus ratiocinamur. Rationem ibi agnoscimus, non in belluis ipsis, sed in earum Conditore. Itaque communi sententiæ in hoc capite assentior, spero tamen sententiæ isti explicatione meâ perspicuitatis, imò & amplitudinis aliquid accessisse.

Cum igitur Systema meum adversus novas Cl. Baylii difficultates mihi propugnandum esset, statueram pariter cum Viro illo doctissimo communicare, quæ pridem meditatæ fueram circa difficultates, quas objecerat iis qui Rationem cum Fide circa Originem Mali conciliare conantur. Et verò pauci fortasse sunt qui plus operæ ac laboris in eo argumento expendendo posuerint. Vix libros Latinos intelligere utcumque didiceram, cum Bibliothecæ commoditatem nactus, libros pervolitabam, & quia argumentis meditationem poscentibus æquè ac Historiis Fabulisque pascebar, magnopere me delectavit lectio operis Laurentii Vallæ contra Boëtium, nec non Lutheri adversus Erasmum, quamvis utrumque temperamento indigere satîs intelligerem; sed neque me à Libris controversias tractantibus abtinebam, atque inter cætera generis hujus scripta non parvi ad disciplinam momenti esse mihi videbantur Acta Colloquii Montis Pelicardi. Neque Theologorum nostratium documenta neglexi, tantùmque absuit ut Scriptorum his adversantium lectione conturbaret, ut potius illa in moderatis Ecclesiarum Confessionis Augustanæ sententiis me confirmaret. Nec inter peregrinandum defuerunt occasiones conferendi cum variis variarum partium Viris egregiis, puta cum Illustrissimo Petro Wallemburgio Suffraganeo Moguntino, cum Clarissimo Joanne Fabricio Theologo Heidelbergensî Primario, ac denique cum Famigeratissimo illo Antonio Arnaldo, cui ad eò Dialogum Latinum à me isto super Argumento elucubratum exhibui circa Annum

† † †

1671.

P R Æ F A T I O.

1674. in quo jamtum assereram, cum Deus mundum omnium possibilium perfectissimum condendum elegerit, eum à Sapiencia sua ad mali ei annexi permissionem adductum fuisse, neque tamen id obstare divinæ bonitati. Exinde alios etiam omnis generis libros non spernendos super hâc controversiâ pervolvi, sumque conatus proficere in cognitionibus iis, quæ remove possent, quidquid supremæ perfectionis Deo tribuendæ ideam obscuraret. Autores etiam omnium rigidissimos discussi, eos scilicet qui rerum necessitatem quàm longissimè promoverunt; cujusmodi sunt Hobbesius & Spinoza, quorum ille necessitatem illam absolutam non solum in Elementis suis Physicis alibique asseruit, sed etiam justo volumine adversus Bramhallum Episcopum conscripto defendit. Spinoza verò Stratonem Peripateticum antiquo consentiens ferè vult à Prima Causa sive Natura Primi-genia, necessitate cæcâ purèque Geometricâ oriri omnia, nec primum illud rerum omnium principium esse capax electionis, bonitatis, aut intellectus.

Invenisse mihi viam videor, quâ contrarium demonstrem modo dilucido, qui simul in rerum abdita pandat aditum. Postquam enim circa Vis Activæ naturam legesque motûs nova quædam detexissem, ostendi eas non esse necessitatis prorsus Geometricæ, uti Spinoza censuisse videtur, at neque planè arbitrarías, uti Baylius aliisque Philosophi recentes sentiunt, sed à convenientia pendere, uti suprâ notavi, sive ab eo quod voco *Principium optimi*, & in hac, uti in alia re quavis, agnosco Characteres Primæ Substantiæ, cujus productiones sapientiam summam indicant & harmoniam omnibus numeris absolutissimam constituunt. Ostendi etiam hanc Harmoniam esse, quæ præteritum cum futuro, præsens cum absente copulat. Prima nexûs species tempora connectit, altera colligat

loca

P R A E F A T I O.

ca. Hic secundus nexus in unione animæ cum corpore cernitur, & generatim in mutuo substantiarum inter se & cum Phænomenis externis commercio. Sed prior in corporum organicorum aut potius omnium præformatione locum habet, cum ubique sit organismus, quanquam non omnes massæ organica corpora efficiant, quemadmodum stagnum piscibus aut aliis corporibus refertum esse potest, quamvis stagnum ipsum non sit animal, corpusve organicum, sed solum massa quâ animalia continentur. Cùmque superfundamentis hujusmodi demonstratis corpus integrum noticiarum præcipuarum, quas nuda ratio nos docere potest, stabilire sim conatus, corpus, inquam, cujus partes omnes inter se aptè connexæ forent, quòdque potissimis Antiquorum Recentiumque difficultatibus satisfacere posset, consequenter etiam informaveram animo certum quoddam de libertate hominis & concursu divino Systema, quod mihi ab omni eo, quo Ratio juxta ac Fides offendi possent, remotum videbatur, & jam illud Baylii aliorumque quibuscum ille disceptabat, oculis subjicere meditabar: cum raptus est ille nobis nuperrimè, nec parva est tanti Viri jactura, qui doctrinâ & perspicacitate paucos pares habebat. Sed cum Controversia illa ferveat, & multorum eruditorum studia occupet, ac publicam etiam attentionem excitârit, hanc occasionem aliquod cogitationum mearum specimen evulgandi arripendam putavi.

Priusquam huic Præfationi finem imponam, juverit fortasse monere: dum nego physicum animæ in corpus, vel corporis in animam influxum, cum scilicet qui faciat, ut alterum alterius leges perturbet, non idè me negare unionem alterius cum altero, quæ unum ex utroque suppositum constituat. Verùm hæc unio metaphysicum quiddam est, nihil immutans in Phænomenis

P R Æ F A T I O.

menis , quemadmodum respondi ad id quod R. P. Turnaminus ingenio & eruditione præstans objecerat in Diario Trivultiano. Et hanc ob causam , in sensu quodam metaphysico fas est etiam dicere , animam agere in corpus , & corpus vicissim agere in animam. Et verò Anima est Entelechia ipsa sive principium activum , cum econtra id quod corporeum est , si nudè sumatur , sive id quod merè materiale est , nil nisi passivum contineat , & consequenter principium actionis inest animabus ; uti plus quàm semel rem explicavi in Actis Lipsiensibus , sed præcipuè dum Cl. Joanni Christophoro Sturmio p. m. Philosopho & Mathematico Altorfino responderem. Ubi adeò demonstravi , si nihil nisi passivum in corporibus foret , diversos etiam status fore indisciminabiles. Dicam etiam hæc occasione : cum ingeniosum Autorem operis , cui Titulus, *Notitia sui ipsius*, adversus Systema meum Harmoniæ præstitutz quædam obmovisse cõperissem , misisse me Parisios responsionem , quâ palam fit , ab illo adscriptas mihi fuisse opiniones , à quibus absum longissimè ; quod ipsum nuper etiam fecit Anonymus quidam Sorbonæ Doctor alio in argumento. Et (credo) quàm illa à mente meâ aliena essent , statim in Lectorum oculos incurrisset , si hi Autores ipsa mea verba retulissent , quibus inniã se posse putârunt.

Hæc mortalium proclivitas ad hallucinandum in repræsentandis aliorum sententiis facit ut monendum duxerim , dum alicubi dixi , hominem in conversione tui auxilio gratiæ , me solùm intelligere quòd eo utatur per cessationem resistantiæ superatæ , sed sine ulla cooperatione ex parte sua , sicut glacies non cooperatur , dum frangitur ; nam conversio gratiæ solius opus est , ad quod homo non nisi resistendo concurrit , sed ejus resistantia nunc major nunc minor est pro ratione Personarum atque occasionum. Sed & circum-

stantiæ

P R Æ F A T I O.

stantiæ ad attentionem nostram motusve in anima nascentes plus minusve conferunt, & harum rerum omnium concursus ad mensuram impressionis gratiæ statumque voluntatis additus effectum gratiæ determinat, sed necessarium non reddit. Satis alibi sententiam meam explicavi, quod circa res salutares homo non renatus instar mortui reputandus sit, & valde probo modum, quo Confessionis Augustanæ Theologi hæc capita exponunt. Hæc tamen hominis non renati corruptio non vetat quominus is alioqui veras virtutes morales habeat, & in civili vita bona quandoque opera è principio bono provenientia faciat absque omni peccati actuali mixtura. In quo spero ignoscendum mihi quod à S. Augustini sententia recedam, Viri sanè maximi & ingenii stupendi, sed qui interdum excessisse modum videtur, præsertim in æstu disputationum suarum. Viros quosdam qui se Augustini discipulos profitentur magni quidem facio, quos inter est R. P. Quesnellus dignus Magno Arnaldo Successor in persequendis controversiis, quas cum Societatibus celeberrima susceperunt. Sed comperi in certaminibus virorum eruditione insignium (quales hic utrimque procul dubio reperiuntur) plerumque rationem pro utraque parte militare, sed in diversis capitibus, & defensionibus quàm aggressionibus ferè magis favere: quanquam innata cordis humani malignitas aggressiones quàm defensiones faciat lectori jucundiores. Spero R. P. Joannem Baptistam Ptolemaum, (jam purpurâ Eminentem) Societatis suæ decus, qui nunc in elucubrando celebris Bellarmi supplemento navat operam, elucidationes super his omnibus perspicaciâ & eruditione, imò, auctim addere, etiam moderatione suâ dignas daturum. Credendum etiam est inter Augustanæ Confessionis Theologos exoriturum aliquando novum aliquem

† † † ;

Chem-

P R A E F A T I O.

Chemnicium aut Calixtum, uti pariter judicare fas est fore ut Usserū Dallæive inter Reformatos reviviscant, omnesque magis ac magis operam dent, ut occurrentes passim in hac materia sinistri intellectus auferantur. Cæterum optarem ut qui argumentum præfens discutere voluerint, legant objectiones in formam Syllogisticam redactas cum responsionibus, quas interui brevi scripto quod ad hujus operis calcem veluti Summarium subjeci. In quo etiam novas quasdam objectiones prævenire conatus sum, explicando V. G. quare voluntates antecedentem consequentemque S. Thomæ, Scoti aliorumque exemplo pro voluntatibus prævia ac finali sumpserim; quo pacto fieri possit ut in Beatorum gloria plus sine comparatione boni sit quàm mali in omnium damnatorum miseria, quamvis horum posteriorum major sit numerus; quâ ratione dum malum non aliter quàm ut boni *conditionem, sine qua non* extitisset, fuisse permissum assero, id intelligam non secundùm principium necessarii, sed secundùm principium congrui, quomodo Prædeterminatio, quam admitto, sit semper inclinans, nunquam necessitans; quo pacto Deus nunquam novas illustrationes auxiliaque necessaria negaturus sit iis qui priùs acceptis bene usi fuerint. Ut alias elucidationes præteream, quas super nonnullis difficultatibus mihi recenter objectis dare sum conatus. Morem etiam gessi suadentibus quibusdam Amicis qui è re fore censebant ut geminas appendices adderem, alteram quidem super controversia Hobbesium inter & Bramhallum Episcopum in Hibernia Derviensem agitatâ circa Liberum & Necessarium; alteram circa eruditum Illustrissimi Kingii opus *de Mali Origine* nuper in Anglia publicatum.

Denique omnia ad ædificationem referre conatus sum, & sicubi curiositati nonnihil indulsi, id propterea feci, quod argumentum, cujus gravitas nonnullorum

legen-

P R Æ F A T I O.

legentium animos abstertere poterat, aliqua exhilarandam esse putarem. Hunc in Scopum Theologiæ cujusdam Astronomicæ commentum lepidum huic opusculo inserui; nihil veritus ne quis ab illo seducatur, nam illud recitasse, refutasse est. Quod si figmentum figmento reponere libeat, ubi planetæ soles fuisse finguntur, concipe potius eos fuisse massas in sole liquefactas, indeque ejectas, quod Theologiæ illius hypotheticæ fundamenta convelleret.


Error vetus duorum principiorum quæ Orientales populi Oromasdz & Arimani nominiibus distinguebant, ansum mihi præbuit proponendæ cujusdam conjecturæ meæ circa remotissimam populorum Historiam. Videntur enim hæc fuisse nomina duorum magnorum Principum coætaneorum, quorum alter alicui non exiguæ Superioris Asiæ parti imperitârît, in qua alii deinde Reges eodem insigniti fuere nomine; alter verò Celto-Schytarum Rex fuerit, in prioris ditiones irrumpens, aliunde inter Germaniæ Numina notus. Et videtur sanè Zoroaster horum Principum usurpasse nomina tanquam Symbola potestatum invisibilium, quibus eos, Asiaticorum judicio, suæ expeditiones assimilabant. Quanquam alioqui ex Autorum Arabum relationibus, qui de quibusdam veteris Historiæ Orientalis capitibus meliorem, quàm Græci, notitiam habere potuerit, verisimile sit, hunc Zerdustum, sive Zoroastrem, quem [falsò tamen ut opinor] Darii Magni coætaneum faciunt, hæc duo principia tanquam omnino primigenia, independentiæque minimè considerasse sed ab unico supremo Principe producta existimasse, nec abhorruisse à Moysis Cosmogonia, juxta quam Deus qui parem non habet, omnia condidit, & lucem à tenebris separavit. Quasi lumen quidem originali Dei consilio conforme fuerit; tenebræ verò consequenter exortæ sine

P R Æ F A T I O.

uti umbra sequitur corpus, & nihil aliud sint quàm privatio. Quæ si vera forent, vetustum hunc Philosophum ab erroribus quos ipsi tribuunt Græci, vindicarent. Magna ejus & multiplex scientia effecit ut eum populi Orientales cum Ægyptiorum Græcorumque Mercurio compararent, prorsus sicut Gentes septentrionales Wodanum sive Odinum suum cum eodem Mercurio contulerunt. Hinc dies Mercurii Wodans-Tag, sive dies Wodani nuncupatus fuit à Septentrionalibus; ab Asiaticis verò Dies Zerdusti, cum à Turcis Persisque nominetur *Zarschamba* vel *Dscarshambe*, ab Hungaris ex Oriente Boreali exortis *Zerda* & à Slavis ab interiori magna Russia usque ad Venedos ditiois Luneburgicæ diffusis *Sreda*, qui id vocabulum haud dubiè ab Orientalibus acceperunt.


Hæ Notæ non displicebunt fortasse talium curiosis, ac confido brevem Dialogum qui Tentamina Anti-Bayliana claudit aliquam esse voluptatem allaturum iis qui veritates difficiles & magnas facili ac familiari ratione explanatas videre amant. Conscriptum fuit hoc Opus Idiomate Gallico, non sine periculo multiplicis lapsûs, quod subire maluimus quàm utilitati publicæ deesse, quia hoc argumentum nuper ab aliis Gallicè itidem tractatum fuit, magisque Gallica legentur ab iis quibus hoc Opusculo prædesse cupiebamus. Itaque speramus peccata in idioma quæ non solum à Typotheta & Amanuensi, sed etiam ab Autoris aliunde satis distracti festinatione, atque etiam Ignorantia ipsa provenere, condonatum iri. Quòd si quis error in Sententias irrepsit, Autor ubi melius edoctus fuerit, primus corriget; cum ea pridem sui in Veritatem amoris Specimina ediderit ut hanc declarationem suam pro fucato verborum officio minimè habitum iri speret.

DISSER.



DISSERTATIO

De Conformitate Fidei cum Ratione.

1.  Rdiior à quæstione prævia *de Conformitate Fidei cum Ratione*, de quæ Philosophiæ usu in rebus Theologicis , partim quia locus ille ad præcipuum quod aggredimur argumentum ingentis est momenti , partim etiam quia Clarissimus Baylius in eo totus est. Inprimis pro certo sumo veritates nullas posse sibi mutuò repugnare : Deinde *Objectum Fidei* esse veritatem à Deo, modo extraordinario revelatam : Denique *Rationem* aliud nihil esse in præsentì quàm mutuum inter se nexum sive cohærentiam catenationemque veritatum, earum maximè (si Fidem à Ratione secernas) quarum notitiam humana mens nullis adjuncta Fidei præsiidiis nativâ vi suâ consequi potest. Hæc notio rectæ veræque Rationis nonnullis contra Rationem vagè sumptam declamare solitis nova insolensque visa est : Aiebant Rationis vocabulum eo in significato usurpatum audivisse se nunquam : nempe cum iis, qui explicare ista distinctius amant , nunquam egerant. Fatebantur interim rationem, uti à me sumitur , nihil habere, quod possent reprehendere. Atque hoc sensu accepta Ratio *etiam Experientia* quandoque contraponitur. Equidem Ratio cum in veritatum nexu sita

Tomus I.

A

fit.

fit, eas etiam, quas Experientia suppeditat, veritates ad eliciendas ex iis conclusiones mixtas colligare volent. At pura illa nudaque Ratio, quam Experientia opponimus, circa solas veritates à sensibus neutiquam dependentes occupatur. Experientiæ indolem Fidei imitatur, hæc enim [quoad rationes ejus veritatem comprobantes, quæ *Motiva credibilitatis* scholæ vocat] ab experimento pendet illorum hominum, qui miracula revelationis notitiam gignentia viderunt, nec non à Traditione fide dignâ per quam & miracula & revelatio ipsa ad nos usque propagata sunt, sive per scripturas, sive per relationem hominum qui scripturas ipsas conservarunt. Ad eum ferè modum, quo eorum, qui Sinas ipsi lustrarunt experimento proprio fideque nixi mira illa credimus, quæ de longinqua ista regione narrantur. Hæc autem omnia intelligenda sunt salvo interno spiritûs sancti motu, qui mentes pervadit, persuadet, & ad bonum, id est, fidem charitatemque, impellit, nec semper istis motivis indiget, de quo alibi sermo erit.

2. Veritatum Rationis duplex est classis, aliæ dicuntur Veritates Æternæ, & hæc sunt absolutè necessariae, ita ut oppositum contradictionem implicet: hujusmodi sunt eæ, quæ necessitatem habent vel Logicam, vel Mataphysicam, vel Geometricam; Aliæ Positivæ dici possunt, quia vel positas à Deo leges constituunt, vel ab illis dependent, Et has vel Experientiâ, id est, à Posteriori vel Ratione sive à Priori discimus, dum scilicet Convenientiam, ob quam hæc præ cæteris electæ sunt, consideramus. Hæc convenientia sive congruentia suas quoque rationes, ac regulas habet, sed Electione Dei liberâ, non Geometricâ necessitate fit, ut, quod magis convenit, opposito præferatur ac producat. Itaque physica necessitas fundatur in necessitate morali, hoc est, in Sapientis

entis

De Conformitate Fidei cum Ratione.

is electione, quæ Sapientiâ istâ digna sit, & sic
âque necessitas ista à Geometrica distinguitur.
yfica necessitas ordinem ipsum naturæ facit, éstque
in regulis motûs alijsque legibus generalibus non-
nullis, quas Deus rebus indidit dando illis esse. Non
que sine ratione Deus illas sanxit, utpote qui te-
re, aut fortè, vel purâ cum indifferentiâ nihil un-
quam statuit, quamvis generales boni, ac ordinis ra-
ones, quibus ad seriem illam eligendam permo-
us est, potioribus ordinis superioris rationibus
inci quandoque possint, efficique ut à statutis regu-
s recedatur.

3. Ex his patet Deum à præscriptis legibus exsol-
tere posse creaturas, & in ijs aliquid, quod ipsarum
natura non ferat, producere *Miraculo*. Cum igitur
ad facultates ac perfectiones ijs, ad quas suapte naturâ
pertingere possunt, nobiliores elevantur, hanc fa-
cultatem Scholastici *potentiam obedientialem* nuncu-
pant, quia nempe res illam obtinet obediendo man-
datis Ejus, qui, quod ipsa non habet, largiri potest.
Quanquam hujus potentix quædam exempla Scho-
lastici nonnulli proferunt quæ pro *ἀδυνατοῖς* habeo-
ût, dum Deum creaturæ Virtutem creandi dare posse
contendunt. Equidem Deus Angelorum ministerio
quædam miracula patrare potest, in quo naturæ
leges non magis violantur, quam dum naturam arte
juvant homines; cum Angelicum artificium ab hu-
mano nisi perfectionis gradu non differat. Sempet
tamen verum manet naturæ leges à Legislatore solvi
posse; cum econtra Veritates æternæ, quales sunt
Geometricæ, nullam unquam exceptionem patian-
tur, nec cum ijs pugnare possit Fides. Hinc contra
Veritatem objectio nulla invicta militare potest, nam,
si demonstratio est, eaque principijs vel factis usque-
quaque manifestis innixa, & è veritatibus æternis

mutuo nexu coherentibus conflata, conclusio inde deductam esse certam necesse est, atque ad falsum esse quidquid ei refragatur; alioqui enunciationes duæ contradictoriæ simul veræ esse possent. Sin objectio demonstrativa non est, probabile duntaxat argumentum conficietur, quod adversus fidem vim nullam habebit, cum in confesso sit fidei mysteria *apparentibus* esse contraria. Et verò Clarissimus ipse Baylius (Responsio posthuma ad D. Joannem Clericum) tandem profiteretur nolle se contendere quod contra veritates Fidei demonstrationes habeatur; Atque ita invictæ illæ difficultates omnes & decantata Rationis cum Fide prælia in fumum abeunt: *Hi motus animorum, atque hæc certamina tantæ Pulveris exigui jactu compressa quiescunt.*

4. Hactenus posita omnes, quotquot hanc rem accuratius expendere Theologi, Protestantes juxta cum Romanis agnoscunt. Er verò quidquid adversus Rationem objicitur, contra solam rationem corruptam & falsam veri specie delusam valet. Idem de divinæ justitiæ atque Bonitatis notionibus dixero, de quibus aliquos loqui video non aliter, ac si ideam earum definitionemque haberemus omnino nullam. Sed hoc ita si foret; cur igitur hæc attributa Deo tribuimus? Bonitas & Justitia, quemadmodum & Sapientia quæ in Deo sunt, in hoc solùm à bonitate, justitia, sapientiæque creatis, differunt, quod his illæ sint infinitè perfectiores. Itaque nec notionem simplices: neque veritates necessariae, neque demonstrativæ Philosophorum consequentiæ revelationi possunt esse contrariæ. Et si qua Philosophiæ axiomata Theologia respicit, hoc ideo fit, quia non nisi necessitatem physicam moralemve continent, quæ in communiter contingentibus duntaxat habet locum & in apparentibus fundatur, sed Deo ita volente deficere potest.

De Conformitate Fidei cum Ratione.

5. Ex dictis apparet eos, qui cum Philosophia Theologiam, Fidem cum Ratione committunt, sæpe confusiùs loqui, quasi verò idem foret, *explicare, comprehendere, probare, ac tueri*. Quam confusionem nec Cl. ipse Baylius quantumvis perspicax mihi videtur semper cavisse. Explicari ergo mysteria possunt quantum satis est ut credantur; comprehendere non possunt, nec, quomodo existant, intelligi. Sic in Physica complures qualitates sensiles, aliquatenus, sed imperfectè duntaxat explicamus, minimè comprehendimus. Sed nec Mysteria probari possunt ratione. Quidquid enim à priori sive ratione purà probari potest, potest & comprehendere. Itaque postquam motivis credibilitatis impulsu mysteriis assensum præbuimus, solum restat, ut adversus objectiones illa tueri valeamus. Id si non possumus, neque illa credere satis tutum erit. Nam quidquid demonstratione solidâ convelli potest, non potest non esse falsum. Adhæc motiva credibilitatis non nisi moralem gignentia certitudinem æquarentur, imò vincerentur oppositis rationibus, quæ si, ut ponimus, evidentes prorsus & demonstrativæ forent, omnimodam absolutamque afferrent certitudinem. Atque hæc pauca difficultatibus quæ usum rationis ac philosophiæ circa religionem spectant, amolendis sufficere possent, nisi cum hominibus præjudicio laborantibus res nobis esset. Itaque cum versemur in argumento momenti maximi, quod à variis mirè implicatum fuit, juvat illud accuratiùs persequi,

6. Præsens de Conformitate Fidei cum Ratione questio ab omni retro ætate agitata magnopere fuit. Sub ipsis Ecclesiæ nascentis primordijs Christiani cæteris doctores Platoniorum placita, tanquam probabilia magis, idque temporis celebrata, ferè sectari visi sunt. Platonem excepit Aristoteles, cum scilicet

capere Systemata placere, & Theologia magis methodicè tractari ob conciliorum generalium decisiones, quæ certa definitaque formularia præscribebant. S. Augustinus, Boëtius, & Cassiodorus in occidente, S. Joannes Damascenus in Oriente, Theologiæ in methodum redigendæ multùm profuere, ut Bedam, Alcuinum, Anselmum aliósq̃ Philosophiâ excultos præteream. Supervenere tandem Scholastici, & otio monastico adjutis (Aristotelicâ Philosophiâ recenter ex Arabico translata speculationibus obstetricante) nata est Theologiæ Philosophiæque mixtura quædam, cujus potissimæ quæstiones eò tendebant ut Fides cum Ratione conciliaretur. Sed conamini non omnis, quem sperare fas fuerat, successus respondit: nun quia temporum injuriis, ignorantia opinionumque pertinaciâ non parum corrupta fuerat Theologia, tum quia philosophia præter proprios defectus sanè maximos Theologiæ vitijs gravabatur; & Theologia vicissim obscurissimæ imperfectissimæque Philosophiæ vitio laborabat. Et tamen cum incomparabili Grotio fatendum est, sub his barbaræ monachorum latinitatis sordibus aurum latere persæpe. Quare non semel optavi, ut eruditus aliquis discendo Scholæ idiomatici munere suo destinatus ex eorum scriptis optima quæque seligeret, & idem præstaret scholasticis, quod doctissimi viri Petavius ac Thomassinus in Patribus effectum dedere. Opus illud sanè curiositate sæculi dignum, & Historiæ Ecclesiasticæ utilissimum foret, utpote dogmatum historiam provekturum ad renatas usque litteras [quo tempore rerum facies mutata fuit] imò ulterius quoque, nam placita non pauca, puta de prædeterminatione physica, de scientia media, de peccato philosophico, de præcisionibus objectivis, aliæque multa in Theologia Theoretica, imò & practicâ casuum conscientiæ

. post

postipsum adeò Tridentinum concilium celebritatem adeptum sunt.

7 Paulò ante mutationes istas & magnam, quæ etiamnum durat, scissuram occidentis viguit apud Italos Philosophorum secta quædam, qui hanc, quam tuemur Fidei cum Ratione concordiam oppugnabant, Averroistarum scilicet qui ita vocati sunt a duce suo, celebri Arabe Philosopho, Commentatore *Κατ'Αρχαν* cognominato, & Aristotelis mentem inter ceteros gentis suæ Philosophos melius, ut videbatur, assecuto. Hic itaque Averroes Græcorum Aristotelis interpretum doctrinam promovens contendebat juxta Anstotelem, atque adeò juxta rationem (nam eo tempore idem ferè sonabat utrumque) immortalitatem animæ stare non posse. Sic autem arguebat: secundum Aristotelem extitit ab æterno genus humanum, Igitur vel ad explosam Aristoteli Metempsychosin deveniendum erit, si quidem singulares animæ non occidunt, vel, si novæ semper animæ oriuntur, animas infinitas ab æterno perdurantes admittere oportebit. Atqui juxta Aristotelem ipsum repugnat infinitum actum, ergo animas sive formas organicorum corporum, aut saltem intellectum, possibilem unicuique homini proprium unà cum corporibus interire necesse est. Restabit itaque solus intellectus agens omnibus hominibus communis, quem Aristoteles de foris advenire a sebat, & quem operari oportet, ubicumque organa disposita repererit, ad eum ferè modum, quo ventus in organi fistulas aptè dispositas incurrens, harmoniam quandam efficit.

8 Hac demonstratione, sic enim vocant, nihil imbecillius; nam neque Metempsychosin nec actum infinitum satis confutavit Aristoteles, nec ab æterno humanum extitisse genus evicit. Interim Aristotelicis ista demonstratio habebatur invicta, eoque passim

compulerat, ut extare quandam intelligentiam sublu-
tarem putarent, cujus in participatione intellectus
noster agens consisteret. Alij, etsi Aristoteli minus ad-
dicti, longius progressi, universalem quandam ani-
mam quæ animarum omnium singularium velut
oceanus esset, commenti sunt. Hanc interim dum
cæteræ singulares animæ nascuntur & intereunt, per-
sistere semper existimabant. Hos si audias, oriuntur
animæ dum guttarum instar ab oceano suo separan-
tur ac corpus, quod animare possint reperiunt, occi-
dunt autem, dum corpore destructo, non aliter ac
fluvij mare ingressi, rursus junguntur Oceano. Non
pauci Deum ipsum esse hanc animam universalem re-
bantur, alii conditam illam ac Deo subordinatam sta-
tuebant, pravum hoc dogma, cæterà per vetustum &
ostendendis vulgo tenebris perquam idoneum his
versibus eleganter expressit Maro Æneid. 6. v. 724.

*Principio, calum ac terram campósque liquentes
Lucentemque globum Luna, Titaniáque astra
Spiritus intus alit, totámque infusa per actus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet:
Inde hominum pecudumque genus, vitæque volucrum
Et alibi Georg. 4. vers. 221.*

*Deum namque ire per omnes
Terrásque tractusque maris calúmque profundum
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quémque sibi tenues nascentem arcessere vitas:
Scilicet hoc reddi deinde, ac resoluta referri.*

9 Atque hunc in sensum accepta fuit à nonnullis
Platonica mundi anima. Verùm jure potiori Stoicis
communis anima singulares absorbens cæteras impu-
taretur. Huic opinioni qui adhærent, dici Monop-
sychitæ possent, cum apud illos reapse sit janima sub-
sistens unica. Notat Cl. Bernerius hanc sententiam
apud

apud sapientes Persas atque Mogoles esse passim receptam. Nec procul ab illa abesse videntur cabalistsæ, Mysticique nonnulli; Germanus quidam oriundus è Suevia qui aliquot ab hinc annis ab Judæos transfuga sub Mosis Germani nomine dogmata sua disseminavit, Benedictum Spinofam secutus, antiquam Hebræorum cabalam instauratam à Spinosa fuisse censuit. Nec diffiteri hoc videtur, qui Profelytam illum confutat Vir eruditus. Constat agnitam à Spinosa fuisse substantiam in mundo unicam, cujus tantum modi transitorij sint animæ individua. Valentinus Weigelius in Tschopa Misniæ Pastor Ingenij Vir non vulgaris, imò nimij; quanquam enthusiastes audierit, quidpiam fortasse tale sensit, uti & Joannes Angelus Silesius, quo autore prodierunt Germanici versiculi, tanquam ad pietatem excitandam facti, nec inelegantes epigrammatum instar, recens recusati. Ac generatim Deificatio Mysticorum pravum hunc in sensum trahi posset, quod dudum Gerfo notavit adversus Rusbrokium autorem Mysticum, cujus locutiones consilio, ut apparet, minimè malo prolatae veniam merentur, sed præstat ita scribere, ut veniâ nihil sit opus, Tametsi nullus diffitear, locutiones exaggeratas, & ut ita dicam, Poeticas vi ad movendum, persuadendumque, pollere sæpe majori, quam quæ ad normam veritatis penitus exactæ sunt.

10. Sed & proprietatis totius annihilatio, quam nimio opere Quietistæ promoverunt, impietatis larvatae species quædam apud nonnullos esse posset. Quale est, quod de Foé magnæ apud Sinas sectæ autore narratur, qui postquam annos facilè quadraginta religionem suam prædicasset, mortem instare sentiens, sectatoribus suis professus est se veritatem velisse sub metaphoris; ad nihilum redire cuncta; id esse primum rerum omnium principium. Pejus ille

quidem Averroë, sed uterque tamen dementer. Neutra sententia ullâ ratione defendi potest. Et tamen universalem hanc & unicam animam reliquas omnes absorbentem Recentiores quidam adoptare non dubitârunt, Preissacus etiam, vir mihiâ ingenioque non malus, neque a Philosophia alienus suis in dissertationibus ostentabat palam. Huic morbo planè medetur *Harmonia* quam *præstitutam* voco: ostendit enim esse necessariò substantias simplices inextensasque, quaquaversum in totam naturam diffusas, independenter ab omni, quod Deus non sit, subsistentes, nec unquam ab omni organico corpore penitus separatas. Qui verò vel animas perceptionis capaces, rationis incapaces, contendunt esse mortales, vel animabus solis rationalibus perceptionem tribuunt, Monopsychitarum telis patent, nam difficile semper videbitur non sentire belluas, & si id quod perceptione præditum est, interire posse semel concedas, vix animorum nostrorum immortalitatem ratione tueberis.

I. I. Hæc à proposito digressiuncula opportuna mihi visa est, hoc præsertim tempore, quo multos ad evertendam funditus religionem naturalem nimum quantum proclives esse video. Ad Averroistas redeo, qui placitum suum ratione demonstrati rati, animum hominis juxta philosophiam esse mortalem pugnabant, professi interim se Fidei, quæ mentes immortales esse docet, judicium submittere. Verùm distinctio ista suspecta habebatur, & hoc Rationis à Fide divortium ab istius ævi Præsulibus & Doctoribus apertè repudiatum fuit, & tandem sub Leone X. damnatum in Lateranensi concilio. Quod etiam eruditos hortatur, ut philosophicis rationibus quæ adversus Fidem militant dissolvendis operam ingeniumque suum impendant. Non defuere nihilominus qui illud de mutua Fidei & Rationis oppositione dogma

ma

ma clanculumfovere perrexerint: à qua suspitione non immunis fuit Pomponatius quamvis mentem suam aliter explicaret; sed & Averroismus ipse quadam traditione perseveravit, cujus Cæsar Cremoninus celebris eâ tempestate Philosophus columen fuisse creditur non postremum. Andreas Cæsalpinus medicus [autor insignis, qui post Michaellem Servetum ad sanguinis circulationem propius accessit] à Nicolao Taurello [libro cui titulus *Alpes casa*] de Peripatismo Fidei contrario postulatus fuit. Hujus etiam doctrinæ vestigia cernere est in *Circulo Pisano Claudij Berigardi*, qui autor origine Gallus fixo in Italia domicilio Philosophiam Pisis docuit. Sed imprimis Gabrielis Naudæi scripta ac Epistolæ uti & *Naudæana*, Averroismum, dum vir hic eruditus in Italia degeret, adhuc perdurasse ostendunt. Hanc sectam, nimis sanè Peripateticam, invec̄ta paulò post Philosophia corpuscularis extinxisse videtur, aut certe cum eadem permixta fuit. Ac fieri potest, ut Atomistæ quidam inveniantur, qui, si tempora sinerent, ab Averroistarum dogmate non abhorrerent. Verùm abusus iste nihil obesse debet ijs, quæ in Philosophia corpusculari bona sunt, & quæ cum ijs quæ in Platone ac Aristotele solida reperiuntur optimè consistere possunt: Et utraque possunt cum vera Theologia conciliari.

12. Reformatores uti se appellant, ac Lutherus præcipuè, quemadmodum supra notavi, loquuntur interdum quasi Philosophiam omnino respuerent, eamque Fidei inimicam esse judicarent. Sed si res probè perpendatur, apparebit Philosophiæ nomine intellectum à Luthero fuisse illud quod juxta ordinarium naturæ cursum evenire solet, aut forsitan id quod Scholæ docebant uti dum dicit: Secundùm Philosophiam [id est juxta ordinem naturæ] fieri non posse ut Verbum Caro fiat; & cum asserit: quod

quod in Physica verum est, in Ethica falsum esse posse. Iratus Aristoteli Lutherus jam ab anno 1516 quo de reformatione Ecclesiæ nihildum cogitabat, repurgandæ Philosophiæ consilium agitaverat, sed mitiora sensit denique, & Aristotelem ejusque Ethicam in Augustanæ Confessionis Apologia laudari passus est. At Melanchthon Vir ingenij solidi ac moderati variarum Philosophiæ partium Systemata parva confecit ad revelationem accommodata & civili vitæ idonea, quæ etiamnum legi merentur. Post hunc in scenam prodijt Petrus Ramus, multos in Philosophia nactus sectatores. Viguit in Germania secta Ramistarum apud Protestantes à quibus etiam ad Theologiam ipsam adhibebatur, donec resurgens Philosophia corpuscularis & Ramisticam obliteravit penitus & Peripateticæ autoritatem labefactavit.

13. Interim complures Theologi Protestantes à Philosophia Scholastica, quæ apud adversarios regnabat, quam longissimè poterant recedentes eò progrediebantur ut suspectam sibi Philosophiam ipsam contemnerent. Helmæstadij denique dissidium exarsit æstu Danielis Hoffmanni Theologi cæterà eruditi. Hic in Quedlimburgensi Colloquio, cui unà cum Tilmanno Heshusio Julij Ducis Brunsvigensis, qui Concordiæ Formulam respuebat, nomine interfuit, laudem aliàs fuerat consecutus. Is, nescio quam ob causam in Philosophiam investus erat, cum Philosophorum abusus reprehendere potius debuisset. Sed restitit ei Joannes Caselius Vir celebris juxta ac eruditus istius temporis carus. Henricus Julius Dux Brunsvigensis, Julij Academiæ Juliz conditoris filius rem ipse sibi expendendam sumpsit & contra Hoffmannum pronunciavit. Subinde velitationes aliquot eadem super re sunt exortæ, sed eas æquivocatione, semper laborasse compertum fuit. Paulus Slevogtus cele-

celebris Jenæ in Thuringia Professor cujus relictæ dissertationes, quantopere in Philosophia Scholastica litterisque hebraicis versatus fuerit, fidem faciunt, dum adhuc juvenis esset, Sub titulo *Pervigilij de dissidio Theologi & Philosophi in utriusque Principijs fundati* libellum ediderat occasione quæstionis, an Deus sit peccati causa per accidens. Sed scopus ejus erat ostendere, Theologos quandoque vocabulis philosophicis abuti.

14. Ut ad tempora nostra propius accedamus memini Anno 1566 cum Ludovicus Meyerus Amstelodamensis Medicus librum cui titulus, *Philosophia Scriptura Interpres* tacito nomine vulgasset (quem librum non pauci Spinosa ejus familiari male tribuerunt) commotos fuisse Theologos Batavos, enatasque propter eorum adversus hunc librum scripta controversias ingentes. Cartesianos dum philosophum Anonymum refutant, nimium Philosophiæ concessisse multi judicabant. Hinc Joannes Labadius (priusquam à reformatis dicecessisset obtentu quorundam abusu, quos in praxin publicam irrepsisse ajebat, nec tolerandos esse judicabat) Cl. Wolzogenij librum tanquam perniciosum aggressus est. Inde Cl. Vogelsang & Vandervveye alijque Anticoccejani nonnulli librum eundem magnâ cum acerbitate impugnârunt, sed Wolzogenius coram Synodo causam vicit. Exinde in Hollandia increbuerunt nomina Theologorum Rationalium & Non-rationalium, quorum sæpememini Cl. Baylius, tandemque contra Rationales sentire se profiteretur. Verùm leges certas utrimque receptas, aut non receptas circa rationis usum in explicandâ scripturâ constitutas adhuc fuisse non apparet.

15. Nec multùm absuit quin Augustanæ Confessionis Ecclesiæ pari dissidio turbarentur. Quidam in
Lip-

Lipsiensi Academia Magistri Artium, dum discipulis privatas de Philologia Sacra lectiones domi tradunt (more recepto in hac aliisque nonnullis Academijis ubi genus istud studii facultas sibi Theologica non vindicat. Sacrarum litterarum studium, ac pietatis exercitium urgebant acrius quam soleant alii qui munus idem obeunt: dicuntur in quibusdam excessisse modum ac novitiæ doctrinæ movisse suspicionem. Unde *Pietistarum* quasi novæ sectæ nomen quod tantas in Germania turbas peperit, bene an malè, impositum ijs qui vel erant vel esse simulabantur suspecti de Fanaüsimo vel hypocrisis latente sublarva reformationis. Cum itaque nonnulli eorum, qui magistros istos audiebant non satis probatis sese prodidissent agendi rationibus atque inter cætera contemptu Philosophiæ, cujus prælectiones in Scholis exceptas in ignem conjecisse ferebantur, ipsi Magistri Philosophiam despiciari existimati sunt. Sed hanc criminationem egregiè diluerunt, nec erroris ullius aut hæresis sibi impactæ convinci potuerunt.

16. De usu Philosophiæ in Theologicis inter Christianos acriter disceptatum fuit, & cum ad singula descenditur, difficilè statuuntur fines quos ultra citraque procedi non debeat. Trinitatis, Incarnationis & Eucharistiæ Mysteria potissimam disputationibus ansam præbuisse constat. Recentes Photiniani priora duo mysteria impugnantes asciscabant effata quædam philosophica quæ Andreas Keslerus Confessionis Augustanæ Theologus compendio exhibet in varijs, quos de Sociniana Philosophia edidit Tractatibus. Metaphysica eorum ex conscripta à Christophoro Stegmanno Sociniano sed necdum editâ metaphysiæ titulo opellâ melius cognoscitur. Eam vidi juvenis, & nuper mihi rursus oblata est.

17. Calovius ac Scherzerus multum in Philosophia

Philosophia Scholastica versati, alijque complures eruditi Theologi Sociniani prolixè responderunt, & sæpe feliciter; nec satis habuerunt responsa illa dare generalia, satis præfracta quæ adversus eos vulgo adhibentur; nempe: Axiomata, quæ jactant, in Philosophia valere quidem; in Theologia non item, idque ob vitium heterogeneitatis quod *μετάβασις ἐς ἀλλογόνος* dicitur, ubi ad res rationem supergressas adhibentur: Philosophiam Theologiæ debere ancillari, non dominari, quod olim Robertus Baronus Scotus cavet in fronte libri sui, cui titulus: *Philosophia Theologia ancillans*. Denique Sacram hanc esse; istam Argum cum Ismaële suo pellendam foras, si imperium heræ detrectet. Hæc responsa nonnihil utique boni habent, sed cum eis abuti pronum sit, neque verum naturale cum revelato temere committere fas sit, eruditis cura fuit eas veritates naturales ac philosophicas, quæ ita necessariae sunt, ut nullâ ratione aliter esse possint, ab ijs secernere, quæ tali necessitate destituuntur.

18. Partis utriusque Protestantes ubi contra Socinianos dimicant satis inter se conveniunt & quoniam horum sectariorum Philosophia non admodum est accurata, eos sæpe feliciter profligaverunt. At iidem Protestantes de Eucharistia digladiantur, dum ij qui se reformatos dicunt [hoc est qui in præsentem Zuinglium potiùs quam Calvinum sequuntur] participationem Corporis Christi sacra in cæna ad nudam repræsentationem figurativam! reducere visi sunt, adhibito Axiomate Philosophico, quo statuitur idem corpus in duobus simul locis esse non posse. Contra Evangelici strictiùs ita nominati ut à Reformatis discernantur, sensui litterali magis inhærentes participationem hanc esse realem & mysterium supra naturæ vires ibi latere cum Luthero judicârunt: ac
 Tran-

Transubstantiationis dogma rejiciunt illi quidem quod in sacro textu non satis esse fundatum existimant, nihilomagus tamen Consubstantiationem aut impanationem probant, quæ non nisi ex prava suæ doctrinæ intelligentia ipsis imputari potest, cum nec Corporis Christi inclusionem in pane nec ullam alterius eum altero unionem exigant sed aliquam saltem concomitantiam: ita ut substantiæ ambæ simul accipiantur. Credunt autem ordinarium & naturalem verborum Christi sensum eo tempore tam momentofo prolatorum, quo de suprema Salvatoris voluntate enuncianda agebatur, esse retinendum, ut que sensum hunc ab omni quod obstare posset absurdo vindicent, ajunt pronunciatum istud philosophicum, quo existentia participatioque corporum ad unicum locum restringitur, in cursu solito naturæ duntaxat habere locum; nec ordinariam Corporis Christi existentiam, qualis corpori quantumvis gloriosissimo congruere potest, eâ ratione destruunt. Sed neque ad diffusionem nescio quam ubiquitatis confugiunt, quâ fieret ut Christi corpus dissiparetur & nusquam esset: neque etiam multiplicem aliquorum Scholasticorum replicationem sive circumscriptivam ubicationem recipiunt, qua fieret ut corpus idem hîc sederet, alibi staret. Denique mentem ita suam explicant, ut Calvinii substantiæ participationem asserentis sententia, multis Ecclesiarum hujus Autoris doctrinæ adhærentium confessionibus Fidei confirmata, opinione minùs ab Augustana confessione differre videatur, & forsitan in hoc solùm distet quod ad hanc participationem Calvinus præter oralem Symbolorum receptionem insuper fidem exigat atque ita excludat indignos.

19. Inde liquet dogma participationis realis & substantialis missis, Scholasticorum quorundam miris
opi-

opinionibus per Analogiam bene intellectam inter operationem immediatam & præsentiam posse propugnari, cumque plures Philosophi censuerint corpus aliquod etiam naturaliter agere posse in distans etiam in plura simul corpora remota, multo magis nihil obstare autumant quominus Omnipotentia divina efficiat ut idem corpus pluribus simul corporibus adsit; cum ab actione immediata non longus sit ad præsentiam trajectus & fortassis altera pendeat ab altera. Scio naturalem & immediatam corporis unius in aliud corpus distans actionem à Philosophis nuperis passim fuisse rejectam, quibuscum me sentire fateor. Hanc tamen Præstantissimus Newtonus in Anglia recenter instauravit, asserens eam esse corporum indolem ut mutuò seseattrahant, & alia super alia gravitent pro ratione massæ singulorum & radiorum attractionis quos excipiunt. Quo lecto Celeberrimus Joannes Lockius dum Eduardo Stillingfleetio Clarissimo Wigorniensium Episcopo responderet, ea se retractare professus est quæ in suo de *Intellectu Humano Specimine*, Recentiores secutus tradiderat, nempe corpus in corpus aliud agere non posse nisi contactu superficiei & impulsu motûs; agnoscitque Deum materiæ proprietates indere posse per quas agat in distans. Hoc etiam pacto asserunt Confessionis Augustanæ Theologi, in Dei potestate esse, non modò ut corpus unum in alia plura corpora à se invicem remota immediatè agat, sed etiam ut iis adsit in ipsisque recipiatur sed eâ ratione in quâ locorum intervallo dimensionesque spatiorum locum non habeant. Quod quamvis naturæ vires superet, Authoris tamen naturæ potentiam excedere non putant, cui facile sit sancitas à se leges abolere vel suspendere quoties libet, eodem prorsus pacto, quo ferrum aquæ innatare iussit & vim activam ignis in humana corpora cohibuit.

20. Quando Nicolai Vedelii *Rationale Theologicum* cum Joannis Mulæi confutatione conferebam (quorum hic, postquam Genevæ docuisset, Franekeræ finem vivendi fecit, ille Jenæ primam Theologiæ cathedram demum obtinuit) comperi alterum alteri circa regulas usum rationis in Theologia spectantes ferè conspirare & in sola illarum applicatione dissidere. Consentiant, revelationem contrariam esse non posse veritatibus, quarum necessitas *Logica* vel *Metaphysica* dicitur, id est, quarum oppositum involvit contradictionem. Ambo præterea admittunt revelationem posse repugnare axiomatis, quorum necessitas *Physica* nuncupatur, quæque in legibus à Voluntate Divina Naturæ præscriptis duntaxat posita est. Itaque controversia, an idem corpus pluribus simul locis supernaturaliter adesse possit, ad solam applicationem regulæ pertinet: ad hanc verò quæstionem apodicticè dirimendam ratione, cognoscendum esset in quo essentia corporis sita sit: qua de re apud Reformatos ipsos non una omnibus sententia est: Cartesii sequaces eam in extensione sola collocant, at repugnant eorum adversarii, & si rectè meminî, de jactata illa plurium ejusdem corporis locorum impossibilitate, Gisbertum Voëtium celebrem Theologum Utrajectinum dubitasse notavi.

21. Ad hæc, tamen si pars utraque Protestantium distinguendas esse duas necessitatis species jam à me indicatas fateatur, videlicet metaphysicam ac physicam, & priorem quidem nullius, ne quidem in mysteriis ipsis, exceptionis patientem esse posse velit; necdum tamen consensere satis in regulas interpretandi, unde statui possit quando Litteram deferere liceat, etiam tunc, cum non constat eam veritatibus metaphysicè necessariis adversari. Convenit quidem inter omnes aliquando rejiciendam esse litteralem interpreta-

tio.

tionem, licet absolutè non sit impossibilis, cum scilicet aliunde parum congrua esse dignoscitur. Exempli gratia, Interpretes omnes consentiunt, Dominum, cum Herodem esse vulpem diceret, id intellexisse metaphoricè: & hoc omnino dicendum est nisi cum Fanaticis quibusdam fingere velis, dum hæc verba Salvaror efferebat, Herodem reapse ad breve momentum in vulpem fuisse mutatum, sed alia res est in textibus quibus Mysteria præcipue innituntur. In his Augustanæ Confessionis Theologi standum esse literalis sensui judicant. Verùm cum hæc discussio ad artem interpretandi, non ad forum logicum directè pertineat, eâ supersedebimus, urpote commune nihil habente cum nuper exortis circa Fidei cum Ratione conformitatem controversiis.

22. Omnes, opinor, omnium partium Theologi (solis Fanaticis exceptis) saltem conveniunt, nullum fidei articulum involvere posse contradictionem aut demonstrationibus mathematicas certitudine æquantibus adversari, ubi videlicet conclusionis oppositum *ad absurdum*, hoc est ad contradictionem deduci potest, ut merito proinde nonnullos sui temporis S. Athanasius irriserit, quorum hæc erat inepta locutio: *passus est impassibiliter: O Ludicram doctrinam*, exclamat S. Præsul, *adificantem simul & destruentem!* Unde sequitur nimiam esse facilitatem quorundam concedentium Sanctissimam Trinitatem repugnare principio quo docemur quæ sunt eadem uni tertio, esse eadem inter se, hoc est: Si A sit idem quod B, & C sit idem quod B, necesse esse ut A & C sint eadem inter se. Hoc enim principium immediatè consequitur ex principio illo primo, quod contradictoria simul esse vera non posse pronunciat, est que totius logica basis ac fundamentum. Id si cessat, ratiocinandi cum certitudine via nulla superest. Itaque cum dicitur: Pater

B 2

est

est Deus, Filius est Deus, & Spiritus S. est Deus & nomen unicus est Deus, quamvis hæ tres personæ interdiversæ sint, judicandum est hanc vocem *Deus* non eandem utrobique significationem obtinere. Et certè jam substantiam divinam, jam personam unam Deitatis significat. Estque cavendum universim ne veritates necessarias æternasque ob tuenda mysteria deserentes Religionis hostibus ansam demus Religionem ad mysteria ipsa explodendi.

23. Usitatum discrimen inter ea quæ *Supra Rationem* sunt & ea quæ sunt *contra Rationem*, ferè congruit cum ea distinctione quâ paulò ante duo necessitatis genera discrevimus; nam quod *contra Rationem* est, veritatibus absolutè certis & omnimodè necessariis adversatur; at quod *supra Rationem* est, solum pugnat cum iis quæ experiri & intelligere consuevimus. Quare miror esse nonnullos minimè profectò hebetes, ipsūque adeò Cl. Baylium, qui hanc distinctionem optimis sanè nixam fundamentis impugnare non dubitent. *Supra Rationem* est quod à nobis, imò ab ulla mente creata comprehendi nequit. Talis, ut arbitror, est Sacrosancta Trinitas, talia sunt miracula soli Deo propria, talis denique ordinis universi electio ab universali & distincta rerum simul infinitarum notitia dependens. At veritas *contra Rationem* esse nulla potest, & dogma quod Rationi manifestè dissonare in confesso sit, incomprehensibile adeo non est, ut potiùs ejus absurditas evidentissima esse & facilimè comprehendi dicenda sit. Ut enim statim ab initio notavi, hinc Rationis nomine non hominum opiniones atque ratiocinia, nec ipse adeo habitus, quo de rebus juxta consuetum naturæ cursum ferre judicium solemus, sed indissolubilis veritatum nexus intelligendus venit.

24. Nunc ad motam a Cl. Baylio controversiam
sanè

sanè magnam accedamus, utrum scilicet veritas aliqua, Fidei præsertim, objectionibus solutionem nullam admittentibus esse possit obnoxia. Affirmat hoc Vir præstans laudatque pro se Theologos graves Reformatos imò & Romanos. Adducit etiam Philosophos qui veritares quoque philosophicas nonnullas dari censuerunt, quarum patroni argumentis contrariis satisfacere non possint. Talem in Theologia Prædestinationem esse putat, in Philosophia vero compositionem Continui. Et reverà ambo hi Labyrinthi Theologorum ac Philosophorum omnis ætatis ingenia divexarunt. Libertus Fromondus Lovaniensis Theologus, singularis Jansenii amicus, cuius & opus posthumum *Augustini* nomine insignitum evulgavit, nec tantùm circa Libertatem & Gratiã occupatus fuit; sed etiam autor libri fuit cui titulus: *Labyrinthus de compositione continui*, utramque difficultatem sensit; famosus autem Ochinus Prædestinationis, uti vocat, Labyrinthos non malè scripto suo expressit.

26. Verum neuter, opinor, Labyrintho filum Ariadnæ negavit. Rem esse difficilem agnovere plerique, impossibilem non asseruerunt. Ego fateor mihi probari non posse sententiam eorum qui veritatem aliquam difficultatibus insuperabilibus laborare posse contendunt, nam quid aliud est objectio quam argumentum cuius conclusio Thesi nostræ contradicit? Argumentum verò insuperabile nonne demonstratio est? at quo pacto demonstrationis vim certitudinemque cognoscemus nisi expenso, tam quoad formam quam materiam argumento, ut liqueat legitime sit forma, an præmissæ singulæ per se nobis notæ sint, an verò novo rursus argumento paris firmitatis fulciantur, donec tandem ad solas præmissas per se notas deveniatur? Quod si huiusmodi objectio contra Thesin

nostram militat, dicendum est falsitatem Thesis demonstratam, fierique nullatenus posse, ut ratio ad eam probandam idoneas habeamus. Enimverò demonstrationibus cedendum est semper, sive pro The-
 rationum, sive contra Thesis objectionum instar ad-
 ducantur. Et iniquum est ac inutile rationes adver-
 siorum infirmare velle hoc nomine quod objectiones
 sint, cum eisdem adversario jus faveat, qui nomina
 commutare potest, ac sua quidem argumenta probatio-
 num honestare titulo, nostra verò contemptibili obje-
 ctionum nomenclatione deprimere.

26. Alia quæstio est, an semper objectiones quæ
 nobis opponi possint teneamur expendere, & aliquam
 oppositi formidinem conservare; donec earum robur
 exploraverimus: id verò necesse non esse arbitror, alio-
 qui nunquam ad certitudinem perveniemus, & con-
 clusio nostra semper ad tempus duntaxat constituta
 foret. Equidem Geometras insignes, Josephi Scali-
 geri contra Archimedes & Thomæ Hobbij contra
 Euclidem argumenta parum morari reor, quia nem-
 pe de perceptis semel demonstrationibus certi sunt.
 Expediit tamen subinde quasdam objectiones ponde-
 rare, nam præterquam quod id ad alios ab errore re-
 vocandos juvet, hoc ipsum nobis etiam prodesse po-
 test. Sublato enim specioso paralogismo nova sem-
 per lux affulget, & difficultates non spernendæ supe-
 rantur; quapropter ipse semper objectiones amari
 plausibiles, adversus proprias sententiâs, nec eas ex-
 pendisse pœnituit unquam; Cujusmodi sunt eæ qui-
 bus meum de Harmonia præstituta Systema Cl. Bay-
 lius impetivit, ut taceam quæ Antonius Arnauldus,
 Abbas Fucherius, & Lamius Benedictinus eodem su-
 per argumento objecere. Verùm ut ad controversiæ
 caput revertar, ex jam adductis colligo omni contra
 Veritatem motæ objectioni, semper quantum satis est,
 responderi posse.

27. Nec fortassis *Objectiones insolubiles* sensu jam exposito ipse Cl. Baylius accipit. Sanè eum, verbis saltem, variare animadverti, nam in posthuma ad Cl. Clericum responsione non largitur fidei veritatibus opponi posse demonstrationes, videtur itaque objectiones invincibiles non reputare nisi comparatè ad captum nostrum præsentem; imò eodem in responso pag. 35. non desperat fore ut latens hucusque totius nodi solutio aliquando reperiatur. Sed de hoc redibit infra sermo. At ego, quod mirum fortasse videbitur, solutionem illam jam esse repertam censeo, nec eam quidem difficillimam. Et arbitror hominem ingenio medioeri præditum, si attentus sit, & Logicæ vulgaris leges accuratè servet, objectioni cuivis, etiam molestissimæ contra veritatem moræ, si ex sola ratione desumpta sit, & pro demonstratione venditetur, posse respondere. Quidquid enim contra Logicam Aristotelis sentiat declamerque vulgus Recentiorum, in ea certissimam erroribus hujusmodi occurrendi viam ostendi fatendum est. Nam si argumentum expendatur ad regulas semper deprehendi poterit, an peccet in formam, an verò præmissas habeat necdum solidâ ratione comprobata.

28. Longè aliter se res habet si de mera verisimilitudine agatur. Verisimilitudinum enim dijudicandarum artem necdum satis constitutam habemus, & in eo Logica nostra adhuc valde manca est, solisque fore demonstrationibus dijudicandis accommodata, sed hæc ars ipsa hinc sufficit, nam cum de Ratione Fidei nostræ contraria agitur, objectiones solâ verisimilitudine contentas nil moramur, quia in confesso est, mysteria esse contraria apparentibus, & si ex nuda ratione spectentur, nihil habere verisimile. Verùm satis est in illis nihil esse absurdi, atque adeo citra demonstrationem convelli nequeunt.

29. Sic dubio procul intelligendum est Scripturæ monitum : Dei sapientiam apud homines esse stultitiam : nec non Apostoli dictum notantis *Christum Crucifixum esse. Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam.* Nam certè veritas veritati contradicere nequit. Et Rationis æquè ac Revelationis lumen à Deo est. Unde etiam apud Theologos peritos indubitatum est Scripturæ authoritatem per credibilitatis, quæ vocant, motiva, coram tribunali Rationis semel omnino comprobendam esse, cui deinceps ipsa Ratio tanquam luci novæ locum cedat, omnesque suas verisimilitudines posthabeat. Ad eum ferè modum quo Præfectus novus missus à Principe diploma suum exhibere semel debet confessui, cui postea præfuturus est. Et huc spectant libri boni non pauci de Veritate Religionis evulgati ut sunt Augustini Steuchi, Mornæi, Grotii, Huetii & aliorum. nam Religionem veram characteribus quibusdam oportet insignitam esse quibus falsæ careant. Alioqui Zoroaster, Brama, Somonacodom & Mahomet parem cum Moyle & Jesu Christo fidem merebuntur. Fides tamen ipsa divina, ubi semel menti affulserit, plus aliquid quam opinionem affert, nec ab occasionibus vel rationibus impellentibus præviis dependet aut robur suum mutuatur. Nam ultra intellectum progressa Voluntatem & cor occupat, ut nos ad mandata Divinæ legis fortiter suaviterque perficienda permoveat, tumque rationes amplius curare aut ratiociniorum, quæ menti objici possunt, difficultatibus immorari nihil est necesse.

30. Porrò ex iis, quæ de humana ratione jam dicta sunt, quam nunc hi extollunt, nunc illi vicissim deprimunt, utriusque sæpe sine fine, sine lege modoque, cernimus, quanta sit incuria nostra, quàmque meritò nostri nobis impudentur errores. Omnes enim

Ra-

Rationis ac Fidei jura, spectantes controversiæ facillimo negotio componi possent, si modo tritissimas Logicæ regulas adhibere & tantilla cum attentione animi ratiocinari liberet. Sed hoc neglecto obliquis ambiguisque locutionibus sese implicant homines, & gaudent habere vanarum declamationum materiam in quibus eruditionis ingeniique famam caprent, cum è contra nudæ ventatis conspectum fugere videantur, fortean quia illam errore ipso fore ingratiorem verentur, dum nempe rerum Authoris, qui veritatis totius fons est, ignorant pulchritudinem.

31. Neglectus ille commune toti humano generi malum est, nec ulli nominatim exprobandum. *Abundamus dulcibus vitiis*, uti de stylo Senecæ dicebat Fabius, & erroribus nostris delectamur, curam odimus, regulas pro re puerili habemus. Hinc vulgaris logica [quæ tamen ad ratiocinationum certitudinem præferentium examen ferè sufficit, ad puerorum scholas relegatur: de illa autem arte deliberationibus gravioribus tantopere necessaria, quæ probabilitates ponderare ac æstimare debet, ne cogitatum quidem adhuc est. Adeò verum est errores nostros ex artis cogitandi contemptu vel defectu plerumque proficisci: nam nihil imperfectius logicâ nostrâ deprehenditur, cum ultra argumenta necessaria, sive apodictica progrediendum est. Et præstantissimi hujus ætatis Philosophi, quales sunt Autor Artis cogitandi, Mal-lebrancus in libris *de inquirenda veritate*, Lockius in *specimine de Humano Intellectu* nulla ferè nobis præcepta tradunt verisimilitudines, ut sic dicam, ponderandi. Ut jam sublimem illam inveniendi artem taceam, ad quam difficilius adhuc accessus est, & cujus in mathematicis disciplinis non nisi rudia extant specimina. Tantum abest ut Logica nostra perfecta censei possit.

32. Inter causas quibus adductus fuit Cl. Baylius ut difficultatibus Rationis contra Fidem præsertim in prædestinationis negotio non posse occurrî putâret, haud postrema fortasse fuit, quod exigere videtur, ut Deus eo modo à culpa expurgeretur, quo hominis accusati causâ in humano foro agi solet. Nempe non meminerat humana tribunalia, cum semper ad veritatem pertingere nequeant, solis sæpe probabilibus indicîis, præsertimque præsumptionibus ac præjudiciis acquiescere debere; cum e contra in confessum veniat (quemadmodum supra notavimus) mysteria verisimilia non esse. E. G. non vult Cl. Baylius divinam Bonitatem circa permissionem peccati posse salvari, quia verisimilitudo staret adversus hominem in casu positum qui similis isti permissioni nobis videretur. Prævidet Deus Evam à serpente fallendam, si in circumstantiis illis, in quibus deinde succubuit, collocetur. Et tamen exposita est tentationi, cui parem ipsam non fore constabat. Atqui si filium pater, si tutor pupillum, si amicus puellam fidei suæ creditam hoc pacto curaret, non acquiesceret. Judex excusanti reum advocato, quod tantum permisisset malum, non fecisset neque voluisset. Imò verò Judex hanc ipsam ejus permissionem, malæ voluntatis indicium interpretaretur, & pro peccato omissionis haberet, quo peccati commissionis alieni complicitibus accenseretur.

33. Sed considerandum est, qui malum prævidet, nec impedivit, quamvis facilè impedire potuisse videatur, imò etiam qui aliqua fecit quibus malum facilius redderetur, non inde necessariò mali facinoris complicem reddi. Præsumptio solum est, vehementissima illa quidem inter homines, quæque ut res sunt humanæ, plerumque veritatis locum obtinet, sed quæ per accuratam facti discussionem evanesceret, si ea quæ

quæ ad Deum spectant, satis à nobis perspici possent: nam *presumi* apud jurisconsultos dicitur id quod pro vero debet haberi quamdiu contrarium non constat; itaque plus multò dicit quàm *Conjectura*, quanquam discrimen illud in *Academiæ Galliæ Dictionario* observatum satis non sit. Atquæ pro indubitato habere possumus fore ut discussionis hujus ope si nobis eò pertingere fas esset, intelligeremus Deum infinitè sapientem justissimis ac fortissimis rationibus impulsus ad mali permissionem descendisse & nonnulla etiam facere debuisse quibus via ad peccatum planior redderetur cujus rei exempla quædam infra proferemus.

34. Patri, tutori, amico, fateor, vix est ut in casu eandem præ se speciem ferente rationes suppetant quibus se excusent: non tamen res prorsus impossibilis est, & posset fortasse ingeniosus aliquis fabularum Romanensium artifex insolitum quendam excogitare casum qui hominem etiam in circumstantiis quas dixi positum ab omni crimine liberaret. Sed in Dei causa nihil opus est singulares causas indagare vel comminisci quibus ad permittendum malum permoveri poterit, generales enim rationes abunde sufficiunt. Constat ei mundum curæ esse cujus partes omnes colligatæ sunt. Unde intelligitur eum infinitarum rerum rationem habuisse, quarum consuetarium fuit ut judicaret non expedire certa quædam mala impediri.

35. Imò hoc ipso quod mirabilis illa permissio mali contigit, dicendum est divinam sapientiam maximas imò & invictissimas ejus consilii rationes habuisse. Nihil enim à Deo proficisci potest, nisi quod bonitati, justitiæ ac sanctitati ad amissim congruat. Undè ab eventu ipso sive à *posteriori*, ut vocant, permissionis istius mali necessitatem colligimus, quamvis rationem ejus à *priori* uti loquuntur, reddere, id est

est rationes Deum huc impellentes sigillatim exhibere nequeamus, quod etiam præstare ad exculpandum Deum minime necesse est. Ipse Baylius (Resp. ad Provinciale cap. 165. Tomo 3. pag. 1067.) scitè inquit : *peccatum mundo irrepfit , ergo Deus id sine perfectionum suarum detrimento permittere potuit : ab actu ad potentiam valet consequentia.* In Deo certè valet hæc consecutio : fecit , ergo bene fecit : agnoscendumque est hoc divinæ naturæ privilegium , non quòd generalem justitiæ notionem, quæ etiam divinæ convenire possit , habeamus nullam, nec etiam quòd divina justitia legibus uratur aliis , quàm ea quæ hominibus nota est, sed quia casus de quo agimus , ab illis qui inter homines contingere solent prorsus discrepat. Jus universale idem Deo cum hominibus commune est , sed factum in re præsentì prorsus est diversum.

36. Imò [ut notavi supra] in humanis quoque ponere vel fingere possumus similia quodammodo casui qui in Deo occurrit. Possent homo aliquis tanta tamque valida virtutis, integritatis ac sanctimonix suæ argumenta præbere ut etiam rationibus , quantumvis verisimilibus, indiciisque, unde ipse furti, homicidii alteriusve criminis postulari posset, prævaleant, & ita quæcumque objici possent , tanquam calumnia à falsis fortasse testibus orta, vel insolitus fortunæ innocentissimos quosque in suspicionem subinde trahentis ludus rejici mereantur. Atque ita quo casu alius quivis vel capitis discrimen vel [pro vario locorum jure] corporis per tormenta lacerandi adiret, hic noster communi judicium suffragio abiturus esset absolutus. In hac ergo facti specie , rarâ quidem nec tamen impossibili, dici sano sensu posset, pugnam esse Rationis cum Fide , & leges juris alias huic homini , alias cæteris esse constitutas. Sed idem rite explicatum duntaxat significabit , hoc loco probabilia rationis indici-

cia

cia cedere probabilitati majori, hoc est Fidei; cumque singulari supra cæteros homines gaudere prærogativâ, non quasi aliam sibi propriam jurisprudentiam habeat, aut quasi quid justitia sit respectu illius, non intelligatur, sed quia justitiæ generalis leges applicationem, cujus alibi capaces sunt, in eo non ferunt; tantumque ut gravent abest, ut faveant potiùs, cum in homine illo tam miræ emineant dotes ut ex ipsis regulis veræ dialecticæ probabilium æstimatricis major illius dicto quàm aliorum plurimorum testimonio fides debeatur.

37. Cumque fictionibus possibilibus hîc indulgere liceat, an non fingi posset, præstantissimum hunc virum *Adeptum* illum esse ut vocant, sive possessorem.

Divini lapidis quem mundus adorat & orat,

Cujus ope immensis quotidie largitionibus egenos innumeros alat & ab ærumnis liberet. Hunc igitur ipsum humani generis benefactorem munificentissimum si testes nescio quot vel indicia quantacumque admissi furti insimularent, nonne omnes gentes accusationem illam quantumlibet speciosam exhibilarent? atqui Deus hominis hujus bonitatem ac potentiam infinitis superat parasangis. Nullæ igitur rationes, indicia nulla valere debent contra Fidem hoc est certitudinem aut fiduciam in Deum quâ fulti dicere possumus ac debemus, Deum bene & ut oportet omnia fecisse. Non itaque sunt insolubiles objectiones quia nil nisi præjudicia & verisimilitudines continent quæ rationibus longè validioribus dissipantur. Nec proinde dicere fas est id quod justitiam vocamus in Deo nihil esse, vel Ipsum absolutum omnium rerum Dominum esse, usque adeo ut insontes jure damnare possit, vel denique justitiam apud Ipsum esse aliquid arbitrarium, in quas audaces fanè & periculosas enunciationes nonnulli cum detrimento divinatorum attributorum abri-

abripi sese passi sunt. Nam si ita sit, non erit cur bonitatem Ejus justitiamque commendemus. Si enim despotico illi Reçtori potentiam aliorum malis ostendere placeret, idque eo ipso jus fasque haberetur, omnia perinde se haberent ac si nequissimus omnium spiritus, ipse geniorum malorum Princeps, vel malum Manichæorum principium *αυτότακον*, unicus foret mundi Dominus, uti supra notatum est. Nec Deum verum à falso Zoroastris Deo discernemus, si cæco potestatis arbitrariæ impetu omni lege ac ratione soluto omnia geruntur.

38. Itaque luce clariùs est nihil esse quod ad doctrinam tam paradoxam nos recurrere cogat, quâ omniâ divinæ justitiæ fundamenta subvertuntur, cum sufficiat dicere rem ipsam seu factum ipsum non satis liquere nobis, quoties verisimilitudines justitiam bonitatemque Dei dubiam facere videntur, quæ utique evanescerent, si facti species comperta foret. Sed neque opus est Rationi nuntium remittere, ut Fidem audiamus, neque oculos eruere nobis ut clarè videamus, ut Regina Sueciæ Christina dicebat. Sufficit Verisimilitudines populares repudiare, si quando mysteriis adversantur. Quod Rationi contrarium non est, cum in ipsis adeò rebus naturalibus Verisimilitudines sæpe missas faciamus sive experientiâ sive rationibus Ordinis superioris aliter edocti. Verùm hæc omnia eo solùm consilio delibare anticipando nunc placuit, ut faciliùs intelligatur objectionum vitium, abususque rationis vel in eo casu, in quo causa fidei maximè laborare putatur. Accuratiorem originis mali & permissionis peccati cum cæteris annexis discussionem infra dabimus.

39. Impræsentiarum juvabit gravissimæ quæstioni de usu rationis in Theologia expendendæ insistere, eaque colligere & ponderare quæ Baylus variis operum
suo-

rum locis opposuit. Qui cum in Dictionario suo historico-Critico Manichæorum atque Pyrrhionum objectiones illustrandas suscepisset, & hoc ejus onus à viris quibusdam Religionis studiosis cenuram tulisset, ad calcem editionis secundæ dissertationem apposuit, in qua exemplis, autoritate & rationibus ostendere conatus est consilii hujus sui innocentiam & utilitatem. Equidem [ut supra dixi] mihi persuasum est objectiones speciosas quæ adversus veritatem intorqueri possunt veritati confirmandæ illustrandæque prædesse datâ peritis ansâ novas rationes excogitandi vel antiquas majori in luce collocandi, sed Baylius longè aliam atque adeò oppositam utilitatem inde caprat, ut scilicet palam faciat potentiam Fidei quæ doceat adversa Rationi & tamen victoriam obtineat Ratione profligatâ Quod Nicolius verbis à Baylio relatis Tom. 3. responsi sui ad quæsitâ Provincialis (cap. 177. pag. 120.) Autoritatis divinæ de humana Ratione triumphum appellare videtur. Sed cum Ratio æquè ac Fides, Dei munus sit, si hæpugnant invicem, Deus adversus Deum pugnabit. Et si Rationis objectiones contra quempiam Fidei articulum insolubiles sunt, dicendum erit jactatum hunc fidei articulum non à Deo revelatum sed mentis humanæ commentum esse. Itaque talis Fidei triumphus ignibus festivis similis foret qui post cladem acceptam ad fallendos homines accendi solent. Ad hanc classem pertinet doctrina de infantium non baptizatorum damnatione, quam Nicolius veluti peccati originalis consecrarium nobis obtrudit; talis esset æterna damnatio adultorum quibus necessaria obtinendæ salutis subsidia defuissent; quæ hominum sunt, non Dei documenta.

40. Cæterum quamvis objectionibus satisfieri possit debeatque, necesse tamen non est Theologicis hisce
dit-

discussionibus vacare quemlibet, debentque homines quorum conditio discussiones istas accuratas non patitur, missis objectionibus, fidei documentis esse contenti. Itaque si forte talium animus validissima quapiam objectione pulsaretur, licebit inde mentem avertere & curiositatem suam in sacrificium offerre Deo. Dum enim de veritate certi sumus, ne audire quidem objectiones necesse est. Et quia multorum fides tam infirma tamque parum radicata est, ut periculosa ista tentamenta nequeat sustinere, arbitror eis non offerenda quæ perniciem asserere possent, aut si nimis publica celare illos non licet, adendum esse veneno antidotum, hoc est solutionem jungendam objectioni, minimè verò solutionem tanquam impossibilem amovendam aut pro desperata proclamandam.

41. Præstantium Theologorum de hoc Fidei triumpho differentium verba, sensum principiis jam statutis conformem suscipere possunt, ac debent sanè. In quibusdam Fidei objectis duæ qualitates reperiuntur Fidei de Ratione triumphum concedentes. Altera *incomprehensibilitas*, *inverisimilitudo* altera; sed cavendum ne addatur tertia nempe illa, de qua Baylius loquitur, *indefensibilitas* ut ita dicam, id est, objectionum insolubilitas; neve dicatur id quod creditur, contra vim rationis sustineri non posse; id enim foret Rationi vicissim concedere triumphum, qui Fidem destrueret. Equidem *incomprehensibilitas* non obstat, quominus veritatibus etiam naturalibus assentiamur. E. G. (uti jam notavi) odorum saporumque naturam non comprehendimus, & tamen sensuum testimonio nixi credimus sensiles hæc qualitates in rerum natura fundatas, nec mera phantasiæ ludibria esse.

42. Sed nec obest *inverisimilitudo*, quædam enim apparentiis contraria admittimus, ubi rite comprobantur

bantur. Extat fabella Romanensis ex Hispanico sumpta, cui titulus: *ne oculis quidem semper credendum.* Quid verisimilius Pseudo-Martini Guerræ imposturâ qui conjugem & consanguineos veri Martini fefellit, iudicesque, etiam post veri adventum, diu suspensos tenuit, donec veritas tandem erueretur. Idem est de Fide; supra quippe notavi, quidquid Divinæ bonitati justitiæque opponi potest, non nisi verisimilitudines esse, validas quidem aliquando futuras adversus hominem; sed roboris nullius ubi Deo applicantur, & cum demonstrationibus, quæ nos de infinita ejus perfectione certos efficiunt, conferuntur. Hac ratione Fides de rationibus falsis triumphat per rationes solidas & superiores, quibus ad eam amplectendam permoti fuimus; non triumphatura, si contraria sententia æquè fortibus aut etiam fortioribus fulciretur, id est si invincibiles & demonstrativæ contra fidem objectiones extarent.

43. Quin etiam juvat hîc observare id quod Fidei triumphum Baylius vocat, ex parte esse rationis demonstrativæ triumphum adversus rationes apparentes atque fallaces, quæ malè demonstrationibus obijciuntur. Considerandum enim est, Manichæos Theologiæ naturali non minùs quam revelatæ adversari, & quamvis sacras litteras, originale peccatum, Dei gratiam in Christo, pœnas inferni aliaque Religionis capita in Manichæorum gratiam desereremus, necdum hac ratione objectiones eorum vitatum iri, negari enim non potest esse in mundo mala physica, id est ætumnas, & mala moralia, hoc est peccata, nec semper mala physica proportionem mali moralis meriti que in hac vita distribui, prout justitia postulare videtur. Restat ergo hæc quæstio Theologiæ naturalis quomodo Principium unicum, totum bonum totumque sapiens ac omnipotens admittere malum ac

Tomus I. C *inpri-*

in primis peccatum permittere potuerit, & quâ ratione tantus rerum Autor adductus fuerit, ut sæpe malos felices, bonos faciat infelices, quanquam hoc incommodum nisi ad tempus locum habere non potest, & postea mutatione in melius largè & cum utilitate pensetur.

44. Certè Fide revelatâ minimè nobis opus est, ut sciamus Principium rerum universale unicum perfectum bonum & sapiens existere. Id enim Ratio demonstrationibus certissimis edocet. Unde fit ut objectiones omnes ex imperfectionum in rebus observatione natas falsâ duntaxat specie niti, necesse sit. Et proinde si universalem rerum Harmoniam intelligentiâ possidemus assequi, quidquid ad sinistra judicia ignorantiam nostram sollicitat, cum opere omnium quæ fingi possunt eligi dignissimo connexum esse cernemus. Verbo *videremus* nec solùm crederemus id quod Deus fecit optimum esse. *Videre* nos hîc dico quod à priori per causas cognoscimus; *credere* verò quod nisi per effectus non intelligitur, licet utrobique æquè certa sit notitia. Potestque hîc etiam usurpari quod ait Apostolus 2. Cor. 5. v. 7. nos per fidem ambulare, & non per speciem vel aspectum, nam ubi semel infinita Dei sapientiæ nobis innotuerit, mala quæ experimur permittenda fuisse iudicamus, idque ex effectu ipso sive à posteriori, hoc est, vel ideo quia existunt. Agnoscit id ipsum Baylius, cui quidem acquiescere debuisset, nec exigere, ut falsæ verisimilitudines contrariæ absint, quod idem est ac si nulla esse hominum somnia, nulla optiçæ ludibria postularer.

45. Nec dubitandum, quin hæc Fides hæcque in Deum fiducia, quæ nobis bonitatem Ejus infinitam considerandam proponit, nôsque ad Ejus amorem præparat, frustra obnitente duritatis specie, quæ nos deter-

detertere posset, sit excellens virtutum Theologiae Christianae exercitium, quando gratia divina in Christo hos in nobis motus excitat. Quam in rem Lutherus adversus Erasmus bene notavit: Caritatis apicem esse, diligere illum qui carni & sanguini videtur tam inamabilis, tam durus in miseros, tam pronus ad damnandum, & hoc quidem ob mala, quorum ipse autor vel socius esse videtur iis, qui fallâ Rationis specie oculos sibi perstringi sinunt. Ut ad eum Triumphus veræ Rationis gratiâ Divinâ illustratæ, simul triumphus Fidei Spei, & Caritatis dici possit.

46. Longè aliter rem accepisse videtur Baylius, qui Rationis se hostem profiteretur, cum ab usû ejusdem reprehensione solâ contentus esse debuisset. Profert verba Cottæ apud Tullium lib. 3. de Natura Deorum dicere non dubitantis, satius fuisse nullam omnino nobis à Diis immortalibus datam esse Rationem, quàm tanta cum pernicie datam, quid enim, inquit, potius hominibus dedissent, si nocere voluissent? ut donum hoc divinum Rationis & consilii ad fraudem nobis, non ad bonitatem impertitum esse videatur. Censet etiam Baylius Rationem humanam destructionis esse principium non ædificationis (Diction. Pag. 2106. col. 2.) erraticam eam esse, quæ nusquam consistat, & Penelopes instar opus ipsa suum retexat.

Horat. 1. Epist. 1. Destruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. (Resp. ad Provinc. Tom. 3. pag. 725.) Sed in principis operam ponit in accumulandis autoritatibus, quibus persuadeat omnium partium Theologos juxta secum repudiare Rationis usum, ejusque lumina adversus Fidem insurgentia non alium ob finem ostentare, quàm ut ea inficiatione nudâ Fidei sacrificent, solis argumentorum oppositorum conclusionibus respondentes. Initium facit à Novo Testamento. Christus sat habebat dicere: sequere me Luc.

cap. 5. v. 27. & cap. 9. v. 59. Apostoli dicebant : *de & salvus eris*, Act. cap. 16. v. 31. Paulus agnoscendo doctrinam suam obscuram esse [1. cor. 2. v. 14.] nihil in ea comprehendi posse nisi Deus largiatur. *doctrinam Spiritus*, sine quâ ea *qua Spiritus sunt*, *scritia sunt*. 1. Cor. 2. v. 14. Hortatur fideles ut *deant ne quis eos decipiat per Philosophiam*, ad Coloss. 2. v. 8. utque hujus generis contentiones vitent, quas *quidam in fide naufragaverunt*.

47. Quod Ecclesiæ Patres attinet, remittit Baylius ad Launoii librum (de varia Aristotelis fortuna cap. 2.) ubi eorum textus contra Philosophiam collecti reperiuntur ; ac præsertim ad loca S. Augustini collecta ab Arnaldo (contra Malletum) quorum summa est : *judicia Dei esse inscrutabilia, nec id minùs æqua quod nobis incognita sint : abyssum esse profundissimam, quæ sine præcipitii periculo explorari nequeat. Eorum quæ Deus abscondita volunt explanationem non posse sine temeritate tentari : voluntatem ejus nisi justam esse non posse : complurimum hujus incomprehensibilis altitudinis rationes reddere voluerunt, invanas imaginationes & opiniones errore plenas incidisse. Sed in his nihil est quod nobis, aut quod Rationi adversetur.*

48. Idem dixere Scholastici : profert Baylius integram Cardinalis Cajetani locum (comment. in 1. part. summæ qu. 22. art. 4.) *quiescit intellectus, qui non evidentiâ veritatis inspecta, sed altitudinem inaccessibili veritatis occulta—quoniam, ut agit Gregorius, minùs de Deo sentit, qui hoc tantùm de Illo credit quod suo ingenio metiri potest. Nec propterea negandum aliquid eorum quæ ad divinam immutabilitatem certitudinem atque universalitatem & similia spectant scimus, aut ex Fide tenemus. Sed suspicor aliquod occultum latere vel ex parte ordinis, qui est inter Deum*

& eva

eventum provisum, vel ex glutino inter ipsum eventum & esse provisum : & sic intellectum anima nostra, solum esse noctua considerans, in ignorantia sola quietem illius invenio. Melius enim est tam Fidei catholice, quam Philosophia, fateri cacitatem nostram, quam sserere tanquam evidentiâ qua intellectum non quietant, evidentiâ namque quietativa est. Nec propterea omnes Doctores presumptionis accuso, quoniam valutiendo, ut potuerunt, immobilitatem ac efficaciam summam & eternam divini intellectus, voluntatis, potestatisque insinuare intenderunt omnes per inallibilitatem ordinis divina electionis ad eventus omnes, quorum nihil præfata suspitioni obstat, qua altius in idem iis latere credit. Hæc Cajetanus, cujus sententia tantò dignior est notatu, quòd autor hic esset argumento inspiciendo par. Loco tamen ejus accuratè inspecto perturbatum eum inveni; quòd veram solutionem *sophismatis ignavi* non satis cognovisset & sepositâ quæstione de necessitate absoluta & contingentiâ, ipsam necessitatem hypotheticam seu exiuritione & prævisione nascentem per consequentium insuperabilem inevitabilitatem futuri cum libertate eligendi & pænarum præmiorumque justitia stare posse non satis pervideret : sed his abunde à nobis satisfactum iri spero.

49. Lutheri liber adversus Erasmmum acribus abundat animadversionibus in illos, qui revelationem Rationis nostræ tribunali subijcere contendunt, cui accinens Calvinus passim invehitur in curiosam audaciam divina consilia perscrutantium, asseritque in suo de Prædestinatione tractatu Deum *justas* habuisse causas reprobandi partem hominum, sed *nobis ignotas*. Denique Baylius complures Recentiores profert eodem sensu locutos [Responso ad Quæsitâ Provincialis cap. 161. & seqq.

§ 0. Sed hæc omnia infinitaque alia hujus generis eam, quam Baylius spectabat, objectionum Fidei contrariorum insolubilitatem neutiquam evincunt. Verum quidem est inscrutabilia esse consilia Dei; sed ea injusta esse, nulla potest objectio invicta concludere. Quod ex parte Dei iniquum & ex parte Fidei stultum videtur, solum videtur, non est. Celebris locus Tertulliani (de carne Christi) mortuus est Dei Filius, *credibile est quia ineptum est*; & sepultus revixit, certum est, quia impossibile; auxesis quædam est, quæ ut ad justos veri terminos redigatur, non nisi de absurditatis Specie intelligi potest. Similes locutiones reperies in libro Lutheri de servo arbitrio, veluti dum dicit cap. 174. *Si placet tibi Deus indignos coronans, non debet displicere immeritos damnans.* Quæ verba si ad locutiones moderatiores reducantur, significant: si Deum probas beantem non meliores, non debes improbare deserentem haud deteriores. Et ut intelligamus eum non nisi de apparente injustitia loqui, sufficit ejus verba ex eodem libro desumpta ponderare: *in reliquis omnibus (inquit) Supremam in Deo majestatem agnoscimus, soli Ejus justitia obtretere audent, nec tantisper volumus credere justum Eum esse, quamvis nobis promiserit venturam tempus, cum relevatâ Ejus gloriâ homines omnes clarè videbunt Eum fuisse & esse justum.*

§ 1. Reperiemus etiam, Patres, dum resistas discussere, non simpliciter repudiasse Rationem. Inter disputandum contra Paganos plerumque nituntur manifestum facere, quantum Paganismus adversetur Rationi, & quantopere ex illo etiam capite Christiana Fides antecellat. Origenes in libris contra Celsum ostendit, quàm consentaneus Rationi sit Christianismus, & quare nihilominus Christiani plerique credere debeant sine examine. Irriserat Celsus Christianorum

~~bonum~~ methodum, qui rationes tuas, ut aiebat, au-
dire aut suas edere nolentes, hoc unum tibi dicere sa-
is habent: *examinare noli, crede duntaxat*, aut,
Fides tua te salvum faciet, habentque pro principio,
sapientiam mundi malum esse.

§ 2. Origenes lib. 1. cap. 2. eruditè & ad principia
superiùs asserta prorsus appositè respondet: Rationem
Christianismo non modò non repugnare sed etiam
fundamentum substernere & fidem argumentaque
prestare apud examinantes, sed quia pauci sunt exa-
minitanto pares, cæleste donum nudæ Fidei moven-
tis ad bonum sufficere generatim. *Si mortales omnes,*
inquit, neglectis vita curis in studium meditationem-
que incumbere, non aliâ viâ foret opus ad persuaden-
dam illis religionem Christianam, ut enim nihil, quod
quæquam offendat edicamus (innuit tacitè Gentium
religionem absurdam esse) non minor apud nos, quàm
alibi reperietur accuratio, siue discutiantur dogmata
siue prophetarum elucidentur enigmata, siue explicen-
tur Evangeliorum. Parabola aliæque sexcenta aut nar-
rata historicè, aut symbolicè representata. Sed cum
et vita necessitas, et infirmitas humana paucos dun-
taxat studiis vacare sinat; quanam ceteros omnes ju-
vandi via reperiri poterat expeditior illâ, quam Chri-
stus adhibendam voluit in conversione populorum?
Velim mihi dicat aliquis, de magno illorum numero qui
credunt, et sic è cæno vitiorum, in quibus volutaban-
tur emerferunt, utrum prestare censeat; an muta-
tos mores vitamque emendatam sine examine credendo
penas superesse pro peccatis et præmia pro bene factis;
an verò dilatam in melius conversionem, donec ipsa
etiam tantorum dogmatum fundamenta eruantur?
Sanò postremâ hac methodo pauci eò pertingerent, quò
ipso simplex ac nuda fides perducit, sed pleriqua in
corruptela sua perseverarent.

§ 3. Baylius [in Elucidatione circa objectiones Manichæorum positâ ad calcem editionis secundæ Dictionarii] hæc Origenis verba non de Philosophica discussione, sed solum de accurata & critica disquisitione accipit, quâ sacrorum voluminum autoritas sensusque legitimus stabiliretur. Verum nihil est quod hanc restrictionem indicet. Origeni negotium erat cum Philosopho, cui satisfactura non erat. Apparet Origenem indicare voluisse, Christianos non minus exactos esse quàm stoicos aliosque nonnullos Philosophos, qui doctrinam suam tam ratione quam autoritate fulciebant, uti factitabat Chrysippus, qui etiam in antiquitatis Ethnicæ symbolis Philosophiæ suæ vestigia reperiebat.

§ 4. Celsus ibidem aliam in Christianos torquet objectionem. Si, inquit, ad solemne suum: noli examinare, crede duntaxat, velut ad atcem confugiant, edicant mihi saltem, quid me velint credere. Hoc verò ille meritò postulat, simulque adversus illos militat, qui Deum bonum justumque assererent & tamen contenderent nos nullâ Divinæ bonitatis justitiæque notionem præditos esse, cum istas Ei perfectiones tribuimus. Verum non semper adæquatæ notiones, quæ nihil non explicatum involvant, postulandæ sunt, cum ne ipsæ quidem sensiles qualitates, puta calor, lux, dulcedo, hujusmodi notiones præstare possint. Fatemur itaque mysteria explanationem aliquam admittere, sed imperfectam. Sufficit intelligentiam analogicam nos habere mysterii, quale est Trinitas & Incarnatio, ne, dum ea recipimus, verba prorsus omni sensu destituta pronunciemus. Necessarium autem non est tam longè quàm optari posset explanationem procedere, hoc est usque ad comprehensionem & usque ad modum quo mysterium efficitur.

§ 5. Mirum itaque videtur Baylium recusare tribunal

banal notionum communium (Tom. 3. Responsionis ad Provinciam pap. 1462. & pap. 1140.) quasi verò consuli non deberet idea bonitatis, dum Manichæis respondendum est; cum tamen ipse mentem suam longè aliter explicavisset in Dictionario, unde locum infra producemus. Et certè eos, qui disceptant unicumne sit principium bonum, an duo, alterum bonum, malum alterum, consentire oportet in boni malique significatione. Et quando de Unione naturarum in Christo, de quadam unione corporis Christi cum nostro loquimur, sub vocabulo *unionis* aliquid intelligimus; quemadmodum etiam ubi sermo est de unione corporis unius cum altero, substantiæ unius cum suo accidente, subjecti cum adjuncto, loci cum mobili, actûs cum potentia. Aliquid etiam intelligimus, quando de unione animæ cum corpore unam personam constituente agimus: licet enim nec leges corporis ab anima, nec leges animæ vicissim à corpore mutari censeam, & harmoniam præstitutam ad evitandam hanc perturbationem introduxerim; admitto nihilominus unionem veram inter corpus & animam, quæ ex duobus illis faciat suppositum. Sed unio ista metaphysica est; unio verò influxûs physica esset. At cum de Verbi divini unione cum humana natura loquimur, notitiâ analogicâ contentos esse nos oportet, qualem unionis animæ cum corpore comparatio nobis suppeditare potest: & de cætero nobis sufficere debet incarnationem esse arctissimam quæ Creatorem inter & Creaturam existere possit unionem, nec opus est ultra progredi explicando.

§ 6. Idem est de mysteriis aliis, in quibus ingenia moderata semper explicationem invenient; quæ ad credendum satis sit, ad comprehendendum parùm. Sufficit nobis aliquatenus scire *quid est?* [*τι ἐστίν.*] sed quomodo? (*πῶς?*) neque scimus, neque nobis

est necessarium scire. Ac de mysteriorum explicatio-
nibus quæ passim tradi solent dici potest id quod Se-
renissima Christina Regina Sueciæ in numismate
quodam dicebat de Corona quam deposuerat : *Nom-
mi bejögna, e non mi basta.* Nec mihi necessaria est, nec
sufficit. Nihil magis necesse nobis est (ut jam nota-
vi) mysteria probari à priori vel rationem eorum pro-
ductricem reddi. Sufficit nobis *rem ita esse* [τὸ ὄρα]
ipsum quòd, quamvis ignoremus quare (τὸ διότι)
quod Deus sibi reservavit. Elegantes & celebres sunt
Josephi Scaligeri hac de re versiculi.

Ne curiosus quare causas omnium

Quæcunque libris vis Prophetarum indidit

Afflata calo, plena veraci Deo :

Nec operta sacri supparo sitenti.

Irrumpere aude, sed pudenter prateri.

Nescire velle qua magister optimus

Docere non vult, erudita inscitia est.

Baylius hos versus referens (Resp. ad Provinc.
Tom. 4. p. 55.) valdè verisimiliter iudicat à Scaligero
fuisse culos occasione contentionis Arminium inter
& Gomarum in Belgio fæderato, ubi agebat, fer-
ventis. Crediderim à Baylio memoriter prolatos, nam
sacrata habet pro *afflata*. Prudenter verò poni pro
pudenter (hoc est modestè) quod posterius versus
exigit, id utique mendum esse Typographi putem.

57. Nihil monito, versibus hisce contento, sa-
pientius ; & merito Baylius ait (pag. 729.) eos qui
omnes divini consilii rationes circa peccatum ejusque
effectus reddere spondeant, sese adversariis obno-
xios reddere, & ut ità dicam, deditonem facere.
Sed immeritò Baylus hîc duo valde disparata conjun-
git, *reddere rationem* rei, & objectionibus contrariis
satisfacere, nam statim addit : *Coguntur illum* (adver-
sarium suum) sequi, quocumque ducere libuerit, &
pro-

“probrosè terga vertere victosque se fateri, si tandem
“imbecilliozem esse mentem nostram concedant, quàm
“ut omnes Philosophi alicujus instantias plenè diluere
“possit.

§ 8. Videtur hîc Baylio minus esse, *reddere rationem* quàm *instantiis*, sive *argumentis respondere*; cùm ei qui prius illud suscipere auderet, alterum etiam onus suscipiendum esse denunciet. Sed contrarium omnino verum est. Respondens non tenetur Thesis suæ rationem reddere, tenetur tamen opponentis instantias dissolvere. Reus in forò non cogitur (saltem ordinariè) probare causæ suæ æquitatem, aut possessionis suæ titulum ostendere, sed tenetur ad rationes actoris respondere; Sumque miratus sæpissimè, virum tam diligentem tamque sagacem, qualis erat Baylius, res confundere in tantum diversas, in quantum diversi sunt hi tres rationis actus: comprehendere, probare & objectionibus respondere; quasi dum de usu Rationis in Theologia agitur, ista reciprocarentur. Sic enim loquitur in dialogis posthumis pag. 73. *Nullum principium Baylius inculcavit frequentius quàm istud: incomprehensibilitatem dogmatis alicujus & insolubilitatem objectionum illud impugnans non esse rationem repudiandi.* De incomprehensibilitate concedo, at non de insolubilitate. Id enim reverà idem foret ac si diceres rationem invincibilem Thesi adversantem non satis esse causæ ad Thesin rejiciendam, quænam enim alia repudiandæ alicujus Sententiæ legitima ratio reperiri unquam poterit, aut quænam ultra via supererit falsitati, imò absurditati opinionum demonstrandæ, si argumentum invincibile non sufficit? Itaque D. Thomas parte 1. Summæ q. 1. art. 8. docet adversario, qui nullam revelationem concedat, non posse probari articulos fidei per rationes, sed superesse viam solvendi rationes quas adducit con-

contra fidem. *Cum enim* (inquit) *fides infallibili veritati innitatur, impossibile autem sit de vero demonstrari contrarium, manifestum est probationes quæ contra fidem inducuntur non esse demonstrationes, sed solubilia argumenta.* Et ita bene distinguit, primò inter probationem Theſeos & objectionum solutionem, deinde inter demonstrationes & argumenta tantùm verisimilia. Nam, ut Cajetanus ibidem annotat, *contra veritatem infallibilem nulla potest demonstrativa ratio esse.*

59. Juvat etiam observare, probantem à priori semper rationem reddere per causam sufficientem; porrò qui tales rationes accuratè & quantum satis est reddere potest, ipsam rem etiam comprehendere valet. Hinc, à scholasticis dudum reprehensus fuit Raymundus Lullus, quòd Trinitatem ope Philosophiæ demonstrandam suscepisset. Demonstratio illa jactata extat in hujus Autoris operibus. Sed & Bartholomæus Keckermannus celebris inter Reformatos Autor post simile omnino circa idem mysterium tentamen non minorem aliquorum recentium Theologorum reprehensionem incurrit. Reprehendentur itaque quicumque mysterii hujus rationem reddere & quod supra nos est, comprehensibile efficere voluerint, at qui contra adversariorum objectiones operam navabunt, laudabuntur.

60. Dixi supra, Theologos communiter distinguere inter ea quæ sunt supra Rationem & quæ sunt contra Rationem. *Supra Rationem* collocant id quod comprehendi non potest & cujus ratio reddi nequit. *Contra Rationem* verò erit omnis illa sententia, contra quam rationes invictæ militent, aut cui opposita Theſis, methodo accuratâ solidâque evinci potest. Fatentur itaque mysteria supra Rationem esse, contra Rationem esse negant. Anglus autor libri ingeniosi

sed

sed improbat, cui titulus : Christianisme not mysterious, id est Christianismus Mysterii expers, hanc distinctionem impugnandam suscepit, sed, si quid iudico, non labefactavit. Baylius etiam distinctioni tam receptæ non acquiescit. Et primùm quidem sic loquitur (tom. 3. Responsionis ad quæsitæ Provincialis cap. 158. pag. 998.) discrimen facit (adversarius) cum D. Saurino inter duas has theses, quarum prior est ; omnia Christianismi dogmata cum Ratione concordant ; altera ; Ratio humana cognoscit ea Rationi concordare. Priorem concedit, negat alteram ; idem & ego sentio, sed tum demum, si perfecta cum Ratione concordantia intelligatur, id est si postuletur ejus reddi rationem, vel rationis ope modum explicari. Id enim Deus utique posset, nos minimè possumus. Sed utramque Thesin affirmandam arbitror, si cognoscere quòd dogma cum Ratione concordet nihil aliud significat, quàm rationibus quæ opponuntur satisfieri posse.

61. Modus quo suam Baylius hîc mentem explicat minimè satisfacit. Agnoscit rectissimè mysteria nostra conformia esse Rationi generatim seu supremæ & universali in mente Divina existenti ; negat tamen apparere conformia illi Rationis particulæ qua homo ad ferendum de rebus iudicium utitur. Verùm cum particula illa, sive portio Rationis, quam possidemus, Dei donum sit & in naturali lumine nobis post naturæ corruptionem relicto consistat, portio illa conformis esse debet ipsi toti, nec differre ab ea quæ in Deo est, nisi quemadmodum gutta differt ab oceano, vel potius sicut finitum differt ab infinito. Itaque illam particulam nostram mysteria transcendere possunt, contraria ei esse non possunt, quia nihil parti contrarium esse potest, quin sit etiam toti. Quod uni propositioni Euclidis contradicit, Euclidis elementis

tis contrarium est. Id quod in nobis adversatur mysteriis non Ratio est aut lumen naturale, nexusve veritatum; corruptela est, error est vel præjudicium, tenebræ sunt.

62. Baylius (p. 1002.) Stegmanni ac Turretini Theologorum Protestantium, mysteria Rationi tantum corruptæ opponentium, sententiam non probat. Quærit jocabundus an nomine rectæ Rationis intelligatur Ratio Theologi Orthodoxi, nomine verò corruptæ Ratio Hæretici? tum objicit evidentiam mysterii Trinitatis non fuisse majorem in mente Lutheri quam in mente Socini. Verum, ut Cartesius optimè observavit, Ratio omnibus est communis. Itaque Hæreticos juxta cum Orthodoxis eâ præditos esse censendum est. Recta Ratio est veritatum nexus; corrupta vero Ratio præjudiciis & affectibus intermiscetur. Hanc ut ab illa discriminemus, sufficit ordinatè procedere, nullam sine probatione transmittere Theſin, nec ullam probationem admittere quæ ad vulgatissimas logicæ leges exacta non sit. Neque alio opus est *Criteriono* aliove judice controversiarum circa ea quæ sunt intra Sphæram Rationis. Solius hujus *Criterioni* neglectu data fuit ansa Scepticis sese efferendi & in ipsa adeo Theologia Franciscus Veronius aliique nonnulli artis quam vocabant *Novæ* jactatores in controversiis contra Protestantes excessere modum & cavillationibus indulgentes in medium se scepticismum conjecerunt, ut scilicet judicis externi infallibilis admittendi necessitatem ex ipsa Ratione evincerent, in quo ab eruditis viris etiam suarum partium non probantur. Calixtus & Dallæus hanc methodum exploserunt, & Bellarminus longè aliter disserit.

36. Veniamus nunc tandem ad judicium Baylii (p. 999.) de recepta illa distinctione. *Mihi*, inquit, "æquivocatio irrepsisse videtur in celebrem distinctionem

nem

nem inter ea quæ sunt supra Rationem & quæ sunt
contra Rationem. Vulgò dicitur : Evangelii Myste-
ria sunt supra Rationem, sed non contraria Rationi.
Arbitror in priori parte hujus Axiomatis Rationi non
tribui sensum eundem qui tribuitur in posteriore; ac
in priore quidem intelligi Rationem humanam sive
Rationem in concreto, in altera verò Rationem in ge-
nere sive Rationem in abstracto. Nam si semper in-
telligatur Ratio in genere sumpta sive Ratio suprema
& universalis quæ in Deo est, utrumque perinde
verum est, nec Evangelica Mysteria supra Rationem
esse, nec contra Rationem. Sed si in utraque parte
Axiomatis humana ratio intelligatur, non admodum
video distinctionis hujus soliditatem: nam *Ὁρθοδοξί-
ται* quique fatentur perspectam nobis non esse My-
steriorum cum Philosophiæ axiomatis conformita-
tem. Itaque nec esse Rationi conformia nobis viden-
tur. Arqui quod Rationi nostræ conforme non esse
nobis videtur, nobis apparet esse Rationi nostræ con-
trarium, prorsus sicut quod non apparet esse confor-
me veritati nobis apparet esse veritati contrarium.
Cur igitur æquè dici non poterit utrumque, videlicet
mysteria esse & contra & supra imbecillum Rationem
nostram? Respondeo, uti ante respondi, Ratio-
nem esse nexum veritatum nobis naturæ lumine no-
tarum, & in hoc sensu receptum Axioma sine ulla æ-
quivocatione verum est. Mysteria Rationem nostram
superant, continent enim veritates in eo nexu non
comprehensas, sed non sunt Rationi nostræ contra-
ria, nec ulli veritati contradicunt, ad quam nexus iste
nos perducere possit. Itaque hîc non agitur de Ratio-
ne universali quæ in Deo est, sed de nostra. Si quæras
an mysteriorum cum Ratione conformitatem cogno-
scamus. Respondeo nos saltem nunquam ullam dif-
formitatem ullamve inter mysteria ac Rationem op-
posit-

positionem cognoscere, & quia semper possumus oppositionem tollere, hoc si vocas conciliare Fidem cum Ratione, aut mutuam earum conformitatem cognoscere, dicendum est posse nos ad hanc conformitatem concordiamque pertingere. Sed si conformitas in consentanea rationibus explicatione modi (τὸ πῶς quomodo?] consistat, obtinere eam non valemus.

64. Aliam præterea Baylius objectionem ingeniosam sanè defumit ab exemplo visus. Cum turris quadrata, inquit, nobis eminus apparet esse rotunda, non solum oculi nostri clarissimè testantur se in illa turri nihil advertere quadratum, sed etiam se figuram ibi rotundam intueri, quæ cum quadrata stare non potest. Igitur dici potest veritatem quæ est figura quadrata, non solum esse supra sed etiam *contra testimonium imbecillis nostri visus*. Fatendum est observationem hanc esse veram, & quamvis verum sit apparentiam rotunditatis oriri ex sola privatione apparentiæ angulorum quam tollit distantia, verum tamen manet, rotundum & quadratum esse res oppositas. Ad hoc itaque argumentum Respondeo representationem sensuum, etiam dum agunt quidquid possunt, sæpe contrariam esse veritati; sed in facultate ratiocinandi non eadem res est, quando munere suo fungitur, cum ratiocinium numeris suis absolutum nihil aliud sit quam nexus veritatum. Et quod visum nominatim attinet, considerandum est, alias adhuc dari falsas apparitiones *ex oculorum nostrorum imbecillitate minimè profectas* neque ex eo natas quod ob distantiam dispâret, sed *ex natura ipsa visionis* quantumvis perfectæ sic EG. circulus obliquè spectatus mutatur in genus quoddam ovalis, quæ à Geometris Ellipsis dicitur, imò interdum etiam in Parabolam aut Hyperbolam atque adeò in ipsam lineam rectam, uti in annulo Saturni videre est.

¶ 5. Sensus externi, propriè loquendo, nos non fallunt sed sensus internus sæpe nos transverſos agit : quod etiam in brutis locum habet, uti dum canis suam in speculo imaginem allatrat : insunt enim brutis *consecutionis* quædam ratiocinium imitantes, dum scilicet iis quæ sunt experti mox in casu qui similis apparet, similia expectant : quæ consecutiones etiam in sensu hominum interno reperiuntur ubi solùm agunt Empiricè, sed bruta nihil agunt quod cogat nos illis tribuere ratiocinium propriè dictum, ubi vis consecutionis, non empiriã nudã sed etiam ratione nititur, uti alibi ostendi, cum itaque intellectus adhibet sequiturque falsam interni sensus determinationem (uti dum celebris galilæus Saturnum habere duas anſas credidit) se fallit ipse iudicio quod ex apparentiarum effectu efformat, plusque infert quàm illæ ferant, nam phænomena sensuum veritatem rerum absolutè non magis spondent quàm somnia. Ipsi nos fallimus eorum usu hoc est consecutionibus nostris. Nempe nobis per apparentia argumenta imponi sinimus & faciliè credimus phænomena quæ plerumque connexa comperimus semper connecti. Itaque cum plerumque contingat angulis carere quod sine angulis apparet, idem perpetuum esse faciliè iudicamus : huiusmodi error sæpe veniam meretur & est interdum inevitabilis si statim agendum sit & quod melius videtur eligendum : at quoties nos colligendi suppetit otium, si quod certum non est, pro certo sumimus culpã non vacamus. Igitur verum est speciem sæpe veritati contrariam esse at ratiocinationem nunquam, si quidem exacta sit & logicæ regulis conformata. Quod si voce, *Rationes*, facultas ratiocinandi, benè an malè generatim intelligeretur, utique illa decipere nos potest, & re ipsa decipit, suntque apparentiæ nostri intellectûs non rarò æquè fallaces quàm eæ quas sensus suppeditant. Sed hîc

de nexu veritatum agimus deq; objectionibus in bona forma, quo sensu fieri non potest ut nos Ratio fallat.

66. Ex iis omnibus quæ jam dixi, patet Baylium *id quod supra Rationem est* nimis latè sumere quasi etiam objectionum insolubilitatem includeret. Nam juxta ipsum [cap. 130. Resp. ad Provinc. tom. 3. pag. 651.] *ex quo dogma aliquod supra Rationem est nec illud explicare nec comprehendere nec objectionibus contrariis respondere philosophia potest.* Assentior de comprehensione, sed jam notavi mysteria necessariam saltem vocum explicationem admittere, ne sint sine mente soni: ostendi insuper necesse esse ut objectionibus responderi possit, alioquin Thesin ipsam repudiandam.

67. Profert Baylius autoritates Theologorum qui objectionum contra mysteria insolubilitatem videntur agnoscere, quos inter postremus est Lutherus. Sed jam §. 12. respondi verbis illis quibus videtur dicere quòd philosophia Theologiæ contradicat. Alius extat locus [cap. 246. de servo arbitrio] ubi ait quod injustitia Dei apparens *talibus argumentis* (à proborum calamitate & improborum prosperitate desumptis) *traducta sit, quibus nulla ratio aut lumen natura potest resistere.* At paulò post ostendit id se intelligere de iis qui alteram vitam ignorant: subdit enim, hanc difficultatem unicâ Evangelii vocolâ profligari dum nos docet alteram superesse vitam, in qua quidquid in hac vita punitum præmiatumque non fuerit præmiabitur & punietur. Igitur objectio ista invincibilis non est imò sine Evangelii præsidio responsum illud in mentem venire posset. Adduntur etiam [Resp. ad Provinc. tom. 3. pag. 652.] Martini Chemnicii locus à Vedelio reprehensus & à Joanne Musæo vindicatus, in quo celebris ille Theologus apertè videtur dicere in verbo Dei esse veritates quæ sint non solum
supra

supra sed etiam contra Rationem. Verùm locus ille non debet intelligi nisi de principiis Rationis ordini naturæ conformibus, uti Mulæus eundem etiam explicat.

68. Veruntamen autoritates aliquas magis sibi faventes Baylius reperit quas inter non est postrema Cartesii: Vir hic magnus planè dicit (part. princip. art. 41.) *illis verò [difficultatibus in concilianda nostri arbitrii libertate cum æterna præordinatione Dei] nos expediemus si recordemur mentem nostram esse finitam, Dei autem potentiam per quam non tantùm omnia quæ sunt aut esse possunt ab aeterno præscivit sed etiam voluit ac præordinavit, esse infinitam*: ideoque hanc quidem à nobis satis attingi ut clarè distinctèque percipiamus ipsam in Deo esse, non autem satis comprehendi ejus amplitudinem ut videamus quo pacto liberas hominum actiones indeterminatas relinquat. Libertatis autem & indifferentiæ quæ in nobis est nos ita conscios esse, ut nihil sit quod evidentius & perfectius comprehendatur. Absurdum enim esset propterea quòd non compehendum unam rem quam scimus ex natura sua nobis esse debere comprehensibilem, de alia dubitare quam ratione comprehendimus atque apud nos ipsos experimur.

69. Locus hic Cartesii cui sectatores adhærent, raro de Magistri sui effatis dubitare soliti, mihi semper suspectus fuit. Cartesius non contentus dicere, se quidem non videre viam hæc duo dogmata conciliandi, totum genus humanum, imò creaturas rationales omnes eadem in navi collocat. Poteratne verò ignorare Cartesius fieri non posse ut contra veritatem invincibilis objectio militet. Cum talis objectio non nisi necessarius aliarum veritatum nexus esse possit quarum summa repugnet assertæ veritati, unde fieret ut inter veritates mutua foret contradictio quod absur-

dorum omnium absurdissimum est. Præterea quamvis mens nostra finita sit, nec infinitum possit comprehendere, dantur tamen de infinito demonstrationes quarum vim aut imbecillitatem comprehendit, cur igitur objectionum vim vel imbecillitatem pariter non comprehenderet? Cùmque Dei potentia sapientiaque sint infinitæ, omniaque contineant, de earum capacitate vel amplitudine nullus dubitandi locus relinquitur. Deinde Cartesius libertatem exigit minimè necessariam dum vult humanæ voluntatis actiones esse prorsus indeterminatas, quod nunquam contingit. Denique Baylius ipse contendit experientiâ illâ sive conscientiâ intimâ independentiæ nostræ in qua Cartesius libertatis nostræ probationem constituit, minimè libertatem evinci, cùm ex eo quòd causas, à quibus pendemus, non percipiamus, haud quaquam sequatur esse nos independentes. Sed hac de re differemus suo loco.

70. Cartesius etiam in Principiis suis alicubi fateri videtur quod impossibile sit respondere difficultatibus circa materiæ divisionem in infinitum, quam nihilominus esse veram agnoscit. Arriaga aliique nonnulli scholastici idem ferè sentiunt. Sed si non pigeret eos debitam objectionibus formam tribuere, viderent viri acuti vitiosam esse consequentiam, & falsas hypotheses sæpe negotium faceßere. Do exemplum. Vir quidam doctus objectionem hanc aliquando mihi proposuit: secetur linea recta BA in duas partes æquales in puncto C, & pars CA in puncto D. & DA in puncto E & sic in infinitum; omnes medietates & medietatum medietates BC, CD, DE &c. faciunt simul totum BA ergo dari oportet ultimam medietatem cum linea recta desinat in A, atqui hæc ultima medietas absurda est, cum enim medietas illa sit linea poterit adhuc dividi in duas partes ergo divi-

sio

sio in infinitum admitti nequit. Sed monui, quamvis detur ultimum punctum A, non ideo sequi dandam esse medietatem aliquam ultimam quia punctum hoc convenit omnibus medietatibus versus A quod & amicus ipse fassus est dum hanc illationem argumento legitimo probare conatus est. Imò potius quia divisio tendit in infinitum, nulla datur ultima medietas, & quamvis linea BA finita sit, non sequitur divisionem ejus habere terminum ultimum. Pariter series numerorum in infinitum procedentes negotium faceffunt multis qui in illis concipiunt ultimum terminum, nempe numerum infinitum vel infinite parvum. Sed hæc omnia meræ sunt mentis fictiones. Numerus omnis finitus est & assignabilis, etsi semper alius atque alius sumptus intelligatur; similiter linea omnis finita est. Cum verò de linea infinita aut infinite parva loquimur, nihil aliud sumimus quàm magnitudines, Quantumvis productas vel minutas, seu quæ tam magnæ tamve parvæ sumi possunt quàm libuerit, ut scilicet ostendatur errorem esse minorem quolibet dato hoc est nullam esse revera. Vel saltem per infinite parvum intelligitur quantitas evanescens vel nascens concepta adinstar magnitudinum jam constitutarum.

71. Juerit tamen expendere argumentum à Baylio adductum quo ostendere conatur objectionibus quia Fidei Ratio opponit, satisfieri non posse. Extat illud in ejus Elucidatione circa Manichæos (pag. 3140. Editionis secundæ Dictionarij) *Mibi sufficit, inquit, quòd Evangelica Mystera supra Rationem esse consentiant omnes. Hinc enim necessariò sit impossibile esse ut difficultates Philosophia dissolvantur, & consequitur exitum certaminis in quo solis notitiis naturalibus pugnabitur, Theologis fore semper infelicem dum cogantur pedem referre & sub arce luminis supernaturalis quaere perfugium.* Miror Baylium loqui aded genera-

tim, cùm agnoverit ipse naturale lumen unitati principii favere contra Manichæos, & Dei bonitatem invictissimè probari Ratione. Pergit interim.

72. Evidens est Rationem ea quæ supra se sunt attingere non valere: at ille qui objectionibus Dogmata Trinitatis & Incarnationis impugnantibus responsiones dare posset, attingeret ista duo Mysteria; ea sibi subjiceret ac flecteret ad ultimas usque collationes cum primis suis principiis vel aphorismis qui ex notionibus communibus oriuntur, donec tandem ea cum lumine naturali consentire concludit, faceret ergo quod est supra vires suas, transcenderet limites suos quod est formaliter contradictorium, dicendum itaque Rationem non posse suppeditare responsiones propriis suis objectionibus, easque manere victrices, quam diu ad divinam auctoritatem, & intellectûs in Fidei obsequium captivandi necessitatem non recurritur [Ego vim in hoc ratiocinio nullam deprehendo. Id quod supra nos est *attingere* possumus non quidem illud penetrando sed utcumque noscendo, uti cælum visu sed non tactu possumus attingere. Sed neque ad respondendum objectionibus quæ contra mysteria fiunt oportet nos mysteria subjicere nobis, aut ad confrontationem cum primis principiis quæ ex notionibus communibus nascuntur submittere, nam si is qui objectiones diluendas suscipit, eatenus progredi deberet, hoc ipsum ille qui objectionem proponit præstare deberet prior. Objicientis enim est argumenti tractationem aggredi. Respondenti satis est dicere, etiam aut non. Quia distinctionis loco sufficiat ei rigidè agenti alicujus propositionis in objectionem positæ universalitatem negare, vel formam argumenti redarguere, & utrumque fieri potest etiam si ultra objectionem respondens non pervadat. Itaque si quis argumentum mihi proponat quod invincibile esse

con-

contendat, tacere possum obligando duntaxat eum ad probandum in bona forma omnes enuntiationes quas profert, quæque mihi vel tantillum dubiæ videbuntur. Ut autem dubitem duntaxat nihil est necesse mihi perspecta esse rei controversæ intima. Imò quò magis ignarus ero, eò potiori jure dubitabo) pergit Baylius.

73. *Rem hanc clariorem reddere conemur: si doctrina quapiam supra Rationem sunt, captum Rationis superant ut ad eas pertingere non possit. Quòd si eò pertingere nequeat neque illas comprehendere poterit.* (Poterat à comprehensione incipere, dicendo Rationem id quod supra se est non posse comprehendere) *sic eas comprehendere non valet, nullam quoque earum ideam nancisci poterit* [Non valet consequentia, nam ad rei cujuspiam comprehensionem non sufficit aliquas ejus ideas haberi sed oportet habere omnes ideas omnium quæ ejus constitutionem ingrediuntur & has ideas oportet esse claras distinctas & adæquatas. Itaque eorum, quæ minimè comprehendimus, possumus aliquas habere ideas. Sexcenta sunt in natura objecta, quorum etsi aliquid intelligamus, non idè comprehensionem habemus. Ideam habemus aliquam radiorum lucis, de quæ iis demonstrationes aliquatenùs cudimus, sed tamen semper restat aliquid quod nos cogat fateri naturam lucis totam necdum à nobis esse comprehensam] *nec ullum principium unde solutio arcessatur* (Quidni principia quædam evidentia inveniremus notitiis obscuris confusisque commixta) *atque adeo prolata à ratione objectiones sine responsione manebunt.* [Minimè gentium; difficultas potius premet opponentem ipsum. Hujus est evidens principium perquirere quod sit objectionis alicujus caput. Tantòque difficiliùs tale principium inveniet, quò res qua de agitur, erit obscurior. Hoc etiam principium ubi invenerit, adhuc difficiliùs erit ipsi oppositionem principium

pium inter & Mysterium ostendere, nam si Mysterium evidenti principio advertari manifestè deprehenderetur, non jam Mysterium obscurum sed absurditas manifesta foret] *vel quod in idem recidit, per distinctionem respondebitur aequè obscuram quàm ipsa Thesis oppugnata* [in rigore disputandi distinctiones à respondente omitti possunt negando vel præmissam aliquam vel consequentiam, dumque de termini alicujus ab impugnante usurpati sensu dubitatur potest respondens ejus definitionem exigere, ita ut nihil de suo ipse afferre cogatur, quando scilicet cum adversario res est, qui argumentum, quod nobis opponit invincibile esse pugnat, is enim perinde procedere debet ac si cum respondente nullo vel muto esset agendum, uti in demonstrationibus Euclideis, ubi quidquid vel minimam habet dubii suspicionem, etsi nemo exigit, probare oportet. Verùm quamvis defendens aut respondens sive ex indulgentia, Sive compendii gratiâ, sive quod se satis robustum sentit, æquivocationis in objectione latentis detegendæ & aliqua distinctione tollendæ onus in se suscipere vellet, nullatenus necesse est ut hæc distinctio ad aliquid ducat quod sit ipsâ Thesi primâ clarius, cum defendens Mysterium ipsum illustrare non teneatur.

74. *Atqui certo certius est (prosequitur Baylius) objectionem in notionibus valde distinctis fundatam aequè manere victricem sive nihil respondeas sive respondeas aliquid quod nemo capit; Et quomodo (addit) aquo Marte dimicare potestis, hinc homo, qui tibi quod tu & ille clarissimè concipitis, objicit, inde tu quite tueri nisi per responsa non potes in quibus nihil nec tu nec ille comprehenditis.* [Non satis est objectionem in notionibus valde distinctis fundari: oportet eas etiam ad Thesin applicari. Et quando ego respondeo negando aut præmissam aliquam ut probationem eliciam

aut

aut consequentiam, ut bonam formam exigam, non possum dici nihil respondere aut nihil intelligibile respondere, cum enim præmissa adversarii, quam nego, dubia sit, negatio mea æquè intelligibilis erit quàm ejus affirmatio. Denique cum id adversario indulgeo, ut distinctione aliquâ mentem meam explicem, sufficit voces, quas adhibeo, sensum aliquem habere, ut in mysterio ipso: atque ita in responso meo sanè intelligitur aliquid, sed quæ responso meo involvuntur omnia intelligi non est necesse, nec possibile, alioqui Mysterium ipsum comprehenderetur.

75. Baylius ita pergit. *Omnis disputatio philosophica supponit partes disputantes de certis quibusdam definitionibus consentire* [optatum id quidem esset, sed plerumque non nisi in ipso cursu disputationis eò devenitur cum opus est] *& syllogismorum leges, notasque ex quibus ratiocinia prava dignoscuntur admittere. Posthac solum superest, ut expendatur num Thesis aliqua mediatè vel immediatè principiis utrimque constitutis congruat* [hoc verò fit per syllogismos opponentis] *an præmissa probationis (ab opponente productæ) vera sint, an consequentia teneat; an non syllogismus constet quatuor terminis, an non fortè in aphorismum aliquem capitæ de oppositis, vel de Sophisticis Elenchis &c. peccetur* (ut verbo dicam, sufficit respondentem negare vel præmissam aliquam vel consequentiam sive formam, aut denique explicare aut explicari petere terminum aliquem æquivocum) *Victoria pæces eum erit, qui vel argumentum disputationis nullam cum principiis de quibus conventum fuerat, habere connexionem ostenderit* (hoc est qui objectionem nihil probare ostenderit, & tunc defendens causam vicit) *vel defendentem ad absurdum adegerit* (ubi omnes præmissæ omnesque consequentiæ ritè probatæ fuerint) *adigi autem ad absurdum potest sive ostendatur ex Thesi*

ejus consequi Etiam & Non ; sive cogatur haud intelligibilia respondere (postremum hoc incommodum cavere semper potest defendens, non enim novas Theses proferre tenetur) scopus ejusmodi disputationum est, ea qua obscura sunt elucidare , & ad evidentiam pervenire. (opponentis is scopus est, vult enim ostendere Mysterium esse falsum , sed defendentis hic scopus esse non potest , dum enim mysterium admittit, fatetur illud reddi non posse evidens. Hinc fit ut durante lite eò magis minusve victoria sive opponentis sive defendenti favere judicetur , quò plus minusve claritatis erit in propositionibus utriuscumque (hæc dicuntur quasi defendentem & opponentem æquè nudatos expositosque esse necesse foret; atqui defendens arcis præfecto , oblesso , munimentis suis tecto est similis ; aggressoris autem est ea perrumpere. Evidentiâ non eget hîc defendens , sed nec illam quærit : opponentis partes sunt evidentiam adversus illum invenire , & tormentis suis evertere munimenta quibus defendens tegebatur)

76. *Denique victus esse judicatur ille cujus responsa nemo intelligit (anceps oppido victoriæ indicium, ergo auditores interrogandi erunt , aliquidne eorum quæ dicta sunt perceperint & sæpe non una erit omnium sententia. Verarum disputationum lex est per argumenta in bona forma procedere eisque respondere negando vel distinguendo) & qui responsiones suas incomprehensibiles esse fatetur , (ei qui Misterii veritatem ruetur , fateri licet incomprehensibile esse Mysterium. Hæc confessio si sufficit, ut victus esse judicetur , nihil opus est objectionibus, Veritas quæpiam incomprehensibilis esse poterit, sed nunquam ita incomprehensibilis erit ut nihil prorsus in ea percipi dicatur. Effet enim eo in casu quod scindapsum vel Blixyri antiquæ scholæ dicebant [Elem. Alex. Strom. 8.] hoc est*

est voces sensu vacuæ) hoc ipso secundum adjudicandam victoriæ leges condemnatur, dumque eum persequi non licet ob nebulam quâ se obtexit quaque chaos quoddam inter ipsum & adversarios constituit, planissimè profugatus reputatur, & cum exercitu comparatur, qui amissâ victoriâ noctis beneficio victoris persequentis manibus sese subducit (ut allegoriam allegoriâ rependam, dicam ego defendentem victum non esse quamdiu aggeribus suis septus manet, & si eruptionis aleam quandoque subit citra necessitatem, semper ad munimenta sese sua recipere sine ignorantia nota posse)

77. Placuit prolixum hunc locum expendere minutius, quo Baylius quidquid pro sua sententia robustissimum & rationibus maximè plausibilibus fultum dici poterat, conclusit totum: ac spero me clarè monstrâsse quantum vir præstans à proposito deviârît: quod ingeniosissimo & sagacissimo cuique accidere pronum est, cum ingenio habentæ laxantur & necessarius perscrutando funditus systemati suo labor negligitur: Atque hæc discussio nostra nonnullis aliis ratiociniis per Baylii opera sparsis pro responso esto. Uti, dum ait (Responsi ad quæsitâ Provincialis cap. 133 Tom. 3. pag. 685.) *Ut Rationem cum Religione conciliâsse te evincas, ostendendum, non modò præsto esse axiomata philosophica quæ Fidei faveant, sed etiam axiomata illa particularia quæ tanquam Catechismo nostro parùm consona nobis objiciuntur, verè illi consonare ratione quâpiam distinctè conceptâ.* Hoc toto quid opus sit non video (nisi ratiocinium ad ipsum usque Mysterii modum provehere velis) quando solâ veritatis Mysterii defensione contentus, ejus comprehensionem neutriquam polliceris. Ita enim necesse non habes comprobationem vel etiam explicationem Mysterii ope rationis aggredi, & ad axiomata sive generalia sive particularia recurrere. Itaque si quis axio-

mata

mata quædam philosophica nobis opponat, nostrum non est clarè distinctèque conformitatem eorum cum dogmate nostro ostendere ; sed adversarii est eorum oppositionem demonstrare.

78. Prosequitur ibidem Baylius. *Hac ut præstemus, opus est nobis responso quod æquè sit evidens atque ipsa obiectio.* Jam supra ostendi §. 74. id re ipsa contingere quando præmissæ aliquæ negantur. De cætero autem necesse non esse, ut is qui Mysteriorum veritatem tuetur, propositiones afferat evidentes, cum Thesis ipsa principalis quæ circa mysterium ipsum versatur, evidens non sit. Addit Baylius. *Si replicandum, si duplicandum est, nunquam debemus manere debitores, aut putare nos ad scopum nostrum pertigisse, quamdiù adversarius res æquè evidentes nobis regeret, quam rationes esse nostra possint.* Verùm defendentis non est rationes adducere, sufficit ei rationibus adversarii sui respondere.

79. Concludit Autor denique : *Iniquus foret qui contenderet opponentem acquiescere responso debere, quo objectioni evidenti instantia tantum possibilis nec satis comprehensa reponitur.* Idque ipsum repetit in dialogis posthumis adversus CL. Jaquelotium pag. 69. Ego verò aliter sentio. Si objectionis evidentiæ sit omnimoda, victrix ea foret & Thesis everteret : at ubi obiectio non nisi super apparentibus aut plerumque contingentibus fundatur, ex qua opponens universalem certamque vult elicere conclusionem, tunc is qui Mysterium propugnat respondere potest per instantiam simplicis possibilitatis, cum hujusmodi instantiæ satis ostendat, hoc quod ex præmissis inferebatur minimè certum esse, nec universum tenere. Sufficit autem ei qui pro mysterio pugnat ejus possibilitatem tueri etsi non propugnet verisimilitatem, nam, ut sæpiùs dixi, Mysteriorum repugnare apparentiis in concessio est.

Imò

Imò nec necesse est eum qui tuetur mysterium hujusmodi instantiam afferre ; quod si tamen facit , id enim verò opus supererogatorium dici potest , adversarij magis confundendi gratiâ.

80. In Responso Baylii posthumo ad Jaquelotium quædam etiam reperio quæ mihi examine digna videntur. *Baylius* (ita legitur p. 35. 37.) *constanter in suo dictionario , quotiescumque res ita fert , asserit , Rationem nostram refutando magis destruendoque quàm probando & adificando idoneam esse : vix ullam esse sive in Philosophia sive in Theologia questionem , in qua Ratio maximas non suscitaret difficultates , quas qui contendendi animo prosequeretur quantum possibile est , rem in maximas tandem angustias deduceret. denique extare doctrinas quasdam certò veras , quas Ratio tamen per objectiones insolubiles oppugnat.* At ego quod hîc vitio vertitur Rationi , id laudi potiùs esse arbitror. Dum Ratio Thesin aliquam evertit , oppositam statuit. Dumque utramque simul oppositam Thesin convellere videtur , tunc enimverò sublime aliquid nobis pollicetur , dum modò eam sequamur quoad fieri potest , non in spiritu contentionis , sed cum ardenti desiderio investigandæ discernendæque veritatis , quod desiderium semper aliquo successu minimè pernitendo compensabitur.

81. Pergit Baylius : objectiones hujusmodi contemnendas agnoscendo angustos ingenii humani limites. Ego contrà arbitror agnoscendam esse potiùs ingenii humani vim quâ rerum intima perscrutari queat. Sunt hæc nova lumina , & , ut ita dicam , radii auroræ majorem nobis lucem spondentis ; de Philosophia & Theologia naturali loquor : at ubi objectiones ejusmodi contra Fidem revelatam militant , sufficit eas repelli posse , modò id cum spiritu submissionis ac zeli , cumque intentione propugnandæ exaltandæque

dæque divinæ gloriæ. Quod qui feliciter circa Dei justitiam præstiterit, simul Ejus magnitudine percellitur & bonitate permulcebitur, quæ per medias mentis vana specie deceptæ nebulas tantò magis tralucebunt, quantò diligentius per veras rationes ad invisibilia nec ideo minus certa assurgemus.

82. Hoc pacto (ut cum Baylio persequamur) Ratio arma ponere cogetur seque in obsequium Fidei captivare, quod facere potest & debet uti quorundam axiomatum suorum, quæ omnium minimè in dubium revocari possunt, & sic alia quadam axiomata sua abdicans, non ideò non agat secundum id quod ipsa est, hoc est uti Rationem decet. Hæc ille, Sed sciendum est axiomata Rationis quæ hoc casu abdicanda sunt, solum esse ea quæ ex apparentibus vel ex ordinario naturæ cursu nascuntur: quod ipsum Ratio nobis in rebus etiam Philosophicis præscribit, cum probationes invincibiles adsunt in contrarium sic ubi semel de bonitate justitiæque Dei demonstrationum ope certitudinem adepti sumus, duritatis injustitiæque speciem contemnimus, quam in permodica Regni sui parte nostris oculis expositâ cernimus. Hucusque naturæ gratiæque lumine illustrati sumus, sed necdum lumine gloriæ fruimur, & hîc in terris injustitiam apparentem videmus, occultam Dei justitiam credimus, sed eam ipsam tunc quoque manifestè spectabimus quando sol justitiæ sese, sicut est, conspiciendum præbebit.

83. Certum est Baylium intelligi non posse, nisi de axiomatis verisimilibus quæ veritatibus æternis, cedere debent: agnoscit enim Rationem verè non esse Fidei contrariam. Et queritur in Dialogis posthumis (pag. 73. contra D. Jaquelotium) insimulari se, quasi mysteria nostra Rationi esse verè contraria censeret, & (pag. 9. contra D. Clericum) contendere suos adversarios,

sarios, quod is qui doctrinam aliquam objectionibus insolubilibus expositam esse agnoscit, etiam per consequentiam necessariam agnoscat hujus doctrinæ falsitatem. Atque jure id contenderent, si insolubilitas illa foret plus quam apparens.

84. Fortassis ergo post longum de Rationis usu certamen comperiemus denique sententiam ejus reipsa non tam procul à nostra recessisse, quam præ se ferant verba quæ nostris animadversionibus ansam dederunt. Videtur quidem absolutè negare passim quòd possit unquam objectionibus Rationis adversus Fidem responderi, ac contendere quòd hunc in finem necessario debeat comprehendere quomodo fiat mysterium. Nihilominus quibusdam locis mitius loquitur, & scilicet habet dicere, solutiones objectionum esse ignotas. En verba ipsius satis clara, desumpta ex elucidatione ipsa circa Manichæos, ad calcem editionis secundæ Dictionarii subjecta. *Ut lectionibus etiam scrupulosissimis amplius satisfaciam, lubens hic profiteor* (inquit pag. 3148.) *ubicumque in dictionario meo reperirentur hæc illave argumenta insolubilia esse, nolle me ut reapse talia esse sibi persuadeant, nec aliud significare quàm quod insolubilia mihi videantur. Id verò tantum non est, nec quidquam periculi creat. Quisque, si lubet, credat me ob perspicacitatis inopiam ita opinari.* Hæc Baylius. Ego vero non istud quidem mihi persuadeo: nimium nota mihi est eximia viri perspicacitas: id potius existimo, postquam omnes ingenii nervos ad roborandas objectiones intenderat, non satis attentionis ei reliquum fuisse ad solvendas.

85. Cæterùm fatetur Baylius in opere posthumo adversus Dn. Joannem Clericum, objectiones contra Fidem non habere vim demonstrationum. Itaque ad hominem duntaxat, sive ad homines, id est, spectatâ præsentis generis humani conditione insolubiles

les esse judicat, & argumentum inexplicabile. Imo alicubi innuit non desperare se, solutionem sive explanationem illarum aliquando inventum iri, etiam ætate nostrâ. Sic enim loquitur in responso posthumo ad Dn. Clericum (p. 35.) *Sperare potuit Baylius è sublimibus illis ingeniis, quibus sistemata nova hodie debentur, non desere, qua gloria aculeis stimulentur operâ suâ; fierique posse, ut solutionem hætenus desideratam excogitent.*

86. Probendam Mysteriorum possibilitatem, & ipsum τὸ πῶς (quomodo) explanandum suscipere nonnulli. Ut Lullium & Kekermannum supra memoratos taceam. Autor quidam qui se Thomam Bonartem Nordranum Anglum vocat, ad hanc laudem aspiravit in sua (*Concordia Scientia cum Fide.*) Opus hoc mihi visum est ingeniosum & eruditum sed acerbum perplexumque, imò refertum opinionibus quæ nullâ ratione defendi possunt. Ex *Apologia Cyriacorum*, à Patre Vincentio Barone Dominicano conscriptâ didici opus Romæ censuram esse passum, & autorem fuisse Jesuitam. R. P. Bartholomæus des Bosses qui nunc in Hildesensi societatis JESU Collegio Theologiam profitetur, quique eruditionem non vulgarem cum magna, quam in Philosophia Theologiaque prodit perspicacitate conjunxit, edocuit me, genuinum Bonartis nomen fuisse Thomam Bartonum, eumque à societate digressum in Hyberniam concessisse, ibique post exhibita sinceræ pœnitentiæ indicia diem supremum obiisse. Doleo vicem eruditorum virorum, qui labore studioque suo sibi malum accersunt. Simile quid olim contigit Petro Abaelardo, Gilberto Porretano & Joanni Wicleffo, nostrâque hæc ætate Thomæ Albio Anglo, aliisque nonnullis. Qui in Mysteriorum explanationem plus nimis sese immerfere.

87. Interim tamen S. Augustinus (æquè ac Baylius) non desperat optatam solutionem inveniri in hac vita posse, sed hoc ipsum alicui viro sancto gratiâ prorsus singulari collustrato reservatum esse existimat: *Est aliqua causa fortassis occultior, qua melioribus sanctioribusque reservatur illius (Dei) gratiâ potius quàm meritis illorum* [in Genes. ad literam lib. II. cap. 4.] Lutherus Mysterii Electionis cognitionem Academiæ cælesti reservat (libro de servo arbitrio cap. 174. *Illic (Deus) gratiam & misericordiam spargit in indignos, hic iram & severitatem spargit in immeritos; utrobique nimius & iniquus apud homines, sed justus & verax apud seipsum. Nam quomodo hoc justum sit, ut indignos coronet, incomprehensibile est modo, videbimus autem cum illuc venerimus, ubi jam non credetur, sed revelatâ facie videbitur. Ita quomodo hoc justum sit ut immeritos damnet, incomprehensibile est modo, creditur tamen, donec revelabitur Filius hominis. Sperandum est Clarissimum Baylium lumine illo nunc circumdari quod terris negatum est; cum credibile sit bonam voluntatem ei nequaquam defuisse.*

*Candidus insueti miratur Limen Olympi
Virgilius Sub pedibusque videt nubes & sidera daphnis
----- Illic postquam se lumine vero
Implevit stellasque vagas miratur & astra
Lucanus Fixa polis; vidit quantâ sub nocte jaceret
Nostra dies.*



TENTAMINUM

*De Bonitate Dei, Libertate Hominis &
Origine Mali.*

P A R S P R I M A.

1. **P**ostquam sua Fidei ac Rationi jura dispertiti sumus, & hanc illi ancillari, non repugnare docuimus, videndum est, quomodo in tuendis ac conciliandis iis, quæ tam naturali quàm revelato lumine de Deo ac homine circa malum edocemur jura ipsa exercent. Duas in classes dividi difficultates possunt. Aliæ profluunt ex hominis libertate quæ cum natura divina stare non posse multis videtur; & tamen necessaria censetur libertas ut homo culpæ reus pœnæque dignus possit judicari. Aliæ Deum ipsum spectant, videnturque efficere, quòd Deus ad mali existentiam nimium conferat, etiamsi homo liber esset & ad malum symbolam quoque suam conferret. Hæc porrò agendi Ratio bonitati, sanctitati justitiæque Dei videtur adversari, cum Deus ad malum tam physicum quàm morale concurrat idque moraliter non minus quàm physicè, videanturque mala ipsa in ordine naturæ æquè ac in ordine gratiæ in futura æternaque non minùs, imò magis etiam, quàm in præsentis vita sese prodere.

2. Has ut difficultates exhibeamus summatim, observandum est libertati refragari [in speciem saltem] determinationem sive certitudinem qualemcumque; & tamen commune Philosophorum placitum est, futurorum contingentium veritatem esse determinatam, Divina etiam Præscientia futurum omne certum determinatumque vel efficit vel supponit, at ejus præ-

scien-

scientia præordinatioque, in qua præscientia ipsa fundari videtur, plus adhuc ad rerum necessitatem facit. Non enim Deus hominis instar cum indifferentiâ spectare eventus & iudicium suum suspendere potest, cum nihil nisi dependenter à decretis Ejus & per actionem potentiz ipsius existat. Itaque ut præscientia evincit ita Providentia etiam producit certitudinem & necessitatem. Et seposito etiam concursu Dei, cuncta in rerum serie perfecte colligata sunt, cum nihil evenire possit nisi causa existat aliqua ritè disposita ad effectum producendum; quod non minus locum habet in actionibus voluntariis quàm in aliis quibusvis. Quibus positis, homo ad faciendum bonum malumve quod facit, non minus ex causarum nexu quàm naturâ Divinâ necessitari videtur, & consequenter nec præmium mereri nec pœnam, quod actionum moralitatem destruit, & omni justitiæ divinæ humanæque adversatur.

3. Sed etiamsi homini libertas illa constaret quam sibi damno suo vindicat, adhuc divina agendi ratio reprehensionem non effugeret apud arrogantem mortalium ignorantiam, qui culpam à se totam vel ex parte removere Numinis impendio vellent. Objicitur enim, omnem realitatem, & quidquid actûs substantia dicitur, in peccato ipso opus esse Dei, cum omnes creaturæ, earumque actiones omnes ab ipso habeant quidquid habent reale. Hinc inferunt, Eum non solum physicam sed etiam moralem peccati causam esse, utpote qui agat liberrimè, nihilque sine perfecta rei effectuumque inde oriturorum cognitione faciat. Nec sufficit dicere, Deum impoluisse sibi legem concurrenti cum humanis voluntatibus, sive secundum sententiam communem sive juxta systema causarum occasionalium: nam præterquam quod mirum videatur ipsum sibi talem impoluisse legem,

E 2

cujus

cujus eventum infelicem non ignorabat ; præcipua sanè difficultas in eo vertitur , quòd prava voluntas existere non posse videatur sine concursu , imò nec sine prædeterminatione aliqua ex parte Dei , quâ ad producendum in homine vel alia quacumque rationali creatura volendi actum cooperetur , neque enim actiones malæ minùs quàm aliæ res à Deo pendent. Ex quibus concludere volent , Deum sine discrimine operari omnia , & bonum & malum , nisi cum *Manichæis* dicas duo principia rerum , unum bonum , alterum malum admitti debere. Præterea cùm juxta communem Theologorum , Philosophorumq; sententiam conservatio sit creatio continûa , dicent hominem continuò creari corruptum & peccantem. Adde esse quosdam Cartesianos hodiernos , qui contendunt Deum solum esse agens , cujus tantùm instrumenta purè passiva sint creaturæ. Cui opinioni *Baylius* multum insistit.

4. Verùm licet Deus non nisi generali concursu physico , vel etiam omnino nullo , conferre deberet ad actiones saltem malas , certè ad concursum moralem sive ad imputationem , utque causa moralis illatum efficiatur , satis est absque Ejus permissu contingere nihil. Utque de Angelorum lapsu nihil dicamus , cognoscit quidquid consecuturum est. Si hominem quem creat in his illisve circumstantijs ponat , nec tamen ponere omisit. Exponitur Homo tentationi cui succubiturus scitur , atque ita horribilium malorum infinitorum causa futurus. Novit Deus hoc lapsu totum genus humanum inficiendum & constituendum in quâdam necessitate peccandi , quæ peccatum Originale dicitur , novit mundum hoc pacto mirum in modum perturbandum esse , hâc viâ morti morbisque aperiendum aditum cum sexcentis alijs malis ærumnisque bonos malosque promiscuè discruciaturis

ciataris, novit improbitatem ad eò regnaturam, & virtutem opprimendam in terris, ut mundum providentiâ regi vix appareat. Sed longè adhuc deterior sese facies offeret ubi ad futuram vitam oculos converteris; cùm exiguus duntaxat numerus hominum salvandus sit, alij omnes æternum perituri. Accedit quòd homines isti ad salutem destinati per electionem nulla in ratione fundatam à massa corrupta fuerint liberati; sive dicatur Deus eos eligens ipsorum bonas actiones futuras fidemque aut opera respexisse, sive afferatur bonas illas qualitates actionesque eis ideò fuisse largitus quia ad salutem erant prædestinati. Nam licet in Systemate omnium mitissimo dicatur, Deum omnes homines voluisse salvare, & in alijs etiam Systematis communiter receptis concedatur voluisse Deum ut Filius suus hominum naturam assumeret ad expianda eorundem peccata, ita quicumque Fide vivâ & finali in eum credituri sint, salutem sint consecuturi; semper tamen verum manet, fidem hanc vivam esse Dei donum, nos omnibus bonis operibus esse mortuos, opus esse gratiâ præveniente quæ nostram ad eò excitet voluntatem, Deum denique *dare nobis velle & perficere*. Et sive hoc per gratiam fiat seipâ efficacem, hoc est per motum divinum internum qui voluntatem nostram ad bonum quod ipsa operatur integrè determinet, sive solùm adsit gratia sufficiens quæ tamen effectum habeat, fiatque efficax per circumstantias internas externalque, in quibus Deus hominem constituit. Semper eò recurrendum erit, ut dicatur Deum ultimam esse rationem nostræ salutis, gratiæ, electionis in Christo. Et sive Electio sit causa sive effectus divini propositi dandi Fidem, semper verum erit, Deum largiri fidem vel salutem cui vult, nec apparere rationem

ullam electionis divinæ in exiguum valde numerum hominum denique recidentis.

5. Itaque terribile prorsus iudicium est, quòd cùm Deus pro toto genere humano det Unigenitum suum, sitque salutis hominum unicus Autor & dominus, nihilominus tam paucos salvet, & reliquos omnes Diabolo hosti suo permittat, à quo torqueantur æternùm, & Creatori suo maledicere cogantur, quamvis ad Ejus bonitatem, justitiam cæterasque perfectiones manifestandas conditi sint universi. Et hic eventum tantò majorem terrorem incutit, quòd omnes isti homines non alia de causa sint totà æternitate infelices nisi quia Deus eorum parentes exposuit tentationi, cui esse succubituros nôrat; Unde factum est ut peccatum parentum posteris inhæreat & imputetur, antequam suâ voluntate consensus ei præbere possint, ut hæreditaria illa labe eorum voluntates ad actualia peccata perpetranda determinet, ut innumeri homines, sive pueri sive adulti qui de JESU Christo generis humani Salvatore nihil unquam audierunt, ex hac vita discedant antequàm hæc subsidia sibi è peccati voragine retrahendis necessaria perciperint & ita perpetuè in Deum perduellionis rei in longè horribilissimum miseriarum barathrum præcipientes detrudantur creaturarum omnium nequissimis associati, quamvis damnandi isti reverà peiores alijs non extiterint & aliquando etiam fortè minùs pravi nocentesque fuerint, quàm alijs inter electos recepti & mera ex gratia sine justa causa æternam, quam non meruère felicitatem adepti. En compendium difficultatum quas attigère plurimi, Cl. Baylius omnium maxime nr̄sic exacuitque, uti patebit in decursu cùm verba ejusdem expendemus. Præcipua difficultatum ejus capita me nunc retulisse arbitror, consultò tamen abstinui à locutionibus & exaggerationibus quibusdam

dam quæ offendiculo esse poterant, nec tamen vim objectionibus ullam addidissent.

6. Mutemus nunc scenam, ac quid objectionibus istis responderi possit ostendamus. Qua in re mentem nostram prolixius explicare necesse erit, nam difficultates multæ paucis verbis ingeri possunt; discuti sine copiola oratione non possunt. Scopus noster est è mentibus hominum falsas ideas evellere, quibus Deum sibi fingunt instar supremi Principis despoticè imperantis, nec amore nostro nec imitatione digni. Quæ quidem notiones tantò sunt deteriores, quòd non solum in timore, sed multò maximè in amore Dei super omnia pietatis summa consistat. Amor autem Divinus, qui felicitatem amantium efficit in neminem cadere potest, qui perfectiones amore dignas in Deo non cognoscit. Itaque cum Zelo quopiam qui Ipsi non placere non potest, impelli me sentiam, Deum in consilio ad gloriam suam hominumque utilitatem suscepto, illustrationibus præsidisque suis mihi non defore confido. *Eidentem tam bona causa facit.* Quòd si plausibilia in speciem argumenta contra nos sunt, at pro nobis demonstrationes militant, ausimque adversario cuicumque dicere.

Aspice quàm magis sit nostrum penetrabile telum.

7. Deus est prima Ratio rerum, nam quæ limitatæ sunt (uti sunt eæ omnes quas videmus & experimur) contingentes sunt, nihilque in se habent ob quod earum existentia necessaria sit; constat enim, tempus, spatium & materiam æquabilia & uniformia in se ipsis & ad quidlibet indifferentia, prorsus alios motus aliasque figuras & alio in ordine recipere potuisse. Quærenda igitur est ratio *existentia mundi*, qui est integra rerum contingentium collectio, & quærenda utique est in substantia, quæ ipsa sibi ratio *sue existentia* sit, quæque consequenter necessaria

fit & æterna. Hanc causam esse *intelligentem* oportet, cum enim hic qui existit mundus contingens sit & infiniti alij æquè sint possibili & æquè, ut sic dicam existentiaë candidati quàm præsens, debet mundi causa horum omnium mundorum possibilium rationem sive respectum habuisse, ut scilicet ex illis unum determinaret. Hæc autem ratio, hic respectus substantiaë existentis ad nudas possibilitates nihil aliud esse potest quàm Intellectus ideas earum complectens. Porro aliquam ex illis determinare nil esse potest aliud, quàm actus *voluntatis* eligentis, quam hujus substantiaë *potentia*, reddit efficacem. Potentia verfatatur circa *ens*, sapientia sive intellectus circa *verum* & voluntas circa *bonum*. Hæc causa intelligens debet esse infinita omni ex parte, & absolutè perfecta in potentia, sapientia & bonitate cum tendat in omne possibile; & quia omnia inter se connexa sunt, non nisi unica statuenda est. Intellectus Ejusest origo essentialium, voluntas verò existentiarum. Habes paucis demonstrationem unius Dei, & originis rerum per Ipsum.

8. Jam suprema ista Sapientia bonitati non minùs infinitæ adjuncta non potuit non eligere optimum, nam sicut minus malum est quoddam boni genus, ita minus bonum est species quædam mali si bono majori obicem ponat; essetque in Dei actionibus corrigendum aliquid si melius agendi locus foret. Et sicut in Mathematicis, ubi neque maximum neque minimum, nihil denique distinctum adest, omnia fiunt æqualiter, aut si id non possit, nihil omnino fit; pariter de perfecta sapientia, quæ non minùs quàm mathematicæ disciplinaë certa est, dici potest, quòd nisi inter posibles mundos unus esset optimus, Deus nullum produxisset. *Mundum* verò vocò totam seriem totamque collectionem rerum omnium existentium, ne dicat aliquis mundos plures existe-

existere potuisse diversis temporibus & locis, nam omnes simul pro uno mundo, vel, si mavis, pro uno universo computandi forent. Et quamvis omnia tempora locaque omnia replerentur, verum semper erit ea modis infinitis repleri potuisse, & mundos infinitos esse possibiles. Necessse igitur est optimum à Deo electum fuisse, cum nihil agat ipse nisi secundum normam Supremæ Rationis.

9: Adversarius aliquis huic argumento respondere impotens, respondebit forsitan ejus conclusioni per argumentum contrarium, dicerque mundum sine peccato & ærumnis esse potuisse: at nego hoc pacto mundum futurum fuisse meliorem. Sciendum enim est in quolibet mundo possibili omnia invicem esse connexa. Universum quaecumque oceani adinstar, totum continuum est, & minimus in eo motus effectum suum ad quamcúmque distantiam diffundit, quamvis effectus iste proportionem distantie minùs sensibilis reddatur. Ita ut Deus in eo eligendo simul & semel omnia præordinaverit, cum preces, actiones bonas malasque, reliqua omnia prævidisset. Et res quælibet ante existentiam suam *idealiter* ad susceptum de rerum omnium existentia consilium contulit, ut in Universo non magis quàm numero aliquo mutari quidquam salvâ individualitate suâ numericâ queat. Itaque si vel minimum, quod in mundo contingit, malum deficeret, non amplius idem foret mundus, qui omnibus circumspectis, esse optimus à sapientissimo Creatore qui eum elegit, est judicatus.

10. Equidem possibiles sine peccato ærumnisque mundos imaginari possumus, ex ijsque fabulas Utopys & Sevarambis non dissimiles contexere, Verùm mundi isti aliundè hoc nostro longè inferiores bono forent. Hoc enimverò sigillatim ostendere nequeo,

nam quo pacto infinita cognoscam aut tibi repræsentem ; invicemque conferam ? sed id tu mecum ab effectu judicare debes , quia nempe Deus hunc ipsum mundum qualis est elegit. Cæterum scimus sæpe malum esse causam boni quod sine malo isto non obrigisset. Imò sæpe duo mala bonum ingens procurarunt.

Et si fata volunt, bina venena juvant.

Sic duo liquores corpus aliquando siccum producunt uti in spiritu vini & spiritu urinæ ab Helmontio mixtis videre est. Sic etiam duo corpora frigida & tenebrosa magnum ignem accendunt, uti liquor acidus cum oleo aromatico à Cl. Hoffmanno conjugatus. Error subinde felix ab Exercitûs supremo duce commissus magnam victoriam peperit , & nonne in Vigilia Paschatis Ecclesia Romana canit :

O certè necessarium Ade peccatum

Quod Christi morte deletum est !

ò felix culpa, qua talem ac tantum

Meruit habere Redemptorem !

Istud ò felix culpa , Cajetanus Gregorio (Magno opinor) tribuit.

Fuit autem hæc culpa simul infelix, quod tanta mala invexit, & felix quod tantum bonum elicit, sed nisi prævaluisset bonum malo Deuseam non permisisset.

II. Illustres aliquot Ecclesiæ Gallicanæ Episcopi, qui ad Innocentium XII. Pontificem adversus Cardinalis Sfondrati librum de Prædestinatione scripsere , quia S. Augustini principiis inhærent , nonnulla dixerunt magnæ huic quæstioni illustrandæ perquam idonea. Hic Cardinalis statum infantium sine baptismo mortuorum , ipsi regno cælorum præferre videtur ex hoc capite , quia scilicet peccatum malorum omnium maximum est , infantes autem ab omni peccato actuali puri ex hac vita discessere. De quo

plura

plura inferius. Illustriſſimi Antiltites rectè animad-
vertuat hanc ſententiam eſſe malè fundatam. *Equi-*
dem Apoſtolus, inquit, (ad Rom. 3. v. 8.) *jure*
vetat fieri mala ut eveniant bona : ſed quod Deus
ſupereminenti ſuâ potentiâ ex peccatorum permiſſio-
ne bona ijs quæ ante peccatum contingere, vel quæ
abſque peccato contingiſſent majora eliciat, improba-
ri neutiſquam poteſt. Non quod de peccato lætari de-
beamus, abſit. Sed quia credimus eidem Apoſtolo
dicenti (ad Rom. 5. v. 20.) ubi peccatum abunda-
vit, ſuperabundâſſe gratiam : ac Chriſtum ipſum oc-
caſione peccati nobis obtigiſſe meminimus. Liqueſcit
igitur juxta hos inſignes Eccleſiæ Antiltites, rerum
ſeriem in quam peccatum ingreditur eſſe potuiſſe,
imò reapse fuiſſe meliorem aliâ ſerie peccati experte.

12. Ab omni retro ævo adhibitz ſunt compara-
tiones deſumptæ à ſenſuum voluptatibus cum aliquo
quod dolori affine ſit, mixtis, ut perſuaderetur ſi-
mile quidpiam in voluptatibus intellectualibus evenire.
Plato in Phædone notavit confinium voluptatis
& doloris cum unguibus ſcalpuntur loca in quibus
eſt pruritus ; Modicum acîdum, acre vel amarum
ſepe præ ſaccharo delectat : colores illuſtrantur um-
bris. Imò diſſonantia ſi opportunè uſurpetur, har-
moniam perficit, à ſunambulis lapſabundis terri
volumus, & in Tragædijs moveri ad lachrymas:
Qui nunquam ægrotavit, an bonæ valetudinis præ-
tium ſatis æſtimat, aut tantum Dei beneficium gra-
to, quo deberet, animo agnoſcit ? & nonne modico
plerumque malo opus eſt, ut boni ſenſus acuatur,
hoc eſt ut bonum ipſum augeatur ?

13. At, inquires, mala ſunt ingentia, magno-
que nimis numero ſi cum bonis conferantur, falleris:
incogitantia ſola defectusque attentionis extenuat bo-
na noſtra. Hanc verò intentionem nobis mixtura
aliqua

aliqua malorum conciliare solet. Si plerumque ægrotarem & rarò valerem, ingenti illo bono valetudinis mirum quantum afficeremur, & mala nostra minùs persentisceremus & nonne tamen præstat valere plerumque, ægrotare raro? suppleamus ergo meditatione mentis quod perceptionis deest, ut sanitatis beneficium nobis tantò suavius efficiamus. Credo equidem si vitæ futuræ notiâ careremus, repertum iri paucos, qui imminente jam morte vitam hac lege paciscinon cupiant ut ad æquivalentia præteritis bona malaque dummodo nova fuerint, regrediantur. Variatione contenti foremus, nec meliorem eâ quâ usi sumus ante, conditionem exigeremus.

14. Jam si fragilitatem corporis humani consideremus, Autoris naturæ sapientiam bonitatemque meritò admirabimur, qui illud tam durable, ejusque conditionem adedò tolerabilem effecit. Unde pertæpe dixi, minimè mihi mirum esse, quòd ægrotent interdum homines, mirum potiùs esse quòd tam rarò & non semper ægrotent. Ex quo etiam Divinum animalis Mechanismi artificium tantò pluris à nobis æstimari debet, cujus Autor machinas tam fragiles tamque obnoxias corruptioni, & tamen tam durabiles condidit, nam naturâ potiùs quàm medicamentis sanamur. Hæc autem ipsa fragilitas, naturæ rerum consecraria est, nisi fortè velis hoc creaturæ genus, quod ratione præditum, carne & ossibus amictum est, à mundo abesse. Verùm quid hoc aliud esset, quàm defectus ille quem Philosophi quidam *vacuum formarum* dixère, hoc est vacuum in ordine specierum?

16. Qui ita comparati sunt, ut naturam fortunamque deprædicent magis quàm culpent etiamque utriusque præsidij mediocritèr tantum instructi sint cæteris mihi præferendi videntur: nam præter quàm quòd

sed inanes & injustæ sunt istæ querimonie quid
et aliud est quàm adversus Providentiæ decreta
murmurare. In Republica quacumque, cujus civis
s, malè contentis aggregari non facile oportet; at in
dei Civitate, in qua nemo nisi injustè queri potest,
nullo prorsus pacto. Libri de Misera Humana, cu-
jusmodi est is qui Innocentio Tertio Pontifice Auto-
re extat, utilissimi esse mihi non videntur. Attentione
reminantur mala, quam à malis longè potiora con-
vertere oporteret. Minus adhuc probò libros ei si-
miles quem Abbas Spiritus (Abè Esprit) evulga-
vit de *falsitate virtutum humanarum*, cujus nuper
epitome prodijt. Ejusmodi namque libri eò tendunt
ut in deteriorem partem vertantur, & homines re-
verà tales fiant quales in ijs depinguntur.

16. Fatendum est interim esse in hac vita corrup-
tas & recti ordinis perturbationes quasdam, quæ
resertim in multorum improborum prosperitate, &
multorum bonorum infelicitate elucescunt. Imò
Germanicum quoddam Proverbium improbos præ-
sonis plerumque fortunatos pronunciat:

Je Krümmer Holz / je bessere Krücke

Je ärger Schalk / je grösser Glück. id est:

Aptius est fulcro lignum quod curvum exiit

Nequior & fruitur sorte favente magis.

ut foret optandum ut Horatiani dicti veritatem oculo-
rum nostris cerneremus:

Rarò antecedentem scelestum

Deservit pede pena claudo.

Sæpe tamen etiam, licet non sæpissime

In orbis oculis se probat justum polus.

ut dici cum Claudiano potest.

Abstulit hunc tandem Rufini pena tumultum

Absolvitque Deos.

17. Sed quamvis istud hæc in vita non continge-
ret,

ret, paratum est in altera vita remedium. Religio
imò & Ratio ipsa magistra nos illud edocent, quod
murmurare fas est ob dilationem tantillam quam ho-
minibus ad pœnitentiam bonitas suprema conceden-
dam putavit. Sed hîc alia ex parte recrudescunt ob-
jectiones, cum salus damnatioque sempiterna con-
siderantur. Quia nempe mirum videtur in vastissimo
ipso æternitatis futuræ spatio plus mali fore quàm
boni, idque sub imperio illius qui est ipsissimum
summum bonum: quandoquidem multi vocati sînt;
pauci vero electi vel salvari. Equidem è quibusdam
Prudentij versibus (Hymno ante somnum

Ideim tamen benignus

Utor rependit iram

Paucosque non piorum

Patitur perire in ævum.

Apparet aliquos eâ ætate existimâsse, eorum exitem
fore numerum quorum tanta esset malitia ut dam-
nationem usque devenirent. Et sunt qui putent eo
tempore creditum non paucis fuisse medium quen-
dam locum inter infernum & paradysum, ipsumque
Prudentium etiam alibi non aliter loqui, ac si medio
illo loco contentus foret. Addunt Gregorium Nysses-
num & ipsum S. Hieronymum in opinionem inclinâsse,
quæ Christianos omnes gratiæ denique restitutum
in contendit. Unicum S. Pauli verbum, quod Apo-
stolus ipse mysterio non carere innuit ad Rom. 11.
v. 26. (*omnis Israel salvus fiet*) multis speculatio-
nibus ansam præbuit. Viri quidam cæteroqui pij nec
ineruditi sed audaces nuper opinionem resuscitârunt
Origenis afferentis fore ut bonum denique in omni-
bus & ubique prævaleat, omnesque creaturæ ratione
præditæ, ipsique aded mali Angeli Sanctimoniam &
beatitudinem tandem consequantur. Liber Evangeli-
ij æterni nuper idiomate Germanico à Fæmina vultu
gati

atus, & ingenti, atque erudito volumine sub titulo *καταστάσις πάντων* à Viro defensus non modicus super grandi isto paradoxo turbas excitavit. Cl. nam Clericus Origenistarum causam ingeniosè egit, ac etiam sibi probari non profiteatur.

18. Vir quidam ingeniosus meum Harmoniæ principium promovens ad arbitrarias usque suppositiones quas nullatenus probo, Astronomicam quandam Theologiam sibi fabricavit. Arbitratur ergo præsentem inferioris mundi hujus corruptelam initium habuisse cum Angelus Telluris præses quæ tum adhuc sol aliquis, id est stella fixa & de se luminosa erat, cum minoribus aliquot suæ diœcesis Angelis peccavit, fortassis adversus Angelum solis alterius majoris temerè sese efferendo. Eodem tempore per *Harmoniam præstentam* Regnorum *Natura & Grætiæ* atque ad eò per causas naturales attemperatè convenientes, globum hunc nostrum terraqueum, maculis obtectum, opacum redditum & loco suo depulsum fuisse: unde sidus errans sive planeta evasit, hoc est satelles alterius solis, & quidem illius fortasse ipsius cujus superioritatem agnoscere noluerat globi nostri Angelus: atque in hoc Luciferi lapsum consistere. Posthæc Malorum Angelorum Coryphæum, qui in scripturis Princeps, imò Deus hujus mundi nuncupatur cum Angelis sequacibus invidentem animali isti rationali quod globi hujus superficiem incolit, & ad reparandam istorum ruinam à Deo fortasse suscitatum est, id nunc agereut in ejusdem secum criminis & pœnæ consortium homines pertrahat. Supervenit hisce Christus ad salvandos homines missus. Hic est æternus Dei Filius, in quantum filius unicus est, sed (si veteres nonnullos, & hunc nostrum Hypothesis præsentis autorem audimus) cum à rerum primordio naturam creaturam omnium nobi-

nobilissimam induisset ut omnes naturas perficeret
 creaturis sese sociavit ; & hæc est nonnullis filiatio
 cunda , per quam primogenitus omnis creaturæ
 ctus est , qui Adam Cadmon Cabalisticis audit.
 fortasse in sole illo magno qui nos collustrat , posu-
 rat ille tabernaculum suum : sed tandem in hunc glo-
 bum nostrum devenit , in eo natus est è Virgine , na-
 turâ humanâ assumptâ ut homines è communis hostis
 manibus eriperet. Cùmque judicij tempus instabit
 cùm globi nostri facies jamjam peritura est redibit ad
 nos aspectabilis ut bonos eripiat , in solem fortasse
 transplantandos , pravos autem cum dæmonibus , à
 quibus seducti sunt , puniat. Tum enim verò Tertius
 globus deflagrare incipiet , & fortassis erit Cometa.
 Incendium istud nescio quot æonas durabit , & co-
 metæ hujus caudam designat fumus qui secundum
 Apocalypsin ascendet in sæcula sæculorum. Hæc de-
 flagratio erit infernus sive mors secunda de qua scrip-
 tura loquitur. Sed denique dabit infernus mortuos
 suos , mors ipsa destruetur , Ratio & Pax in menti-
 bus ante perverfis regnare incipient , culpam hæc su-
 am agnoscent , conditorem suum adorabunt , imò
 amare incipient eò magis , quòd abyssi e qua egressæ
 sunt magnitudinem agnoscent. Eodem tempore (vi
 parallelismi Harmonici regnorum Naturæ & Gratiz)
 ingens & diuturnum hoc incendium maculis suis Ter-
 ræ globum expurgârit. Terra rursus fiet Sol : Ange-
 lus Terræ præfectus cum Angelis sectatoribus locum
 suum resumet & cum illis damnati homines in bono-
 rum Angelorum numerum venient. Ille globi nostri
 præses Messæ creaturarum omnium capiti se submit-
 tet restitutive major erit gloria quam fuerat non-
 dum lapsi :

*Inque Deos iterum factorum lege receptus
 Aureus æternum noster regnabit Apello.*

hanc hanc hoc lepidum mihi visum est & Origenistam
gnum, sed nos talibus hypothefibus aut commen-
s minimè indigemus, in quibus ingenij potiores
nt partes quàm Revelationis; imò ubi nec Rationi
si usquequaque fit satis, neque enim apparet esse
i universo nobis noto locum aliquem præcipuum,
ui præ cæteris mereatur esse sedes Primogeniti crea-
urarum. Saltem sol nostri Systematis talis esse non
idetur.

19. Itaque si doctrinæ receptæ stemus, quòd nu-
merus hominum damnatorum longè major sit nu-
nero salvandorum, nihilominus dicendum erit, ma-
tum comparatum bono adhuc pro nihilo haberi po-
sse si vera Civitatis Dei magnitudo perpendatur.
Cælius Secundus Curio libellum composuit de Ampli-
tudine Regni Cælestis recenter recusum, sed à com-
prehendenda regni cælorum vastitate nimiùm quan-
tum abstuit. Antiqui etiam exiles sanè Divinorum
operum ideas habebant & ipse Augustinus, Vir non
minùs doctus quàm Sanctus, notitiarum tamen nu-
perarum penurià in excusanda mali abundantia mag-
nopere laborabat. Veteribus sola terra nostra habitati-
videbatur, in qua ipsa adedò Antipodas admittere
verebantur: quod in mundo reliquum est, fulgentes
quidam globi ipsis erant & sphæræ aliquot Chrystal-
linæ. Hodie verò quicumque statuuntur vel non sta-
uantur universo limites, innumeros in eo globos
nostro æquales aut majores esse agnoscendum est,
qui æquale jus habeant incolas habendi rationales,
quavis homines esse necesse non sit. Globus noster
nil nisi planeta est, sive unus è sex primarijs solis
nostri satellitibus. Et quoniam stellæ fixæ omnes eti-
am soles sunt, inde liquet quàm pusilla sit terra no-
stra globis visibilibus cæteris plerisque comparata,
cum nihil sit nisi unus ex illis appendix. Fieri potest

ut soles omnes a solis creaturis beatis incolantur: nec quidquam cogit nos credere multas esse damnatas, nam pauca exempla sive specimina sufficiunt ad utilitatem quam bonum elicit è malo. Præterea, cum ratio nulla nobis suadeat ubique stellas esse, nonne magnum Spatium esse potest trans regionem stellarum? sive hoc sit Cælum Empyreum sive aliud nescio quid, certè immensum est, quando totam regionem aspectabilem ambit, felicitate gloriâque referum esse poterit, oceanique ad instar haberi, ad quem omnium beatarum creaturarum flumina revertantur, ubi in Sidereo Systemate ad perfectionem suam pervenerint. Quantilla jam globi nostri ejusque incolarum æstimatio fiet? an non longè minor habebitur puncto physico, cum terra nostra vel ad distantiam quarundam fixarum instar puncti se habeat. Itaque cum magnitudo portionis Universi nobis propiùs cogniti in nihilum ferè abeat si cum eo quod nobis ignotum est, quodque ratio nos jubet admittere, conferatur; cumque mala, quæ nobis objici possunt, in hoc quasi nihilo concludantur univèrsa, fieri potest ut mala omnia nihil aliud sint quàm nihilum quoddam comparatione bonorum omnium quæ continentur univèrso.

20. Sed satisfaciendum est etiam difficultatibus magis speculativis, magisque metaphysicis quarum meminimus, quæque ipsam mali causam spectant. Ante omnia quæritur, unde oriatur malum? si Deus est, unde malum? si non est, unde bonum? Mali causam Veteres adscribebant materiæ, quam increatam, & à Deo independentem censebant; Nos verò qui ens omne ab Ente supremo derivamus, unde mali originem accersimus? Respondetur eam quærendam esse in ideali naturâ creaturæ, veritatibus æternis divino intellectui in hærentibus comprehensâ,

nec à Dei voluntate dependente. Considerandum enim est, esse in creatura imperfectionem quandam originalem ante peccatum, quia creatura essentialiter est limitata; ex quo fit eam non posse omnia scire, posse falli, aliaque errata admittere. Plato in Timæo dixit mundum habuisse originem ab Intellectu cum Necessitate conjuncto. Alij Deum & Naturam copulârunt, quibus dictis sensus tribui commodus potest. Deus erit Intellectus; Necessitas verò id est essentialis Natura rerum erit objectum intellectûs, in quantum hoc in veritatibus æternis consistit. Sed objectum hoc internum est cogitanti & in intellectu Divino hospitatur. Hic residet non solum forma primitiva boni sed etiam ipsa origo mali. Hæc est *Veritatum æternarum Regio* quæ in materiæ locum substituenda est, quando de origine rerum pervestiganda agitur. In hac regione est *Idealis causa* (ut ita loquar) mali æquè ac boni: quanquam propriè loquendo ipsum formale mali causam *efficientem* non habet, est enim in privatione situm, uti mox videbimus, hoc est in eo quod causa efficiens non facit: quare scholastici causam mali vocare solent *deficientem*.

21. Malum tripliciter sumi potest, Metaphysicè, physicè & moraliter. *Malum Metaphysicum* consistit in nuda imperfectione, *Malum Physicum* in perpeffione, & *Malum Morale* in peccato. Quamvis autem malum physicum malumque morale necessaria non sint, sufficit hæc ipsa vi veritatum æternarum esse possibilia. Et quia immensa ista veritatum *Regio* possibilitates omnes complectitur, hinc infinitos mundos esse possibiles oportet, & malum plurimorum ex illis constitutionem ingredi, imò mundorum omnium optimum mali aliquid includere necessè fuit. Et hoc est quod Deum ad permittendum malum perpulit.

22. At dicet aliquis: cum Deum *permittere* ais? nonne ipse malum facit & malum vult? Hic explicandum est, quid sit *permissio* ut palam fiat hanc vocem non sine ratione usurpari. Verum explicanda prius est natura voluntatis, quæ suos habet gradus. Et quidem sensu generali dici potest voluntatem consistere in inclinatione faciendi aliquid secundum mensuram boni quam continet. Hæc voluntas vocatur antecedens quando ab aliis avulsa est & singula bona separatim respicit in quantum bona sunt hoc sensu dici potest Deum tendere ad omne bonum in quantum bonum, ad *perfectiorem simpliciter simplicem* ut scholasticè loquar, idque voluntate antecedente. Habet Deus inclinationem seriam ad sanctificandum & salvandum omnes homines, ad excludendum peccatum, & ad impediendam damnationem. Quin etiam potest hæc voluntas dici per se efficax, hoc est ex qua effectus sequeretur, nisi alia quæpiam ratio fortior obstaret: hæc enim voluntas ad summum conatum non progreditur, alioqui semper effectum suum plenum produceret cum Deus omnium Dominus & omnipotens sit. Eventus igitur integer & infallibilis pertinet ad solam *voluntatem consequentem*, uti vocant. Hæc enim verò plena est, in eaque locum habet axioma: *qui potest, & vult, ille facit*. Hæc porro voluntas consequens finalis & decretoria ex omnium voluntatum antecedentium conflictu resultat, tam earum quæ tendunt ad bonum quam earum quæ malum propulsant: & ex omnium harum partiarum voluntatum concursu voluntas totalis oritur, non aliter atque in mechanicis motus compositus resultat ex omnibus tendentijs concurrentibus in eodem mobili, & æqualiter cuilibet satisfacit quantum simul fieri potest. Et perinde est ac si mobile sese inter tendentias istas disperiretur juxta leges olim à me demonstratas

onstratas in diario quodam Parisiensi (7. Sept. 1693) ubi dedit regulam generalem compositionum moris, & hoc etiam sensu dici potest voluntatem antecedentem esse quodammodo efficacem imò effectivam sed cum modificatione.

23. Hinc consequitur, Deum velle *antecedenter* bonum, & *consequenter* optimum; non absolute velle malum physicum, nullo modo velle malum morale. Hinc non datur absoluta prædestinatio ad damnationem, nec ulla prorsus ad peccandum, Dicitur potest, Deum velle malum physicum uti pœnam culpæ debitam, & sæpe etiam aliàs uti medium idoneum ad finem aliquem superiorem, hoc est vel ad impedienda majora mala, vel ad obtinenda majora bona. Pœna etiam prodest ad emendationem & ad exemplum, & malum sæpe utile est ad melius percipiendum bonum, aliquando etiam juvat ad majorem perfectionem ejus qui patitur, uti granum quod erituri mori quodammodo debet ut germinet, quâ leganti comparatione usus est ipse Christus.

24. Quod peccatum sive malum morale spectat, quamvis etiam sæpe accidat ut possit instar medij esse ad obtinendum bonum aliquod, vel ad impediendum aliud malum, non ideo tamen Divinæ voluntatis objectum sufficiens evadit, aut objectum legitimæ voluntatis ullius creatæ, nec debet admitti sive permitti nisi in quantum id ex obligatione inevitabili manifestè consequitur, ita ut qui peccatum alienum permittere nollit, ipsemet in se, aliosve peccaret: eluti si Tribunus aliquis cujus custodiæ statio quædam gravis momenti commissa esset, hanc stationem desereret, præsertim tempore periculi, ut duorum civitate militum præsidiariorum in mutuam cædem ventium rixam compesceret.

25. Regula quæ docet : non esse facienda mala ut eveniant bona , quæque vetat permitti malum aliquod morale ad obtinendum bonum aliquod physicum, confirmatur hîc potius quàm violatur , ejusque origo & sensus ostenditur. Nemo non improbavit Regnam aliquam , ut Reipublicæ consulat , flagitium committere vel etiam permittere. Flagitium certum, Reipublicæ malum anceps : præterquam quòd hic crimina rata habendi modus si reciperetur , ipsa Regni alicujus eversione deterior foret , quæ absque eo satis contingit & fortasse magis crebriusque contingeret initis talibus ad impediendum vijs. Sed respectio Dei nihil dubium , nihil *Regula optimi contrarium* esse potest , quæ nullam exceptionem dispensationemve patitur. Et hoc sensu Deus peccatum permittit. nam ei, quod sibi, quod Sapientiæ, bonitati perfectionique suæ debet, deesset ipse, si consecrariam illam omnium ad bonum tendentiarum summam non proficeretur, nec eligeret quod absolutè optimum est, nihil obstante malo culpæ quod per supremam veritatum æternarum necessitatem optimo involutum esse reperitur. Ex quo concludendum est, Deum *antecedenter* velle omne bonum in se , velle *consequenter* optimum tanquam finem, velle id quod indifferens est, & malum physicum interdum tanquam medium, sed velle duntaxat permittere malum morale, tanquam conditionem sine qua non obtineretur optimum, ita ut peccatum non nisi titulo necessitatis hypotheticæ malum cum optimo connectentis admittatur. quapropter Voluntas Dei consequens quæ pro objecto habet peccatum, est tantum permissiva.

26. Juvat præterea considerare quòd malum morale ideo tam ingens malum sit, quia fons est malorum physicorum in creatura potentissima & ad malum physicum inducendum maximè idonea scaturiens.

Prava enim voluntas est sphaera in sua, quod malum Manichæorum principium foret in universo. Et Ratio quæ est divinitatis imago, pravis mentibus multas ad plurima mala perpetranda vias suppeditat. Unicus Caligula vel Nero aliquis plurimum malorum autores fuere, quàm ullus terræ motus. Homo pravus aliorum cruciatu excidioque delectatur, nec desunt occasiones. At verò Deus, cùm ad producendum quàm potest plurimum boni inclinetur & omnem ad id necessariam sapientiam potentiamque habeat, impossibile est in eo defectum, culpam aut peccatum esse, dumque peccatum permittit, sapientia est, virtus est.

27. Et verò indubitatum est abstinendum esse ab impediendo peccato alieno, quando illud sine peccato proprio impedire non possumus. Sed opponet fortasse quispiam non agi amplius hoc loco de peccato alieno permit tendo sed reverà Deum ipsam esse qui agat & faciat quidquid in creaturæ peccato reale est. Hæc objectio nos ad expendendum Dei cum creatura concursum physicum invitat expenso concursu morali qui plus negotij facebat. Nonnulli cum celebri Durando à S. Portiano & Cardinali Aureolo celebri item Theologiæ Scholasticæ Doctore censuerunt concursum physicum Dei cum creatura duntaxat esse generalem & mediatum, Deum condere creaturas, iisque virtutem necessariam indere, tum deinde sinere easdem agere, nec in actionibus suis juvare, sed tantùm conservare: Hæc opinio à plerisque Theologis Scholasticis refutata fuit, & jam olim in Pelagio improbatam fuisse apparet. Interim Capucinus quidam Ludovicus Pereir à Dola circa annum 1630 iusto volumine eandem resuscitare aggressus erat, saltem quoad actus liberos. In quam etiam Recentiores nonnulli propendent & CL. Bernenus Gassendo addictus

in libello quodam de libero & voluntario eandem propugnat. Verum dici non potest quid sit in Deo conservare nisi in sententiam communem recidatur. Considerandum etiam est actionem Dei conservantis debere referri ad id quod conservatur quale ipsum est & secundum statum in quo est, atque ita non potest esse concursus generalis & indeterminatus. Generalitates istæ sunt abstractiones animæ quæ à parte rei non reperiuntur, & conservatio hominis stantis diversa est à conservatione hominis sedentis. Id autem non esset si conservatio sita esset in actu solo impediendi aut removendi causam extraneam destructricem, uti sæpe contingit cum homines aliquid conservant. Verum præterquam quod nos ipsi interdum id quod conservamus non tantum ab externa injuria tueri sed & fovere ac nutrire debemus; sciendum est, Dei conservationem sitam esse in fluxu immediato perpetuo quem dependentia creaturarum exigit. Hæc porro dependentia non solum in substantia locum habet sed etiam in actione, nec res fortasse melius explicari posset quam dicendo cum communi Theologorum & Philosophorum Schola esse creationem continuatam.

28. *Objicietur:* Deus igitur creat nunc hominem peccantem, quem ab initio creaverat innocentem. Sed hinc dicendum, quantum ad moralem concursum pertinet, quod Deus cum sit summè sapiens, non possit non observare certas quasdam leges aut non agere secundum regulas tam physicas quam morales, quas sapientia eum eligere fecit, eademque ratio quæ fecit ut crearet hominem innocentem sed lapsurum fecit ut re-crearet labentem, cum Ejus scientia faciat ut futurum habeat instar præsentis, nec probata semel consilia repudiare possit.

29. *Quod verò concursum physicum atinet,*

con-

consideranda hęc est doctrina illa quę jam in scholis tantopere perstrepuerit, postquam à S. Augustino in-
veſta aut illustrata est: malum videlicet eſſe privatio-
nem entis; cum econtra actio Dei ad positivam enti-
tatem terminetur. Responsio iſta difficultatis tantum
effugium inane, figmentumque chimæricum à mul-
tis exiſtimatur; ſed exemplum ſic ſatis ſimile adduco
quod eos ab errore revocare poterit.

30. Celebris ille Keplerus, & poſt illum Cartesius
(in Epistolis) locuti ſunt de inertia naturali corpo-
rum: ejus autem, ſi propius inſpicias, talis eſſe na-
tura reperitur, ut tanquam perfecta imago imò tan-
quam ſpecimen aliquod originalis creaturarum limi-
tationis, naſcentiſque inde imperfectionis ulterio-
ris conſiderari poſſit; Nec quidquam facile occurret,
unde aptius intelligatur, quanam ratione in privatio-
ne conſiſtat forma ipſius imperfectionis & incommo-
dorum in ſubſtantia æquè ac ejus actionibus ex ea pro-
venientium. Ponamus eodem flumine pronò deſcendi
plures naves onere ſolo inter ſe diverſas, alias ligno,
alias alijs rebus plus minusve oneratas. Hoc poſito
ſiet ut naves oneratiores lentius procedant, modo
remis vel alià quacumque ratione non juvari ponan-
tur, Hujus autem retardationis cauſa propriè non eſt
gravitas, cum naves utique deſcendant, non aſcen-
dant, adeoque nihil agant quod gravitati obſtet. Sed
eadem hęc cauſa eſt quę ipſius gravitatis ſpecificę ma-
joris in corporibus magis denſis hoc eſt minus ſpon-
gioſis, & plus materię ſibi proprię, adedque plus
inertię habentibus: nam materia quę poros trans-
fluit, cum eundem motum non recipiat, propria
corpori non eſt, nec in computum venire debet. Cau-
ſa autem illa communis non alia eſt quàm inertia ma-
terię. quę facit ut materia indole ſua nativa ad tardi-
tatem ſive velocitatem ſive privationem velocitatis

inclinat. Quamquam enim eam quam semel recepit celeritatem per se diminuere non possit (hoc enim esset agere, sive vim activam exercere, quod materia per se non potest) resistit tamen celeritati adhuc imprimendæ & receptivitate sua impressionis effectum temperat quando illam receptura est: ita ut cæteris paribus gravius, vel (ut generalius dicam) materia magis abundans ab eadem vi velocitatem accipiat minorem, & consequenter cum plus materiæ per eandem virtutem fluminis moveatur, quando navis onustior est, eam lentius procedere necesse est. Quanquam vicissim verum sit, ubi semel superata est inertia, motusque materiæ impressus, vim tantò majorem esse eadem velocitate positâ, quantò materia est major. sed & experimenta collisionis corporum juncta rationi ostendunt adhibendam esse vim duplo majorem, ad dandam eandem velocitatem corpori ex eadem materia duplo majori quod necesse non esset, si materia esset prorsus indifferens ad quietem & motum, inertiamque naturalem, quam diximus, non haberet, quæ illam quodammodo motui repugnare facit. Conferamus nunc vim quam fluvius in naves exercet eisque communicat, cum actione Dei producente & conservante quidquid in creaturis est positivi, & largiente ijs essentiam, perfectionem & virtutem. Conferamus insuper inertiam materiæ cum imperfectione naturali creaturarum; & tarditatem navis onustæ cum defectu in qualitatibus & actione creaturæ reperto, & comperiemus nihil hæc esse comparatione concinnius. Fluvius est causa motûs navis, sed non est retardationis; Deus est causa perfectionis in natura, inque actionibus creaturæ sed limitatio receptivitatis creaturæ est causa defectuum qui sunt in ejusdem actione. Sic Platonici, S. Augustinus, & Scholastici meritò dixere Deum esse causam ejus, quod

quod est materiale mali consistens in positivo, sed non ejus quod formale est, quodque in privatione est, uti flumen dici potest causa retardationis secundum formale, id est causa est velocitatis navis quantumcumque aut quantulacumque est, sed non est causa limitationis in hac velocitate, quia per flumen non stetit quo minus ea major esset. Nec Deus magis est peccati causa quam flumen retardationis. Vis etiam ad materiam se habet, sicut Spiritus ad carnem; Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, & spiritus agunt *quantum non noxia corpora tardant.*

31. Itaque quæ est ratio inter actionem fluminis & navis, est etiam inter Dei actionem & creaturæ cum actio creaturæ à passione ejus & receptivitate gradu limitetur. Creatura enim in cursu rerum ordinario ab actione Dei non perficitur nisi pro modulo suæ *receptivitatis* uti vocant. Dumque dicitur, Creaturam pendere à Deo secundum esse & operari, imò conservationem esse creationem continuam, intelligendum est, Deum creaturæ semper dare & continuo in ea producere quidquid inest positivum, bonum atque perfectum. Omne donum perfectum est à Patre luminum; contra imperfectiones defectusque operationum proveniunt ab originali limitatione, quam creatura non potuit non accipere à primo suæ existentiæ exordio per rationes ideales quibus ipsa terminatur, neque enim ei Deus omnia largiri poterat, quin illum faceret Deum. Oportebat ergo diversos esse in perfectione rerum gradus, omnigenasque limitationes.

32. Hæc consideratio proderit etiam ut satisficiamus nonnullis Philosophis Recentioribus, qui dicere non dubitant Deum solum agere. Sanè Dei solius actio pura est ab omni mixtura passionis, sed id non obstat quominus etiam creatura sit particeps

actionis, cum actio creaturæ sit modificatio substantiæ ejus ex ipsa naturaliter fluens & variationem includens non solum in perfectionibus quas Deus cum creatura communicavit, sed etiam in limitationibus quas ea se ipsa induit, ut sit id quod est. Unde etiam liquet substantiam à suis modificationibus sive accidentibus distingui realiter, contra quam sentiunt Recentiores quidam & nominatim defunctus Buckinghamiæ Dux qui de hoc egit in dissertatiuncula de Religione naturali, nuper recusâ. Malum itaque est sicut tenebræ, nec solum ignorantia, sed etiam error & malitia in quâdam privatione consistunt. Exemplum erroris sit illud quo supra usi sumus; video Turrim, quæ rotunda mihi apparet eminus, quamvis sit quadrata. Cogitatio quod turris talis sit qualis apparet, naturaliter fluit ex illo quod video. Si in hac cogitatione sistam, sit affirmatio & judicium falsum, sed si examen prosequar, si qua mentis attentio moveat me specie decipi, errorem vitari. Sistere alicubi nec ulterius progredi, vel observationem aliquam non advertere aut negligere, privationes sunt.

33. Idem est de malitia, sive mala voluntate. Voluntas tendit ad bonum universale, ferri debet in perfectionem quæ nobis congruit, & suprema perfectio in Deo est. Voluptates omnes aliquem perfectionis sensum in se ipsis habent, sed ubi in sensuum voluptate vel alia quacumque sistimus cum dispendio majoris boni, puta valetudinis, virtutis, unionis cum Deo, felicitatis, in hac ipsa privatione tendentiæ ulterioris noster defectus consistit. Perfectio generatim est positiva quædam & absoluta realitas, defectus autem privativus est, à limitatione ortum habens, & tendens ad novas privationes. Itaque non minus verum quam vetus verbum est: *Bonum ex causa integra, malum ex quolibet defectu*; uti & illud quod

jam

jā attigimus: *malum causam habet, non efficientem, sed deficientem*, quorum axiomatum sententiam ex jam dictis melius intellectum iri confido.

34. Porro Physicus Dei & creaturarum cum voluntate concursus, suam etiam in negotio salutis affert difficultatem. Equidem censeo voluntatem nostram, non solum à coactione sed etiam à necessitate immunem esse, dudum notavit Aristoteles in libertate duas esse, scilicet spontaneitatem, & electionem, & in hoc situm est nostrum in actiones nostras imperium. Cum agimus liberè, sponte agimus, nullaque vi physicā in ipsam actionem impellimur, uti quidem fieret si quis nos in præcipitium ageret, vel arreptā manu nostrā alium trucidaret. Nec minus cum voluntariè agimus, etiam mentem liberam habemus, ut deliberare & deinde eligere possimus; quod contrā foret, si quis per propinatum pharmacum vim nobis eriperet judicandi. Nimirum plus est in libertate quā in contingentiā & in innumeris naturæ operationibus contingentiā locum habet sed ad libertatem judicandi facultas requiritur, & ubi judicium deest agenti, deest etiam libertas. Sed tamen vicissim iudicio spontaneus agendi conatus accedere debet; & si iudicium haberemus absque ulla ad agendum inclinatione, ullove conatu, mens nostra foret intellectus sine voluntate.

35. Non tamen putandum libertatem nostram in indeterminatione, aut *indifferentiā* quadam *æquilibrium* sitam esse; quasi æqualiter in utramque partem contradictionis aut contrarietatis propendere oporteret, cum plura nobis eligenda proponuntur. Hoc æquilibrium usquequaque impossibile est. nam si æqualiter propenderemus in tria eligibilia, A, B & C, non possemus æqualiter propendere in A & non A. Hoc æquilibrium etiam profus adversatur experientiæ, & ubi nostra intus scrutabimur attentius, serper

semper aliquam causam sive rationem fuisse deprehendemus, quæ nos in eam quam amplexi sumus partem inclinavit, quamvis frequenter id, quod nos movet, non percipiamus; prorsus sicut vix percipimus, quare portâ aliquâ egredientes pedem dextrum sinistro, vel sinistram dextro præposuerimus.

36. His ita explicatis veniamus ad difficultates libertati objectas. Inter Philosophos hodie convenit, veritatem futurorum contingentium esse determinatam, hoc est futura contingentia esse futura sive fore, esse eventura. Tam enim certum est futurum fore quam præteritum fuisse. Sanè centum ante annos verum erat me hodie scripturum, sicut post centum annos verum erit me hodie scripsisse. Itaque contingens ex eo quod futurum sit, non ideo minus contingens est, nec *determinatio* quæ si cognita foret, *certitudo* vocaretur cum contingentia pugnat. Et si autem hoc modo differat certum & determinatum, sæpe tamen pro eodem sumitur, quia veritas quæ determinata est, saltem cognosci potest, ita ut *determinatio* dici possit esse certitudo aliqua objectiva.

37. Porro hæc quidem determinatio quæ ex ipsa veritatis natura oritur libertati nocere non potest. Sed sunt aliæ præterea determinationes quæ aliunde desumuntur, plusque difficultatis vehunt, & primò quidem Dei præscientiam plures libertati contrariam censuerunt. Dicunt enim id quod prævisum est, non posse non existere suo tempore, & verum dicunt sed non inde sequitur id esse necessarium absolutè. Nam *veritas necessaria* nempe absoluta est ea cujus contrarium impossibile est, aut contradictionem implicat. Jam verò hæc veritas, cras scribam, non est huiusmodi, ergo non est necessaria absolutè. At posito quòd Deus eam præviderit, necesse est ut contingat, id est *consequentia est necessaria ut existat quod prævisum*

visum

visum est, quia Deus falli nequit; & hæc *necessitas hypothetica* dicitur, fundata scilicet in hypothesis seu suppositione præcedentis, unde sequitur eventus. Verum de hac necessitate non agimus hoc loco. nempe *absolutâ necessitate* opus est ut dici possit actionem esse necessariam, non contingentem, non esse effectum liberæ electionis. Et aliunde primum est judicare præscientiam ex scripta futurorum contingentium determinationi nihil addere, nisi quod determinatio ista cognoscatur, quod determinationem ipsam sive *futuretionem* eventuum istorum, jam dudum admissam, minimè auget.

38. Atque hæc responsio sine dubio objectioni à prævisione sumptæ optimè satisficit. Nam in confesso est, præscientiam seipsâ non reddere veritatem magis determinatam, prævidetur quia determinata est, quia vera est, sed vera non est, quia prævidetur: & in hoc articulo cognitio futuri nihil habet, quod etiam non sit in cognitione præteriti vel præsentis. Sed replicare tamen poterit adversarius aliquis hoc modo: concedo præscientiam seipsâ non reddere veritatem magis determinatam, sed hoc efficit causa fundamentumve præscientiæ, nam etiam Dei præscientiam in natura rerum esse fundatam oportet; hoc verò fundamentum cum veritatem *prædeterminatam* faciat, impediet, quo minus veritas contingens & liberæ cense-ri possit.

39. Hæc difficultas duas opiniones peperit, alteram Prædeterminantium, alteram patronorum Scientiæ mediæ. Dominicani & Augustiniani stant pro prædeterminatione; Franciscani & Jesuitæ hodie scientiæ mediæ potius favent. Hæc duæ opiniones contrariæ circa medium decimum sextum sæculum, & paulò post coortæ sunt. Molina ipse [qui fortasse cum Fonseca inter primos hoc argumentum in Systema rede-

96 PARS PRIMA, *De Bonitate Dei,*
redegit, & à quo alij Molinistarum nomen accepère] in libro concordie Liberi Arbitrii cum Gratia, circa annum 1670. à se edito dicit Doctores Hispanos [intelligit præcipuè Thomistas] qui à viginti annis scripserant aliam rationem non reperientes explicandi quo pacto Deus futurorum contingentium scientiam certam habere posset, prædeterminationes, tanquam ad actus liberos necessarias introduxisse.

40. Ipse Molina aliam se viam invenisse putavit. Tria scientiæ divinæ objecta considerat, nimirum possibilis, eventus actuales, & eventus conditionales, qui exituri forent si certa quædam conditio in actum redigeretur. Scientia possibilitatum ea est quam *scientiam simplicis intelligentiæ* vocant. Scientia verò quæ versatur, circa eventus in serie universi actu contingentes, vocatur *scientia visionis*. Et quia medium quoddam datur inter simpliciter possibile & eventum actuale purum atque absolutum, quod medium est eventus conditionatus, dici etiam poterit secundum Molinam, aliquam esse *scientiam mediam* inter eam quæ visionis est, & alteram quæ est simplicis intelligentiæ. Cujus celebre adducitur exemplum Davidis Deum consulentis, an habitatores urbis Ceilæ, cui se includere decreverat; Sauli eum tradituri forent si Saul urbem obsessurus veniret? Respondit Deus, tradituros, quo audito David alia consilia iniit. Porro quidam scientiæ mediæ defensores considerant, quod Deus prævidens quid homines liberè acturi forent si in his vel illis circumstantiis ponerentur sciensque eos libero suo arbitrio malè usuros, statuerit negare gratias & circumstantias favorabiles, quod quidem justè statuere potest, cum circumstantia ista, auxiliæque illa nihil ipsis profutura fuissent. Sed alij factis habent in illa scientia generatim invenire rationem Divinorum decretorum fundatam in eo quod crea-

tura

pra libera his vel illis circumstantijs actura foret.

41. Hanc controversiam sigillatim expendere non aebet, satis est mihi specimen ejus aliquod proferre. Veteres quidam quos S. Augustinus primique ejus discipuli non probabant, videntur interdum à Molinæ cogitatione non multum abfuisse. Thomistæ, & qui se Augustini discipulos (sed adversarij Jansenistas) vocant hanc doctrinam & philosophicis & Theologicis oppugnant argumentis. Aliqui contendunt scientiam mediam, intra scientiam simplicis intelligentiæ comprehendi debere. Sed præcipua objectio fundamentum hujus scientiæ imperit, nam quæritur, quodnam Deus habere possit fundamentum videndi quid Ceilitæ sint acturi? nudus aliquis actus contingens & liber in se nihil habet, quod certitudinis principium suppeditare possit, nisi spectetur tanquam prædeterminatus per decreta divina & causas ab illis decretis dependentes, igitur difficultas quæ in actibus liberis conditionalibus; Nempe Deus illos nisi sub conditione causarum & decretorum quæ sunt primæ rerum causæ, non cognoscer, nec poterunt ab his causis ita avelli, ut independenter à causarum istarum notitia cognoscatur eventus contingens. Totum igitur ad decretorum Dei prædeterminationem reducendum erit. Ergo (inquier) scientia ista media nulli incommodo mædebitur. Theologi qui Augustinum equi se profitentur, contendunt etiam ex Molinistarum sententia effici, quod Dei gratia à bonis hominis qualitatibus originem habeat; hoc vero & divino honori & Pauli Apostoli doctrinæ adversari judicant.

42. Longum foret atque tædiosum argumenta utrimque adduci solita hîc recensere. Mihi sufficiet explicare quo pacto utrimque aliquid esse veri incipiam. Hunc in finem venio ad principium novum de infinitis mundis possibilibus repræsentatis

in regione veritatum æternarum, hoc est in objecto divinæ intelligentiæ, sub quo omnia futura conditionata comprehendendi necesse est. Nam casus obsidionis Ceilanæ, pars est mundi possibilis, *qui à nostro duntaxat differt in ijs que cum ista hypothefi connexa sunt.* Et possibilis istius mundi idea repræsentat, quid eo casu futurum fuisset: Habemus ergo principium certæ futurorum contingentium scientiæ sive hæc actu & absolutè eveniant, sive certa sub conditione eventura essent. Nam in regione possibilium repræsentantur, uti sunt, hoc est tanquam contingentia libera. Igitur nec futurorum contingentium præscientia, neque certitudinis ejusdem præscientiæ fundamentum nobis negotium faceffere debet, aut libertati præjudicare potest. Et quamvis verum ac possibile foret, futura contingentia in liberis creaturarum rationalium actibus sita nullatenus à decretis Dei, causisque suis externis dependere, non deforet tamen modus ea prævidendi. Deus enim ea videret qualia sunt in regione possibilium, antequam eorum existentiam decerneret.

43. Verum enimverò, quemadmodum jam dictum est, tamen si præscientia Dei cum actionum liberarum dependentia vel independentia commune nihil habeat, non tamen idem valet de præordinatione Dei, de decretis Ejus, deque serie causarum, quas ad voluntatis determinationem aliquid conferre censeo. Et quamvis Molinistis, quod ad primum caput pertinet consentiam, prædeterminantibus tamen assentior quod ad secundum. Sed semper observando, ut prædeterminatio non sit necessitans. Verbo, arbitrator voluntatem semper inclinari magis in partem quam amplectitur sed nunquam ad eandem amplectendam necessitari. Certum est hanc à voluntate partem amplectendam esse, sed necesse non est ut amplectatur.

placatur. Et loquor hîc ad imitationem celebris illius dicti: *Astra inclinans, non necessitant.* Quanquam casus non sit omni ex parte similis; nam eventus ad quem Astra inclinant (ut cum vulgo loquar, quasi aliquo niteretur Astrologia fundamento) non semper contingit, contra ea pars ad quam voluntas magis inclinatur, nunquam non eligitur. Et verò Astra non nisi partem facerent inclinationum ad eventum concurrentium, sed dum de majori voluntatis inclinatione loquimur; Sermo est de collectione omnium inclinationum; ad eum fermè modum quo supra de consequente Dei voluntate ex omnibus voluntatibus antecedentibus resultante locuti sumus.

44. Certitudo tamen objectiva vel determinatio necessitatem non infert determinatæ illius veritatis. Idque agnoscunt omnes Philosophi, dum veritatem futurorum contingentium determinatam esse farentur nec tamen illa propterea desinere esse contingentia arbitrantur. Ratio est quia oppositum nullam implicaret contradictionem, & in hoc ipso consistit contingentia. Hoc autem ut meliùs percipiatur, considerandum est, duo esse ratiocinationum nostrarum magna principia, & cardines, quorum primum est *principium contradictionis*, quo statuitur ex duabus propositionibus contradictoriis, alteram esse veram, alteram falsam. Secundum est *principium rationis determinantis* cujus vis est, nihil unquam evenire nisi existat aliqua ejus causa vel saltem ratio aliqua determinans, hoc est; aliquid, quod inservire possit ad reddendam à priori rationem, cur hæc res potius existat, quàm non existat, & quare hoc modo potius quàm alio quolibet. Magnum hoc principium locum habet in omni eventu, nec unquam exemplum in contrarium afferetur. Et quamvis hæ rationes determinantes plerumque nobis satis nota non sint,

non ideo subodoramur tales verè præsto esse. Absque hoc magno principio, nunquam Dei existentiam probare valebimus, & innumeris ratiocinijs optimis utilissimisque carebimus quæ huic fundamento superstruuntur. Nec exceptionem ullam patitur principium istud, alioqui vis ejus infirmaretur. Et verò nihil imbecillius est Systematis istis in quibus omnia nutant & exceptionibus plena sunt. Hoc sanè vitio nostrum minimè laborat, in quo omnia per regulas generales procedunt, quæ ad summum modum ipsæ sese limitant.

45. Non itaque cum Scholasticis quibusdam qui Chymæris aliquando mentem pascunt, existimandum est futura contingentia libera ab hac generali rerum naturæ regula immunia esse. Præsto semper est aliqua ratio prævalens, quæ voluntatem ad eligendum permovet, cujus libertati salvandæ sufficit quod ratio ista inclinet, non necessitet. Et hæc est sententia præscorum omnium, Platonis, Aristotelis, S. Augustini: nunquam voluntas ad agendum perducitur nisi repræsentatione boni repræsentationibus contrarijs prævalente. Hoc in Deo, bonis Angelis Beatisque mentibus verum esse in confesso est, nec ideo tamen minus esse liberæ agnoscuntur. Deus nunquam non eligit optimum, quamvis nulla ad id absolutâ necessitate adstringatur. Sed nec in electionis divinæ objecto necessitas hujusmodi apparet, nam alia rerum series æquè possibilis erat, & ob hoc ipsum electio est libera & à necessitate independens, quia illa fit inter plura possible, ita ut voluntas non nisi bonitate objecti prævalente determinetur. Et tantùm abest, ut hæc doctrina Deo, Beatisque defectum attribuat, ut contra ingens futurus esset defectus aut potius manifesta absurditas, si aliter se res haberet tum apud Deum & Beatos, tum etiam inter homi-

homines in hac vita, si scilicet sine ratione inclinante agere possent. Certè ejus exemplum nullum unquam reperitur, & dum quis fortasse ex obstinatione aliquid eligit ad ostendendam suam libertatem, in ipsa voluptate & commodo quod in hac affectatione reperire se putat, unam invenit ex rationibus quibus impellitur.

46. Stat itaque libertas contingentiae vel etiam quodammodo indifferentiae, si per indifferentiam intelligatur, nihil esse quod in alterutram partem nos necessitet. Sed non datur indifferentia æquilibrj, id est, talis in qua omnia utrimque perfectè sint æqualia, nec major sit alterutram in partem inclinatio. Innumeri magni parvique motus interni externique plerumque à nobis haud percepti concurrunt nobiscum. Et jam dixi, dum conclavi egredimur, adesse rationes quæ nos ad hunc pedem præ altero promovendum determinant incogitantes; non enim ubique, uti in Trimalcionis domo apud Petronium præsto est puer inclamans: *dextra pede*. Hactenus dicta congruunt omnino cum axiomatis Philosophorum docentium causam non posse agere nisi dispositam ad actionem. Et hæc dispositio est quæ prædeterminationem quandam continet, sive eam agens extrinsecus acceperit, sive virtute propriæ constitutionis anterioris illam habeat.

47. Itaque necesse non est cum Recentioribus quibusdam Thomistis ad novam aliquam prædeterminationem immediatam à Deo profectam recurrere, quæ creaturam liberam ab indifferentia sua extrahat, aut ad decretum prædeterminandi confugere quod Deo modum suppeditet cognoscendi quid illa factura sit. Sufficit enim creaturam prædeterminari per statum factum præcedentem, qui illam ad hanc potius partem quam istam inclinet. Omnesque hæ actiones creatur-

G. 3. rarum.

rarum, earumque inter se connexiones repræsentabantur in intellectu Divino, & cognoscebantur à Deo per scientiam simplicis intelligentiæ, antequam illis existentiam dare decrevisset. Ex quo patet ad reddendam præscientiæ Dei rationem, careri posse tam scientia media Molinistarum quam ea prædeterminatione, quam Bannesius vel Alvarezius aliquis (auctores alias exquisitæ subtilitatis) docuerunt.

48. Falsa hæc indifferentiæ idea, dum æquilibrium continere visa est, Molinistas non parum intricavit: quærebatur ex ipsis non solum quomodo cognosci posset ad quid esset se determinatura causa quæpiam omni ex parte indeterminata, sed etiam quâ ratione fieri posset ut ex indeterminato determinatio aliqua resultaret? dicere enim cum Molina istud esse causæ liberæ privilegium, est ei dare privilegium ut possit esse chymærica. Jucundum est spectare, quantopere laborent, ut ex hoc labyrintho profus inextricabili se explicant. Nonnulli docent, priusquam voluntas se formaliter determinare possit; necesse esse ut se virtualiter determinet, ut nimirum ex hoc suo æquilibrij statu exeat. P. Ludovicus à Dolà in libro de concursu Dei Molinistas aliquot citat qui hæc viâ elabi conantur; cogantur enim fateri necesse esse ut causa sit disposita ad agendum; sed nihil proficiunt. Quæretur enim ex illis iterum, quo pacto fiat ut causa libera se se virtualiter determinet? nec unquam modum istum expedient, nisi fateantur esse prædeterminationem aliquam in præcedenti creaturæ liberæ statu quæ eam ad se determinandum inclinet.

49. Hinc etiam fit, ut casus de *Asino Buridani inter duo præta* æqualiter ad utrumque inclinati fictio sit, quæ in Universo secundum ordinem naturæ locum non habet, etsi CL. Baylius aliter sentiat. Equidem si casus iste possibilis foret, dicendum esset asinum

num moriturum fame. Sed reverà quæstio hæc est de re impossibili, nisi Deus de industria & per miraculum id procuret; neque enim Universum bifariam secari potest plano aliquo ad asinum verticali, eumque secundùm longitudinem secante, non, inquam, hoc modo universum ita bifecari poterit, ut omnia sint utrimque æqualia & similia, quemadmodum Ellipsis & figuræ aliæ planæ ex earum genere quas ambidexteras appello, bifariam secantur, à quacumque linea recta transeunte per figuræ centrum. Nam Universi partes, ipsaque viscera animalis nec similis ubique naturæ sunt, neque saltem utrimque se similiter habentia ab utroque latere plani hujus verticalis. Erunt ergo semper multa, tam extra quàm intra asinum, licet nobis non appareant, quæ ad declinandum potius versus unam quàm alteram partem illum determinabunt nisi impressio eorum miraculosè impediatur. Et quamvis homo sit liber, quod asino non competit, ob eandem tamen rationem verum erit etiam in homine perfectum æquilibrium inter duo eligenda esse impossibile, & Angelum, vel saltem Deum semper posse rationem reddere cur homo potius hæc quàm illud elegerit, assignando causam aliquam sive rationem inclinantem quæ reverà eum ad hoc amplectendum permovet, quamvis hæc ratio sæpe sit valdè composita, & nobis ipsis incomprehensibilis, quia nexus causarum longissimè procedit, & immensum aliquod involvit.

§. 6. Quamobrem ratio illa quam Cartesius adduxit ad probandam actionum nostrarum independentiam ex jactato quodam vivido sensu & ut sic dicam conscientia nostræ libertatis vim nullam habet, independentiam quippe nostram experiri propriè non possumus, nec causas à quibus electio nostra pendet, semper percipimus, utpote sæpe sensum omnem fugientes.

tes. Et perinde est ac si acus magnetica versus polum converti gauderet, putaret enim se illuc converti nudo suiipsius beneplacito, independenter à quacumque alia causa, quia non perciperet motus insensibiles materiæ magneticæ. Infra tamen videbimus, quo sensu verissimum sit, animam perfectè spontaneam esse & proprium penitus principium naturale suarum operationum in semet habere, ita ut non tantùm in existendo sed etiam in operando sit independentis à quavis alia creatura.

§ 1. Cuncta itaque in homine certa sunt & præviè determinata, uti in cæteris rebus omnibus. Et mens humana spirituale quoddam automatam censei potest, quamvis actiones contingentes in genere & liberæ in particulari non ideo sunt necessariae, necessitate scilicet absoluta, quæ reverà contingentis repugnaret. Itaque nec futuritio in seipsa, quantumvis certissima, nec infallibilis Dei præscientia, neque causarum decretorumve divinorum prædeterminationis contingentiam aut libertatem ipsam destruant. Ac de futuritione quidem & prævisione nulla controversa est, uti supra explicatum est; cùmque Dei decretum consistat unice in voluntate, quam post omnes mundos possibiles invicem comparatos suscepit optimum inter illos eligendi & ad existentiam admittendi per verbum omnipotens *Fiat*, cum omnibus quæ mundus hic optimus continet, manifestum est decretum hoc in rerum constitutione nihil immutare, easque, quales in statu puræ possibilitatis erant, relinquere, non tantùm quoad essentiam vel naturam, sed etiam quoad accidentia quæcumque; cùm omnia jam in mundi hujus possibilis idea perfectè repræsententur. Atque ita quod in se contingens & liberum est, non minùs contingens & liberum manet sub decreto, quàm sub nuda prævisione, aut ipsa rei futuritione.

§ 2. Quid

§ 2. Quid ergo ? Deus ipse (dicet aliquis) nihil poterit in mundo mutare ? sine dubio, salvâ suâ sapientiâ nihil nunc mutare poterit, cum existentiam hujus mundi, & omnium quæ mundus hic continet, præviderit, & propriâ voluntate ad existentiam admittere decreverit : nec enim falli aut pœnitere potest, nec eum decebat aliquid imperfectè statuere circa partem aliquâ aliâ parte neglectâ, totoque aded imperfecto manente. Cum igitur omnia sint ab initio constituta, hæc sola necessitas hypothetica, de qua omnes conveniunt, efficit, ut post Dei prævisionem vel propositum nihil immutari possit ; & tamen eventus in seipsis manent contingentes. Nam sepositâ tantisper illâ hypothesi futuriõnis rei & prævisionis vel propositi divini (quæ utique jam ponit rem fore, & quâ semel admissâ dicendum est, *Unumquodque, quando est, oportet esse, aut unumquodque si quidem erit, oportet futurum esse*) eventus nihil habet in se quo necessarius reddatur, aut quod prohibeat concipere, aliam quamvis rem ejus loco evenire potuisse. Nexus verò causarum cum effectibus inclinabit solum, non necessitabit agens liberum ; uti jam explicavimus, sicque ne necessitatem quidem hypotheticam efficiet, nisi extrinsecum aliquid addatur, nempe axioma, quòd *Inclinatio prævalens semper vincat.*

§ 3. Dicet aliquis prætereâ : si omnia constituta sunt, ergo Deus non poterit facere miracula. Verùm sciendum est, miracula, quæ in mundo eveniunt, etiam fuisse involuta & repræsentata tanquam possible in hoc ipso mundo considerato in statu puræ possibilitatis. Ita Deus qui ea patravit postea, jam tunc cum mundum hunc elegit, ea facere decrevit. Objicietur etiam, vota & preces, merita & demerita, bonas malasque actiones nihil profecturas, cum nihil immutari possit. Hæc objectio vulgo maximè nego-

tium facessit, & tamen purum purum est sophisma. Illæ preces, illa vota, illæ bonæ malæque actiones, illa omnia quæ hodie eveniunt, erant jam præsentia Deo, cum res omnes ordinandas suscepit. Ea quæ in actuali mundo accidunt, in hujus mundi adhuc possibilis idea repræsentabantur, cum omnibus effectis & appendicibus: repræsentabantur, inquam, allicientia vel repellentia gratiam sive naturalem sive supernaturalem, exigentia punitiones & præmia: prorsus, uti revera contingit in hoc mundo, postquam Deus eum elegit. Precatio & bona actio jam tunc erat *causa vel conditio idealis*, hoc est ratio inclinans, quæ ad Dei gratiam aut præmium conferre poterat idealiter, uti modò confert actualiter. Et quia cuncta in mundo sapienter colligata sunt, manifestum est, Deum prævidentem quid liberè eventurum esset, reliqua etiam omnia illis attemperasse præviè, vel, quod idem est, elegisse hunc mundum possibilem, in quo omnia hâc ratione constituta erant.

§ 4. Hâc consideratione simul evenitur id, quod veteribus vocabatur sophisma pigrum (*λόγος ἄργος*) quod homines ad inertiam deducebat, ita enim arguebantur veteres illi Sophistæ: Si id quod exopto eventurum est, eveniet, quamvis nihil agam; si eventurum non est, non eveniet, quidquid agam. Necessitas ista quæ in eventis fingitur à causis avulsa, posset *Eatum Mahumotanium* vocari, uti supra notavi, nam Turcæ feruntur ob simile argumentum loca peste infecta non vitare. Sed in promptu est responsum: Cum effectus certus sit, causa etiam, quæ effectum producet certa est, & si effectus eveniat, utique per causam proportionatam eveniet. Atque ita socordia tua fortassis efficiet, ut eorum quæ desideras obtineas nihil, utque in mala incidas quæ industriâ tuâ effugisses. Patet itaque connectionem

cau-

causarum cum effectibus, non tantum non esse causam intolerabilis fati sed potius ejus tollendi modum suppeditare. Est apud Germanos proverbium: *Mors vult habere causam*: Nihil illo verius. Morieris illo die (ponamus hoc ita esse, & à Deo prævideri) sed hoc ita eveniet quia ea perages quæ te ad mortem deducunt. Idem est de divinis punitionibus, quæ etiam à suis pendent causis. E re erit celebre S. Ambrosii dictum (in Cap. 1. Lucae) hinc referre. *Novit Dominus mutare sententiam, si tu noveris mutare delictum*, quod intelligi non debet de reprobatione sed de comminatione, qualis erat quam Jonas Dei nomine Ninivitis intentavit. Et vulgare illud dictum: *Si non es prædestinatus, fas ut prædestineris*, non debet ad litteram sumi. Verus enim ejus sensus est: cum qui dubitat verum sit prædestinatus, ea solum agere debere quæ oportet, ita per Dei gratiam prædestinatum fore. Sophisma illud, quod frustra aliquid caveri concludit, utile fortassis interdum esse poterit ad homines quosdam in media discrimina impellendos, quod nominatim de Turcis, militibus perhibebatur. Sed rati Mastach potius (opiatarum Turcarum confectio) quàm Sophismati isti tribuendam esse hanc audaciam apparet. Ut taceam obscuratum hunc Turcarum animum ætate nostrâ plurimum degenerasse.

55. Joannes Beverovicus, doctus apud Batavos medicus librum olim scripsit *de Termino vite*, in eoque plurima Esuditorum sui temporis Virorum ea super re responsa, Epistolas, & dissertationes collegit. Sylloge illa lucem vidit, ostenditque mirificè, quantum à proposito aberretur passim, quantisque trîcis implicetur problema istud, quo, si rectè capiatur, nihil est facilius. Miremur deinceps plurimas esse dubitationes: à quibus expedire se nequeat humanum genus.

genus. Nempe errare libet & vagari ingenio; ordo, regula, animi attentio, pro servitute habentur. Ita namque ludo nugisque assuevisse videmur, ut vel inter maximè seria nihilque minùs cogitantes ludamus.

56. Ac vereor ne in postremam inter Augustanae Confessionis Theologos de *Termino Pœnitentia peremptorio* disputationem, quæ tot in Germania Transitus peperit, æquivocatio aliqua, sed diversi generis irrepsit. Præscripti legibus Termini à Jurisperitis *Fatalia* nuncupantur. Equidem dici quodammodo potest, Terminum peremptorium ad pœnitentiam & emendationem præscriptum apud Deum esse certum, apud quem omnia certa sunt. Novit Deus quando peccator ita sit obdurandus ut posthac in præstituto rerum cursu nihil pro illo agendum sit reliquum. Non quòd possibile non sit eum agere pœnitentiam neque quòd post certum quendam terminum neganda sit ei gratia sufficiens, quæ nunquam deest, sed quia erit tempus ex quo ad vias salutis non appropinquabit amplius. Verùm nos nunquam indicia certa habemus, ex quibus hunc terminum cognoscamus, nec unquam (si revelatio absit) justam causam reperite possumus hominem aliquem habendi pro desperato. Itaque tale quid de alio statuere esset temerè judicare. Satius etiam est sperandi nos jus habere semper, & hîc atque sexcentis aliis occasionibus utilis est ignorantia nostra.

Prudens futuri temporis exitum.

Caliginosa nocte premit Deus.

57. Omne futurum, utique determinatum, est, sed quia quam in partem determinatum, aut quid prævisum decretumque sit, ignoramus, officii nostri partes explere debemus secundùm rationem nobis à Deo datam, & secundùm regulas ab eodem præscri-

ptas:

ptas : quibus peractis animo vivere tranquillo debemus, & curam eventus Deo ipsi committere, semper enim faciet quod erit optimum, non solum in genere sed etiam in particulari, erga illos qui veram in ipso fiduciam habent. Hæc autem fiducia à genuina pietate, fide viva & ardente charitate nihilo discrepat, nihilque nos studio omittere patitur eorum quæ ad officium nostrum & divinum obsequium pertinent. Verum quidem est nos, si rigore loquar, Deo inservire non posse, nullâ enim re indiget, sed nostrâ phrasi, Ei servimus quando *voluntatem Ejus præsumptivam* exequi conamur concurrente ad bonum quod novimus, & cui cooperari possumus, nam Deum in illud voluntate antecedente inclinari certum est & ipsa etiam efficace ferri, semper præsumendam est, donec ab eventu pateat fortioribus Eumrationibus, etsi nobis fortean ignotis, adductum fuisse ad bonum quod quærebamus post habendum alteri bono majori quod ipse sibi proposuit, quodque vel jam executus est, vel infallibiter exequetur.

58. Hactenus ostendimus, quomodo voluntatis actio pendeat à suis causis, nihilque naturæ humanæ tam congruum esse quàm hanc actionum nostrarum dependentiam, cum aliàs futurum sit ut incidamus in Fatum absurdum & intolerandum, hoc est, in Fatum Mahumetanum quod omnium terribilissimum est, quia prudentiam & bonum consilium, destruit. Juvat interim nunc ostendere quo pacto dependentia ista voluntariarum actionum à rebus externis non impediat, quominus, si rem ipsam intimè scrutemur, mirabilis quædam in nobis spontaneitas reperiat quæ rectè accepta mentem in suis voluntatibus ab omni cæterarum creaturarum *instinctu physico* independentem ostendit. Hæc spontaneitas, hucusque parum cognita quæ nostrum in actiones nostras im-

perimus

perium extollit quàm potèst maximè, confectarium quoddam est *Systematis Harmonia præstabilita*, quæ hîc aliquatenus explicanda est. Philosophi Scholastici mutuam inter corpus & animam influxum physicum statuebant. Verùm ex quo bene perpensum fuit, Animam cogitantem, & Massam extensam nullam inter sese habere connexionem, & creaturas esse toto genere diversas, multi Recentiores nullam inter animam & corpus communicationem Physicam agnoverunt, quamvis subsistat semper communicatio Metaphysica, quâ fit ut anima & corpus componant unum *Suppositum* quod persona dicitur. Hæc communicatio Physica si quæ foret, efficeret ut anima mutaret gradum velocitatis & lineam directionis quorundam motuum qui sunt in corpore, & vice-versâ ut corpus mutaret seriem cogitationum animæ, sed hic effectus nequit elici ex ulla notione quæ in corpore animaque concipitur, quamvis nihil nobis sit animâ notius, utpote quæ nobis, id est, ipsa sibi intima est.

59. Cartesius negotium hoc velut transactione dirimere voluit, aliquo dato, aliquo retento, dum actionis corporeæ partem ab anima dependentem facit. Ratus enim esse naturæ legem, ut eadem motûs quantitas semper in corporibus conservetur, fieri non posse judicavit, ut legem hanc influxus animæ violaret; novumque motûs gradum, novam vim corpori imprimeret, cum tamen animadverteret in actione motrice distingui posse ipsam motûs quantitatem à directione, existimavit animam posse nihilominus habere vim mutandæ directionis motuum qui sunt in corpore, ad eum fere modum quo eques, quamvis equo quem insidet, vim nullam largiatur, ejus tamen gressum, vires quo libuerit dirigendo moderatur, sed quia hoc fit ope habentis, freni aliorumque

rumque instrumentorum materialium, quo pacto fieri possit, concipimus; quæ verò hunc in finem adhibere anima possit, nulla sunt instrumenta. Denique nihil est, nec in anima nec in corpore, id est neque in cogitatione, neque in massa, quod ad explicandam hanc unius per alterum immutationem servire possit. Verbo: Sive anima quantitatem virtutis, sive lineam directionis in corpore mutare dicatur, utrumque æquè inexplicabile est.

60. Adde post Cartesii tempora repertas esse duas hoc in negotio magni momenti veritates. Quarum prima est, quòd quantitas virtutis absolutæ quæ conservatur, diversa sit à quantitate motus, uti alibi ostendi. Altera quòd conservetur etiam eadem directio in omnibus simul corporibus quæ inter se agere supponuntur, quomodocumque demum sibi mutuò occurrant, dum scilicet servatur directio centri gravitatis communis. Si lex ista Cartesio nota fuisset, corporum directionem æquè ac virtutem imperio animæ subtraxisset, & hoc, opinor, cum ad Harmoniæ præstitutæ hypothesein rectè perduxisset, quo istæ me regulæ duxerunt. Nam præterquam quòd alterius ex his substantiis physicis in alteram influxus nullâ ratione explicari potest, observavi absque omnimoda legem naturæ perturbatione in corpus animam physicè agere non posse. Nec audiendos hîc putavi Philosophos alioquin acutissimos qui Deum ex machina tanquam nodi vindicem accersunt, agentes Deum ad libitum animæ consultò movere corpora, & juxta corporis exigentiam animæ perceptiones impertire. Hoc enim *Systema causarum occasionalium* (ita dictum quòd doceat Deum occasione animæ in corpora agere & viceversâ) præterquam quòd ad conciliandum hujus utriusque substantiæ commercium miracula perpetua introducit, non cavet perturbationi legum naturalium

in

1124 **PARS PRIMA, De Bonitate Dei,**
in utraque substantia constitutarum, quæ æquè viola-
buntur sive Dei interpositio ex sententia illa nova, si-
ve mutus influxus juxta opinionem communem in-
terveniat.

61. Itaque cum aliunde mihi persuasum sit prin-
cipium *Harmonia* in genere locum habere quoad ejus
ferri potest & consequenter præformationem & *Har-*
moniam præstitutam rerum omnium inter se, consen-
sumque inter naturam & gratiam, inter decreta Dei
& actiones nostras prævisas, inter omnes materie
partes, imò etiam inter futurum ac præteritum agnos-
ci debere, ita ut omnia exigantur ad normam su-
preme Sapientie, cujus opera omnium quæ concipi
possunt maximè sunt harmonica, non potui in hoc
Systema non delabi, quod asserit animam à Deo sta-
tim creatam eâ ratione, ut sibi producere sibi que re-
præsentare ordinatè debeat, quidquid in corpore
transigitur, & vicissim corpus eâ ratione constitutum
ut ex se facere debeat id quod ab anima præcipitur.
Ita ut leges quæ in finalium causarum ordine, & se-
cundùm evolutionem perceptionum animæ cogita-
tiones colligant & præstituta successione efformant,
debeant eo ipso imagines producere, quæ corporum
in organa nostra impressionibus respondeant, &
vicissim motuum corporeorum in causarum efficien-
tium ordine sibi succedentium leges ita cogitationi-
bus animæ respondeant ut organa corporis volun-
tariis motibus assignata ad agendum sponte move-
antur eo tempore quo vult anima ut moveantur.

62. Nec solum id non præjudicat libertati, sed
etiam maximè favet. Optimèque ostendit Cl. Ja-
quelotius in suo de Conformitate Rationis & Fidei
libro, idem hîc esse ac si is qui cuncta cras à me per
totam diem famulo meo præcipienda prænosset, au-
tomarum pararet illi famulo simillimum, quod cras

ac-

accuratè exequeretur quidquid præcepturus essem. Id sanè non prohiberet, quominus quidquid luberet liberè præciperem, quamvis Automati mihi obsequentis actio libertatis expers omnino foret. Et talis famuli Automati rationem corpus hominis habet.

63. Præterea cùm juxta hoc Systema quidquid in anima consistit, ab ipsa sola pendeat, & Status sequens non nisi ab ipsa & statu ejus præsentè oriatur, sequitur hinc, tantam ejus esse independentiam ut major esse non possit. Verum quidem est, adhuc aliquam in animæ constitutione imperfectionem superesse: Sed ea prorsus necessaria est: quamvis enim quidquid in anima contingit, ab anima dependeat, non tamen semper pendet ab ejus voluntate. Et verò nimium id foret, creaturæ vires transcenderet, & soli Omnipotenti competere potest qui idem etiam est omniscius omniaque distinctè cognoscit. Ita fit ut nunquam eventus ab Ejus voluntate aberret. Sed in mente creata non solum ordo aliquis perceptionum distinctarum animadvertitur, in quo ejus imperium residet, sed etiam perfectionum confusarum vel affectuum series intercurrit, in qua servitus animæ consistit. Nec id mirum, anima enim Divinitas quædam esset si nullas nisi distinctas perceptiones haberet. In has tamen perceptiones confusas potestatem etiam aliquam, licet indirectam obtinet. Tamen si enim affectus suos subito immutare nequeat, potest nihilominus non sine successu eminens, ut ita dicam in id conniti, ut novos sibi affectus, imò & habitus ineat. Imò similem quoque potestatem habet in perceptiones magis distinctas, utpote quæ opiniones & voluntates indere sibi indirectè potest & has vel illas à se prohibere ac judicium suum suspendere vel ulterius promovere. Possumus enim anticipatò modos pervestigare, quibus, si occasio fuerit, in lubrico ju-

Tomus I. H dicium

dicium temerarii vestigio consistamus: Possumus etiam diverticulum aliquod captare ad differendam sententiam nostram, etiam cum negotii decisio in promptu esse videtur. Et quamvis opinio nostra, actusque volendi noster voluntatum nostrarum objecta directe non sint, uti paulò ante notavi, subinde tamen animus cum tempore aptatur ad volendum, imò & ad credendum, id quod modò nec volumus nec credimus. Tanta est humanæ mentis profunditas. Sed hæc in sententias opinionesque nostras potestas ex ipsa sentiendi statuendique imperfecta ratione oritur. Unde in Deo nulla est, cujus sententiæ per se ratæ sunt, & veritati commensurantur.

64. Denique ut hoc de Spontaneitate caput concludamus, dicendum est, animam, si strictè loquamur, in se habere principium omnium suarum actionum, imò passionum, idemque verum esse in omnibus substantiis simplicibus per totam naturam diffusis, quànquam libertas solis intellectualibus insit. Loquendo tamen in sensu populari, juxta ea quæ apparent, dicimus animam quodammodo à corpore & impressionibus sensuum pendere; ferè sicut in usu quotidiano, cum de solis ortu occasuque agitur, cum Ptolemæo loquimur, & cum Copernico cogitamus.

65. Huic tamen dependentiæ mutæ, quam inter animam corpusque concipimus, sensus verus & Philosophicus tribui potest, nempe quòd harum substantiarum altera pendeat idealiter ab altera, in quantum ratio ejus quod in una fit per id quod in altera est, reddi potest; & hoc jam tum in Divinis decretis locum habebat, ex quo Deus Harmoniam inter eas futuram præordinavit. Prorsus sicut automaton istud quod famuli vicem subiret à me dependeret idealiter virtute Scientiæ artificis illius summi, qui mandata mea futura prævidens machinam ad præstanda mihi
toto

voto die officia obtemperasset : futurarum mearum voluntatum notitia eum movisset ad Automaton fabricandum : Ego in illud objectivè seu idealiter, Artifex physicè influxissemus. Scilicet in quantum anima perfectionis aliquid & cogitationes distinctas habet, Deus animæ corpus aptavit, effecitque anticipatò ut corpus ad perficienda animæ jussa moveretur ; At in quantum anima imperfecta est & cogitationes habet confusas, Deus animam attemperavit corpori, ita ut anima per affectiones à repræsentationibus corporeis ortum habentes inclinari se sinat. Et talis Harmonia eundem effectum eandemque apparentiam præstat, qualis foret si unum ab altero immediatè & per influxum Physicum dependeret : nempe per confusas perceptiones propriè fit ut anima sibi corpora circumstantia repræsentet. Et idem intelligendum est de omnium Substantiarum simplicium actionibus : Scilicet ut quælibet censeatur agere in aliam proportionem suæ perfectionis, quamvis id non nisi idealiter fiat, & in rationibus rerum in quantum Deus unam Substantiam alteri juxta cujuslibet perfectionem imperfectionemve attemperavit : Itaque etiam actio passioque in creaturis semper mutux sunt, quia rationes eventuum in utraque sibi respondentium ideales, partim ab una partim ab altera sumi debent, cum perfectiones imperfectionesque semper mixtæ sint & divisæ, & perfectionis nomine actionem, imperfectionis passionem rebus tribuamus.

66. Interim qualemcumque in actionibus voluntariis dependentiam concipiamus, etiamsi necessitatem absolutam & mathematicam haberent, quam non habent, ita ut cessaret libertas à necessitate, superesset tamen imperfecta quædam libertas, nempe à coactione suffectura nihilominus ad præmiorum pernarumque justitiam æquitatemque sancendam. Equi-

dem non aliter vulgò loquimur, ac si necessitas actionis omne meritum & demeritum omnem laudis & vituperii, præmiï ac pœnæ rationem tolleret. Sed fatendum est, hanc consequentiam non esse usquequaque exactam. Ego quidem à Bradwardini, Wicleffi, Spinosæ opinionibus remotus sum quàm qui maximè qui necessitatem hanc rerum omnino Mathematicam docere videntur, quam satis superque, ac fortè clariùs, quàm vulgò solet à me refutatam arbitror. Interim tamen litandum veritati, nec dogmati cuiquam imputandum est id quod ex illo non sequitur. Præterquam quòd hæc argumenta iustitiam omnem actionis necessariæ tollentia nimium probarent; nam non tantùm contra necessitatem absolutam sed & hypotheticam valerent & Sophisma pigrum à Vitio absolverent, nam, quod ad hoc, absoluta necessitas Hypotheticæ, aut Seriei causarum infallibili nihil incommodi superadderet. Et verò facile ostendi potest quantamcumque necessitatem, unde coactio absit, & ubi deliberatio adsit non omnem præmiï pœnæque rationem tollere.

67. Primò enim inficiari nemo potest licitum esse furiosum occidere quando aliter illum à nobis propulsare non possumus. Sed & animantia venenata vel valdè noxia, quamvis citra culpam suam talia sint perimere licitum, imò sæpe necessarium esse quis fatebitur.

68. Secundò, bruto quamvis ratione & libertate destituto pœnas infligimus, cum id ei corrigendo servire posse iudicamus. Sic canes & equi mulctantur idque cum felici successu. Nec minùs animalibus gubernandis profunt præmia, nam esurientibus alimenta præbens ab eis obtinebis quod alioqui nullo pacto extorqueas.

69. Tertiò, infligerentur etiam belluis pœnæ capitales

pitales (in quibus luentis correctio non amplius quaeritur.) Si exemplo prodesse poena ista posset, aliasque terrere ut à noxa cohibeantur. Hieronymus Rorarius libro de Brutorum Ratione memorat Leones in Africa crucifigi ut leones caeteri ab urbibus locisque frequentioribus arceantur, aitque se, dum per agrum Juliacensem iter faceret vidisse lupos isthuc, furcâ suspensos quo similis poenae formidine à maleficio reliqui deterreantur. Reperiuntur in pagis homines, qui aedium portis aves praedatrices affigunt clavis, rati ejusdem generis aves hoc pacto non facile accessuras. Non ineptè hæc omnia, si quidem prodesse.

70. Quartò igitur, cum certum & experienciâ comprobatum sit, poenarum metum spemque praemiorum hominibus à malo absterrendis & ad bonum compellendis prodesse, adhiberentur ea jure merito, quamvis homines ex necessitate agerent, qualiscumque demum ista foret necessitas. Objicies: Si bonum aut malum sit necessarium, vanum erit illi obtinendo vel impediendo adhibere media. Verum: jam supra de Sophismate pigro differentes respondimus: Si bonum malumve absque his mediis necessarium foret, utique inutilia forent media; Sed non ita se res habet: hæc bona, hæc mala non nisi per hæc vel similia media eveniunt, & si eventus hi essent necessarii, media partem efficerent causarum à quibus necessarii efficerentur: cum nos experientia doceat metu aut spe impediri sæpe malum aut promoveri bonum. Itaque objectio ista ferè nihil à Sophismate pigro discrepat, quod adversus eventuum futurorum certitudinem æquè ac necessitatem obmoveretur. Unde dici potest objectiones hujusmodi ex æquo pugnare & contra necessitatem hypotheticam & contra absolutam & adversus ambas

bas tantundem evincere, hoc est omnino nihil.

71. Magna inter Bramhallum Episcopum & Hobbesium olim controversia fuit, inchoata dum Parisiis ambo degerent, & post utriusque reditum in Angliam continuata. Autoris utriusque Scripta de hoc argumento omnia Londini Anno 1656. unum in Volumen in quarto collecta prodierunt Anglico idiomate, nec, quod sciam, traducta, nec latinorum Hobbesii operum collectioni inserta. Lecta mihi aliàs recuperavi nuper, & notaveram jam olim Hobbesium absolutam rerum omnium necessitatem defendisse quidem sed non probasse, satis tamen ostendisse quòd necessitas non omnes Divinæ humanæque justitiæ leges everteret, nec penitus exercitium virtutis hujus impediret.

72. Est tamen quædam justitiæ species & certum quoddam præmiorum pœnarumque genus quod non tam facile applicari posse videtur iis qui ex absoluta necessitate agerent si hæc daretur. Ea nempe justitiæ species quæ nec emendationem delinquentis, neque exemplum, neque mali reparationem pro scopo habet. Hæc justitia fundatur in sola congruentia exigente certam aliquam satisfactionem in expiationem actionis prævæ. Sociniani, Hobbesius aliique nonnulli hanc justitiæ punitivæ speciem repudiant quæ propriè vindicativa est, quamque Deus multis in casibus sibi reservavit, & tamen cum iis qui gubernandi jus habent, communicat, & per ipsos exercet, dummodo ex rationis præscripto, non ex affectu agant. Sociniani justitiam istam fundamento carere arbitrantur. Verùm fundata semper est in relatione quadam congruentiæ, quæ satisfacit, non solum offenso sed etiam iudicio sapientum uti Symphonicus concentus elegans, aut Architectonicum opus egregium mentibus non illiberalibus probatur. Et ubi sapiens legis-

legislator minatus est, &, ut ita dicam, promissit pœnam, ad constantiam ejus pertinet, actionem non relinquere prorsum impunitam, etiamsi pœna nemini ultra corrigendo utilis foret. Sed & quamvis nihil promississet, satis est congruentiam adesse quæ ad promittendum impellere potuerit, cum justus & sapiens, nisi quod congruum sit, promittat nihil. Et certa quædam hîc compensatio præstatur Menti quam ordinis perturbatio offenderet, nisi punitio sequeretur ordinem instauratura. Consuli etiam possunt ea quæ contra Socinianos de Christi satisfactione scripsit Grotius unâ cum Crellii responsione.

73. Hâc ratione damnatorum pœnæ perdurant, etiam dum malo avertendo ultra non profunt. Pariter & Beatorum præmia constant, etiam postquam ad confirmationem in bono nihil juvant amplius. Dicit tamen possunt damnati novos sibi semper ob nova peccata dolores accersere, Beati verò nova sibi semper gaudia ob novos in bono progressus procurare, cum utrumque in principio harmoniæ seu convenientiæ generalis fundatum sit, per quam res ita constitutæ sunt ut malam actionem pœna Sponte consequatur. Nam juxta regni utriusque, finalium, inquam, & efficientium causarum parallelismum, judicare fas est, Deum in mundo constituisse connexionem inter pœnam & præmium, & pravam rectamque actionem ita ut priorem semper trahat posterior, ac virtus vitiumque suum sibi præmium pœnamque procurent vi seriei rerum naturalis, quæ speciem continet harmoniæ præstabilitæ adhuc aliam ab illa quæ in animæ corporisque commercio cernitur. Nam, ut verbo dicam, quidquid Deus facit, perfectè harmonicum est, uti supra notavi. Fortassis igitur hæc convenientia cessaret illorum respectu qui ex

necessitate absoluta sine vera libertate contingentiæ

agerent: & hoc casu sola justitia correctiva, non vero vindicativa locum haberet. Ita sensit vir celebris Hermannus Conringius in dissertatione quam vulgavit de eo quod justum est. Et revera rationes, quibus in suo de Fato libro jam usus est Pomponatus, ut pœnarum & præmiorum utilitatem probaret etiam si omnia in actionibus nostris fatali necessitate evenirent, emendationem duntaxat spectant, non satisfactionem. Κόλασιν ἢ τιμωρίαν. Itaque apparatus duntaxat gratiâ bestię quædam quorundam criminum complices interficiuntur, uti perduellium ædes æquantur solo, nempe terroris incutiendi causâ, adeoque actus est justitiæ correctivæ, in quo vindicativa locum non habet.

74. Sed curiosæ magis quàm necessariæ quæstioni discutiendæ nunc non immorabimur, cum satis comprobaverimus à voluntariis actibus abesse necessitatem talem. Utile tamen fuit ostendere solum *libertatem* imperfectam, hoc est eam, quæ non nisi à coactione immunis est, sufficere ad fundandum hoc pœnarum atque præmiorum genus quod ad bonum excitat, & ad mali evitacionem emendationemque tendit. Unde etiam patet aliquos ingenio præditos, quibus omnia esse necessaria persuasum est, aut potius, quibus hoc paradoxum tueri volupe est, immeritò negare, laudari quenquam aut vituperari, præmiari vel puniri debere; quod, credo, tantùm ingenii sui ostentandi causa jactant Rationem afferunt, quod cum omnia sint necessaria, nihil remaneat in nostra potestate. Sed ratio ista nulla est, nam actiones adhuc in nostra potestate forent, saltem in quantum facere eas aut omittere possemus cum Spes vel timor laudis aut vituperii, voluptatis aut doloris eò nostram impellerent voluntatem: neque

que hîc refert, necessariò impellant an impellendo Spontaneitatem, contingentiam ac libertatem ex æquo integras relinquunt. Ita ut laudes ac vituperia, præmia pœnæque magnam utilitatis suæ partem retenturæ semper forent, etiãsi nostræ actiones veræ necessitati subjacerent. Nam bonas etiã malasque qualitates laudare & vituperare possumus, in quibus voluntas locum non habet, in equo, in adamante, in homine. Et Vellejus Paterculus, qui Catonem Uticensem dixit rectè semper fecisse quia aliter facere non poterat, credidit magis laudasse.

75. Hactenus difficultates Theologiæ Naturalis & Revelatæ communes enodare conati sumus. Nunc ad ea veniendum est, quæ articulum aliquem revelatum spectant nempe electionem aut reprobationem hominum, cum Divinæ gratiæ, Misericordiæ aut Justitiæ œconomia: Sed dum præcedentibus objectionibus respondimus aditum ad has quoque solvendas patefecimus. Quod animadversionem nostram superiorem (dissertationis Præliminaris §. 43.) confirmat, nempe hîc pugnam esse potiùs inter veras Theologiæ Naturalis & falsas humanarum probabilitatum rationes, quàm inter Fidem revelatam & Rationem. Vix enim hoc in negotio ulla contra Revelationem difficultas est quæ nova sit, nec ab iis, quæ contra veritates lumine naturali notas objicî possunt, oriatur.

76. Cùm igitur omnium fere partium Theologi in hoc de Prædestinatione & Gratia argumento inter sese dissideant, & sæpe iisdem objectionibus diversa pro cuiusque principiis responsa afferant quæ non tantùm in revelatione, sed etiã in ratione fundantur, & à Baylio nostro imprimis ad Rationem reprimendam afferuntur; non possumus non delibare hujusmodi controversias, Theologis celebratas.

Generatim dici potest, alios Deum considerare modo magis Metaphysico, alios modo magis morali. Et aliàs observatum est, Contraremonstrantes (quos vocabant) priorem modum amplecti, Remonstrantes posteriorem. Verùm ut ritè res instituat, æqualiter tueri oportet, hinc independentiam Dei & dependentiam Creaturarum, inde justitiam bonitatemque Divinam quæ Deum à seipso voluntatem scilicet ab intellectu & Sapientia dependere facit, cum libertate quæ creaturas culpabiles reddit.

77. Sunt Autores eruditi beneque animati, qui rationum partis utriusque præcipuæ robur repræsentare volentes, ut ambabus tolerantiam mutuam persuadeant; arbitrantur controversiam totam ad hoc momentum capitale reduci: Videlicet, quis Dei circa homines decreta suæ sancientis Scopus fuerit primarius? Utrum unicè gloriam suam stabilire voluerit manifestando sua attributa; & finis hujus adipiscendi gratiâ magnum illud creationis & Providentiæ Schema formârit; An verò Substantiarum intelligentium quas creare statuerat, voluntates inclinationesque respexerit ut scilicet diversis earum circumstantiis positionibusque & secuturis inde actionibus Decreta sua attemperaret: Priore consideratu, Systema rigidum, posteriore mitè magis & laxum oriri debere. Mihi videntur duæ illæ responsiones, quibus tanquam oppositis ingens illa quæstio distrahi dicitur, facilè conciliari posse & consequenter, si huc omnia recidunt, partes tolerantia nullius egentes in rem ipsam consentire. Sanè Deus mundum condere statuens unicè decrevit perfectiones suas modo quo posset efficacissimo & magnitudine, Sapientia bonitateque suâ dignissimo manifestare ac communicare. Sed ob id ipsum omnes creaturarum adhuc purè possibilem actiones considerare necesse habuit, ut futurum

rum

opus convenientissimum informaret. Præstanti
chirecto similis qui propositâ sibi insignis palatii
instruendi gloriâ , omnia quæ fabricam illam in-
struendi debent, formam, materiam, locum, situm, me-
nsuram, operas, impendia secum animo reputat prius-
quam de re tota statuat : Nam sapiens , dum opus
informatur, finem à mediis sejungere non potest,
et finem sibi proponit ullum , nisi media ejus obti-
nendi præstò esse noverit.

78. Nescio an forsitan adhuc supersint qui sibi
nagentur , ex eo quòd Deus sit absolutus rerum
omnium Dominus, inferri posse , quòd omnia quæ
sunt contra Ipsum sunt , Ipsi sint indifferentia , quòdque
nullâ aliorum habitâ ratione se solum ipse spectave-
rit, atque ita sine causa ulla, sine delectu, sine ratio-
ne quosdam felices reddiderit, alios infelices. Eam-
que fortasse Sententiam respexêre, quos §. præce-
dente bifidum controversiæ totius caput exponere
soluisse diximus. Sed talis Doctrina vix amplius Se-
ctatores habet alicujus momenti; eam de Deo docere
est Sapientiam ei bonitatemque tollere. Ac sufficit no-
bis quòd dum se ipse spectat, nec quidquam eorum,
quæ sibi debet, negligit, censendus est etiam creatu-
ras suas curare , iisque uti modo ad ordinem maxi-
mè accommodato , quò magis enim Princeps ma-
gnus bonusque gloriæ suæ velificatur, eò magis sub-
ditos beare suos cogitabit, quantumlibet Monarcha-
rum omnium foret absolutissimus, quantumvis ejus
subditi nata servitutis mancipia, homines proprii
(uti loquuntur Jurisconsulti) & arbitrariæ ejusdem
potestati penitus subjecti forent. Calvinus ipse , ali-
que nonnulli quantumvis acres absoluti Decreti de-
fensores, pronuntiare tamen non dubitârunt, Deum
habuisse *magnas & iustas rationes* electionis suæ ac
dispensationis gratiarum suarum, quanquam sigilla-
tim

tim nobis haud perſpectas. Ac benignè judicandum est rigidiffimos quoſque prædeſtinatores à pietate & ratione inſtructiores eſſe, quàm ut aliter ſentiant.

79. Nulla igitur ſuper hoc, id eſt de divina Sapiencia juſtitiæque controverſia erit (uti ſi ero) cum hominibus à ratione non prorsus recedentibus; magnum tamen ſemper erit inter eos, qui Universalistæ & Particularistæ dicuntur, diſſidium circa Gratiam & Voluntatem Dei. Et tamen hîc quoque eò quodammodo propendet animus ut credam controverſiam inter eos adeò incenſam de divina omnes homines ſalvandi voluntate (ſi à controverſia altiore de Gratia Auxiliis eam ſecernamus) verborum potius eſſe quàm rerum. Nam ſufficit conſiderare, quòd Deus & quivis alius ſapiens beneficus in omne bonum quod fieri poſſit inclinatur, & hæc inclinatio proportionalis fit præſtantia boni, quæ objecto per ſe ſpectato ineſt: Idque ipſum conſtituit *Voluntatem* aliquam *Antecedentem* uti vocant, ſed quæ non ſemper plenum effectum obtinet, quia ſapiens iſte multas præterea inclinationes alias habere debet & ex omnium ſimul inclinationum concuſſu reſultat, quod plenam ejus decretoriamque voluntatem efficit, uti ſupra explicavimus. Itaque cum Antiquis optimè dici poſteſt, Deum velle omnes homines Salvos facere voluntate antecedente, non autem voluntate conſequenti, quæ ſemper effectum obtinet. Quòd ſi, qui voluntatem univerſalem inſiciantur, nolint inclinationem illam antecedentem vocari voluntatem, de ſolo nomine litigant.

80. Aſt alia magis in rem quæſtio eſt circa prædeſtinationem, utrum ſcilicet abſoluta ſit an reſpectiva? Eſt deſtinatio aliqua ad bonum, aliqua ad malum: & quia malum aliud eſt morale, aliud phyſicum, inter omnium partium Theologos convenit ad
malum

malum morale destinationem esse nullam, hoc est neminem ad peccandum à Deo destinari. Quod maximum malum physicum, nempe damnationem atinet, discrimen fieri potest inter destinationem, nam Prædestinatio videtur in se includere destinationem aliquam absolutam & anteriorem consideratione bonarum vel malarum actionum prædestinati: Atque ita Reprobi dici possunt destinati ad damnationem quia cognoscuntur impœnitentes; sed non æquè dici possunt *prædestinati* ad damnationem, non enim datur reprobatio absoluta, cùm reprobationis fundamentum sit impœnitentia finalis prævisa.

§ I. Pugnant quidem aliqui, quòd Deus volens misericordiam & justitiam manifestare secundùm rationes se dignas sed nobis ignotas, elegerit nonnullos & repudiaverit aded alios non electos ante omnem considerationem peccati, ipsius etiam Adæ, & post hoc demum electionis Decretum statuerit permittere peccatum ut binas illas virtutes suas exercere posset, ac proinde electis sed lapsis gratias in Christo decreverit, ut eos misericorditer salvaret; non electis peccatoribus denegaverit ut eos justè punire posset. Et hinc Autores isti dicuntur Supralapsarii, quia Decretum puniendi præcedit ipsis prævisionem peccati, & ipsius peccati permittendij ratio habetur. Sed inter eos qui se Reformatos vocant opinio communior, cui etiam Synodus Dordracena favet, est Infralapsariorum, Sententiæ S. Augustini satis consona, huc rediens: Deum, posteaquam peccatum & generis humani conditionem permittere justis de causis sed nobis incognitis statuisset, tum demum ad electionem processisse & misericordiâ suâ permotum fuisse ut eligeret quosdam è massa illa corrupta gratuito per merita Christi Salvandos; justitiâ verò impulsam ad infligendam aliis quam merebantur damnationem.

Et

Et idè apud Scholasticos ii soli qui salvantur dicebantur *Prædestinati*; Reprobii verò *Præsciti*. Fatendum quidem est ex Infralapsariis ipsis [ne quid de aliis dicam] nonnullos interdum de *Prædestinatione ad damnationem* loqui exemplo S. Fulgentii & S. Augustini ipsius. Sed tunc prædestinatio illis nil aliud significat quàm destinatio, nec quidquam prodest disceptare de vocabulo, quanquam hæc olim anfa fuerit malè accipiendi Godeschalci illius, qui circa medium Sæculi noni famam habuit assumpto Fulgentii nomine, ut se indicaret Autorem istum sequi.

82. Quod destinationem Electorum ad vitam æternam attinet, Protestantes æquè ac Ecclesiæ Romanæ addicti multum rursus inter se scinduntur in partes, domique suæ digladiantur, an electio sit absoluta, an verò fundetur in prævisione Fidei vivæ finalis. Ii qui Evangelici dicuntur, hoc est Confessionis Augustanæ sequaces, posterius asserunt, creduntque non recurrendum ad causas electionis occultas, quando manifesta causa in Scripturis indicata reperiri potest, nempe fides in Christum, videturque ipsis prævisio causæ etiam esse causa prævidendi effectûs. At qui Reformati nominantur, aliter sentiunt, fatenturque salutem quidem oriri à Fide in Christum, sed observant sæpe causam effectupriorem in executione, esse posteriorem in intentione, uti cum causa est medium & effectus est finis. Itaque quæstio est, an fides hominis an verò salvatio sit anterior in intentione Dei, hoc est, an prius velit hominem salvum facere quàm fidelem vel contra?

83. Hinc patet quæstionem inter Supralapsarios & Infralapsarios ex parte, tum deinde hos inter & Evangelicos eò redire ut bene concipiatur ordo qui est in decretis Divinis. Sed fortasse disputatio hæc tota amputari repente posset, cunctis ritè expensis

statuendo, omnia Dei decreta esse simul non solum tempore, de quo nemo dubitat, sed etiam signo rationis vel ordine naturæ. Et certè formula Concordiæ faventibus aliquot S. Augustini textibus & electionem salutis, & media eò perducentia unico eodemque decreto complexa est. Ut verò simultaneitas ista destinationum sive decretorum de quibus agitur meliùs ostendatur, recurrendum est ad methodum, quæ plus semel jam usus sum, quæ huc redit, ut Deus antequam quidquam decerneret, inter alias rerum series possibles consideraverit eam quoque quam postea approbavit, in cujus idea omnia futura representabantur: quomodo scilicet peccaturi essent primi parentes & posteritatem suam depravaturi: quo pacto Christus humanum genus redempturus esset, quomodo pars per varias gratiæ vias ad fidem vivam finalem vel ad salutem esset perventura, & quomodo alii vel adjuti vel non adjuti iisdem aliisve gratiæ donis in peccato perseveraturi & damnandi essent. Eadem deinde Methodus postulat, ut Deus censeatur non approbâsse hanc seriem nisi ubi totam sigillatim expendisset, atque adeò nihil decretoriè statuisse circa salvandos vel damnandos, nisi prius omnibus eam ingredientibus ponderatis, & cum contentis aliarum serierum possibiliû comparatis. Ita fit id quod decernit Deus totam simul seriem complectatur, cui duntaxat existentiam nutu suo impertitur: ac proinde ad alios vel alio modo salvandos necesse fuisset aliam omnino seriem generalem eligi; omnia enim in serie qualibet connexa intelliguntur. Itaque in hoc considerandi modo, qui sapiente dignissimus est, cujus actiones quàm fieri potest maximè conspirant, non nisi unum decretum Dei totale locum habet, nempe decretum creandi talem mundum, quod æqualiter omnia decreta particu-

ricularia complectitur nullo inter illa ordine relicto, quamvis enim ex alio capite dici possit quemlibet actum particularem voluntatis antecedentis in collectione totali contentum, habere suum pretium & ordinem proportionem boni in quod inclinatur, hi tamen actus voluntatis antecedentis non sunt decreta, cum necdum sint infallibiles, finales & decisivi, quia successus eorum adhuc dependet à collectione inclinationum totali aliis collectionibus sive alteri cuicumque seriei prævalitura. Itaque decretum non nisi de toto fertur. Re ita sumptâ cessant omnes agitatae vulgò difficultates circa ordinem decretorum, æque tantum supersunt quas jam submovimus cum mali originem expenderemus.

84. Restat una tantum gravis momenti discussio, quæ proprias habet difficultates: ea est de dispensatione mediocri & circumstantiarum ad salutem & damnationem conferentium, & inter cætera materiam sanè perplexam *de Auxiliis Gratiæ* complectitur de qua (à tempore congregationis de Auxiliis sub Clemente VIII. habitæ, in qua Dominicani inter & Jesuitas concertatum fuit) non facilè Roma patitur vulgari libros. Fateri debent omnes, Deum esse perfectè bonum ac justum, ejusque bonitate fieri ut quàm potest minimè contribuatur ad ea quibus homines possunt fieri nocentes, & quàm maximè possibile est (ad ea quæ ipsorum saluti conducunt. Faten- dum est etiam Deum justitiâ prohiberi, quominus insontes damnet & bonas actiones sine præmio relinquat; quin etiam justam eum proportionem in puniendo & præmiando servare. Hæc tamen idea quam de Justitia & bonitate divina habere debemus, non satis locum invenire videtur in actionibus Dei circa salutem & damnationem hominum nobis cognitæ, & hoc est quod difficultates circa peccatum ejusque remedia parit.

§6. Prima difficultas est circa ipsam peccati in homine originem, quo scilicet pacto anima salvâ Dei justitiâ potuerit infici peccato originali quod est peccatorum actualium radix; Videtur enim Deus hominem ipsi peccato sine injustitia exponere non potuisse. Hæc difficultas tres de Animæ origine opiniones peperit. Prima est de *præexistentia animarum humanarum* in alio mundo vel alia vita in qua peccaverant & ideo ad hoc humani corporis ergastulum fuerant damnatæ. Opinio ista Platoniorum Origini tributa fuit, & sectatores etiamnum habet. Henricus Morus Doctor Anglus aliquid hujus dogmatis justo volumine propugnavit. Quidam præexistentiæ defensores ad metempsychosin usque progressi sunt. Ita nuper Helmontius filius; & sanè Autor ingeniosus meditationum quarundam Metaphysicarum Anno 1678. Sub nomine Guilielmi Wander editarum eodem propendere videtur. Altera opinio *Traductionem* astruit quasi anima infantium ab anima vel animabus eorum à quibus generantur, perinde ac corpus à corpore *per Traducem* generaretur, S. Augustinus huc inclinabat ut peccatum originale melius salvaret. Doctrinam hanc major etiam Confessionis Augustanæ Theologorum pars profitetur, non tamen universim apud illos recepta est, cum Academiæ Jenensis & Helmæstadiensis aliæque jamdudum illi sine adversatæ. Tertia eaque receprissima hodie opinio *Creationem Anima* propugnat & à majori Scholarum Christianarum parte defenditur, sed omnium maxime premitur difficultatibus circa peccatum Originale.

§7. In hanc Theologorum de Animæ humanæ origine controversiam irrepsit Philosophica de *Formarum ortu* disceptatio. Aristoteles & Schola post ipsum dixere *Formam* id quod est principium actionis ipsi agenti intrinsicum. Hoc principium internum

est vel substantiale seu primitivum, quod Anima vocatur, quando corpus organicum afficit; vel accidentale quod vocari solet qualitas. Idem Philosophus dedit animæ nomen genericum Entelechiæ vel *actus*. Hæc vox Entelechia verisimiliter oritur à voce græcâ *enteles*, quæ perfectum significat. Hinc celebris ille Hermolaus Barbarus verbum verbo reddens vertit Perfecti habiam: actus enim est complementum potentiae: Sed hoc solum ut disceret, nihil sanè necesse erat consulere Diabolum uti eum fecisse narrant. Stagirites autem Philosophus duo actuum genera concipit: Actum scilicet permanentem & Actum successivum. *Actus permanentis* nihil aliud est quàm forma vel substantialis vel accidentalis: Forma substantialis, si scilicet ejus nomine cum Peripateticis intelligatur Anima, aut quod ei respondet, est omnino permanens; saltem ex sententia mea, cui omnes animæ perennes videntur; accidentalis tantùm ad tempus permanet. Sed *actus omnino successivus* & fluxus, cujus natura transitoria est, in actione ipsa consistit. Ostendi alibi rationem Entelechiæ non esse contemnendam, cumque permanens est, non solum importare nudam *Facultatem* activam, sed etiam id quod vocari potest *Vis, conatus*, ex quo actio ipsa sequitur, si nihil impediatur. Facultas non nisi attributum est aut subinde *modus*. At *Vis* quando substantiam ipsam non ingreditur (id est vis quæ non est *primitiva* sed *derivativa*) est qualitas distincta & separabilis à substantia, seu productioni & destructioni subjecta. Ostendi etiam, quomodo concipi possit Animam esse vim primitivam modificatam & variatam per vires derivativas sive qualitates & exercitam per actiones.

88. Jam verò Philosophos multùm vexavit Origo substantialium formarum, nam dicere compositum ex Forma & Materia produci sive fieri, Formam verò

com-

comproduci sive confieri, nihil est dicere. Opinio communis fuit formas è potentia materiæ elici, quod vulgò eductio vocatur. Nec istud nos aliquid magnopere docet, explicabatur tamen quadantenus comparatione figurarum, nam statuz figura non fit nisi demendo marmor superfluum. Hæc comparatio locum habere posset si forma sita esset in nuda limitatione, quemadmodum figura. Aliqui crediderunt formas è cælo demitti, inò datâ opera creati dum corpora producuntur. Julius Scaliger innuit fieri posse ut formæ potiùs educerentur è potentia activa causæ efficientis (hoc est Dei si creentur, vel aliarum formarum si generentur) quàm ex potentia passiva materiæ. Et hoc erat redire ad traductionem, saltem quando fit aliqua generatio. Daniel Sennertus Medicus & Physicus Witembergæ celebris hanc Sententiam excoluit, maximè circa corpora animata quæ per semina multiplicantur. Italus quidam in Belgio degens Julius Cæsar della Galla, & cum eo Medicus quidam Groningensis Joannes Freytagius vehementer admodum insurrexere in Sennertum; at Joannes Sperlingius Professor Witembergenſis Apologiam Magistri sui edidit, ac denique cum Joanne Zeifoldo Professore Jenensî creationem Animæ humanæ tuente digladiatus est.

89. Verùm traductio & eductio Animæ; hæc ex Materia, illa ex alia anima vel forma, æquè sunt inexplicabiles: & meliùs habetur origo formarum accidentalium, cum hæ non sint aliud quàm modificationes Substantiæ, unde earum origo per eductionem, hoc est per variationem limitum explicari potest, prorsus sicut origo figurarum. Sed res longè alia est quando agitur de origine substantiæ, cujus etiam ortus & interitus æquè sunt difficiles explicatu. Sennertus & Sperlingius ausi non sunt admittere per-

manentiam & indestructibilitatem animæ brutorum vel aliarum formarum primitivarum, quanquam agnoscerent illas esse indivisibiles & immateriales; nempe quia verebantur iis immortalitatem concedere. Sed sciendum est indestructibilitatem cum immortalitate non esse confundendam, cum enim animam humanam immortalem dicimus non tantum animæ Substantiam atque individualitatem physicam sed & personalitatem seu individualitatem moralem subsistere intelligimus. Nam in anima rationali id quoque subsistit quo fit ut anima sit eadem persona quæ servat qualitates suas morales conservando conscientiam vel perceptionem reflexivam internam ejus quod ipsa est, per quod ipsa capax præmii pœnæque redditur. Sed conservatio ista personalitatis in animabus belluarum à nobis statui non potest, quare eas innocuas sive indestructibiles, quàm immortales dicere malim. Interim hæc æquivocatio magnam videtur in Thomistarum aliorumque bonæ noxæ Philosophorum doctrina inconsequentiam peperisse, qui omnium animarum immaterialitatem sive indivisibilitatem agnoverunt, nec tamen fateri voluerunt earum indestructibilitatem, ne immortalitatem eis tribuere viderentur, magno cum præjudicio immortalitatis animæ humanæ cui probationem suam subtraherent, substantiarum simplicium destructionem admittentes. Joannes Scotus dictus etiam Erigena, id est Hibernus (Scotia enim olim Hiberniam designabat) regnante Ludovico Pio ejusque filiis florens, jam tum animarum omnium conservationem tuebatur. Nec video cur ab hac Doctrina abhorreere debeamus, aut cur minus incommodum sit atomos cum Epicuro vel Gassendo perennes ponere, quàm Substantias omnes verè simplices & indivisibiles (quæ solæ & genuinæ atomi naturæ sunt) perpetuitate donare.

Uc

Ut adeo merito mihi Pythagoras apud Ovidium generatim dixisse videatur.

Morte carent anima.

90. Cum regulas amem sibi constantes quæ exceptiones quàm licet paucissimas patiantur, dicam hoc loco bonâ ut spero lectoris veniâ, quid mihi in hac ingentis momenti controversia maximè congruum rationi videatur. Censeo igitur animas & generatim substantias simplices, nec initium nisi per creationem, nec finem nisi per annihilationem habere posse: cumque organicorum corporum efformatio secundum naturæ ordinem videatur explicari non posse, nisi dum *preformatio* jam tum organica penitur, inde intulid quod nos generationem vocamus animalis, nihil aliud esse quam transformationem & augmentationem. Itaque cum quiddam de corpore animalis jam ante conceptionem organizatum fuerit, putandum est illud jam tum animatum fuisse, eandemque quodammodo animam habuisse: uti viceversa judico ex conservatione animæ postquam semel creata est, animal etiam conservari, & mortem apparentem nihil esse nisi involutionem, cum verisimile non sit in ordine naturæ existere animas prorsus ab omni corpore separatas, vel ex corpore in corpus devoluitantes: aut quod naturalis initii expers est, naturæ viribus desinere posse.

91. Postquam ordinem tam concinnum & regulas tam generales Animalibus ordinario naturæ cursui relicto statuimus, æquum non videtur hominem inde prorsus excludi & omnia circa animam ejus miraculo peragi. Est monui plus semel ad Dei Sapientiam pertinere, ut harmonica in naturæ operibus sint omnia, & natura sit gratiæ parallela. Itaque existimem animas quæ aliquando erunt humanæ, non minùs quam aliarum specierum animas jam

fuisse in feminibus regrediendo per omnes majores usque ad Adamum, & ab initio mundi in quadam corporis Organici ratione extitisse. In quo Cl. Swammerdam R., P. Malebrancus, D. Baylius, D. Pitcarne, D. Hartsoëcker aliique complures viri doctissimi mecum sentire videntur. Et doctrina hæc satis confirmatur observationibus microscopicis Domini Leeuwenhoek aliorumque solertium observatorum. Sed mihi multas ob causas etiam congruum esse videtur, ut non præextiterint nisi tanquam animæ sensitivæ vel tantum animales, perceptione sensuque præditæ ac ratione destitutæ, manserintque in eo statu donec homo, cui quæque debebatur, generaretur, tum demum rationem accepturæ; Sive modus naturalis suppetat elevandi animam sensitivam ad perfectionem animæ rationalis (quod non ita facile agnosco) sive Deus per operationem quandam particularem, vel, ut ita dicam, transcreationem huic animæ rationem largiatur: quod eò facilius admitti potest quò frequentius revelatio multas alias operationes immediatas Dei in animas nostras docet. Hæc explicatio videtur solvere perplexos illos nodos, quos hoc in loco tam Philosophi quàm Theologi nectunt, cum difficultas originis formarum profus cesset, & divinæ justitiæ longè convenientius sit, animæ physicè & animaliter jam corruptæ per Adami peccatum dare novam perfectionem, scilicet rationem; quàm animam aliquam rationalem per creationem vel aliter inferere corpori in quo moraliter sit corrumpenda.

¶ 1. Jam verò ubi anima semel fuerit sub peccati dominatu, & in procinctu aliorum committendorum, quamprimum homo rationis exercendæ compos fuerit; nova quaestio exoritur, an hæc dispositio hominis nondum per baptismum regenerati sufficiat ad ejus damnationem etiam si ad peccatum
actuale

æquale non deveniat, uti contingere potest & sæpe contingit sive ante ætatem rationis moriatur, seu ante rationis usum hebescat. Afferunt aliqui S. Gregorium Nazianzenum id negare (Orat. de Baptismo) sed S. Augustinus affirmativam Sententiam tenet, ac contendit solum peccatum originale sufficere ad merendas inferni pœnas, quamvis ea opinio valdè dura sit, ne quid amplius dicam. Dum autem hîc de damnatione & inferno loquor, intelligo dolores & non nudam privationem felicitatis æternæ; intelligo pœnam sensus, non damni. Gregorius Ariminensis Augustinianorum Magister Generalis, cum paucis aliis contra receptam in Schola sui temporis opinionem, S. Augustinum secutus est & propterea *tortor infantum* vocabatur. Scholastici, nolentes eos in flammam inferni mittere, propriam ipsis limbam assignarunt, in quo nihil patiantur, nec puniantur nisi solâ visionis beatificæ privatione. Revelationes S. Birgittæ (uti vocantur) Romæ in pretio habitæ huic etiam dogmati favent. Salmeron & Molina post Ambrosium Catharinum, aliosque concedunt ipsis beatitudinem, quandam naturalem; & Cardinalis Sfondratus vir eruditus ac pius, qui idem probat, eò progressus est ut Statum eorum ut pote Statum felicitatis innocentiam Statui peccatoris salvati quodammodo præferret, uti apparet ex libro ejus cui Titulus: *Nodus Prædestinationis solutus*. Hoc verò aliquantò nimium esse videtur: Verum quidem est animam, uti oportet illustratam nolle peccare, quamvis peccando omnes voluptates imaginabiles, etiam æternas consequi posset, sed hæc innocentiam inter & veram beatitudinem optio nulli datur, casusque est planè Chymæricus & præstat obtinere beatitudinem licet post pœnitentiam, quam cæ semper privari.

23. Multi in Gallia Antistites ac Theologi qui à

Molina recedere & S. Augustino adhærescere amant, inclinare videntur in sententiam magni illius Doctoris infantes in statu innocentie ante Baptismi susceptionem mortuos æterno rogo damnantis, quod ex Epistola supra laudata apparet, quam ad Innocentium XII. Pontificem quinque insignes Galliæ Antistites adversus hunc Cardinalis Sfondrati librum posthumum conscribere; in qua tamen doctrinam de infantum sine baptismo mortuorum pœna purè privativa damnare ausi non sunt, cum videant illam Venerabili Thomæ Aquinati, & aliis magnis Viris probari. Taceo illos qui hinc Jansenistæ, inde S. Augustini discipuli vocantur, nam ipsi se pro S. Augustini Sententia stare planè fortiterque profitentur. Sed fatendum est hanc sententiam nec in ratione nec in Scriptura sufficiens habere fundamentum, & ipsa duritate sua animos offendere non præoccupatos. Nicolius eam satis malè excusat in suo de unitate Ecclesiæ libro quem Juræzo opposuit, quanquam Baylius Nicolium tæatur Cap. 178. Responsionis ad Quæsitæ Provincialis Tom. 3. Nicolius ostendit in Religione Christiana nonnulla alia adhuc esse dogmata, quæ dura videantur; Sed præterquam quod inde non sequatur, licere sine probatione multiplicare has duritates, considerandum est alia illa dogmata quæ Nicolius allegat, uti sunt peccatum originale & pœnarum æternitas, non nisi externam speciem duritatis & injustitiæ habere. Contrà vero damnatio infantium sine peccato actuali & sine regeneratione lavacri mortuorum re ipsa dura & injusta foret, hoc enim revera esset innocentes damnare. Quod facit ut credam opinionem quæ hoc tæatur, nunquam, ne in ipsa quidem Ecclesia Romana penitus prævalituram. Theologi Evangelicæ magna cum moderatione hac de re differere solent, & istas animas Creatoris sui judicio clem-

men-

mentiaque permittere. Et sanè latent nos extraordinariæ viæ quibus Deus ad illustrandas animas uti potest.

94. Non ineptè dicas eos, qui ob solum originale peccatum damnant, imprudentes incidere in quendam usum dispositionis humanæ & præscientiæ Divinæ, quem in aliis improbant. Nolunt Deum negare gratiam n̄s quos prævidet restituros; nolunt prævisionem istam aut prævisam dispositionem esse causam damnationis; & tamen contendunt dispositionem illam quæ peccatum originale constituit, & in qua Deus prævidet infantem peccaturum, simul atque ad usum rationis pervenerit, sufficere ad infantem istum anticipatè damnandum. Certè qui unum tenent & alteram respuunt, uniformitatem & connexionem suis in dogmatis non satis fervare videntur.

95. Nec multò minor est difficultas in iis qui ubi ad annos discretionis pervenerunt, in peccata ruunt, secuti pondus inclinationis corruptæ, & perituri nisi necessario auxilio gratiæ vel à præcipitio cui imminet, retrahantur, vel semet lapsi ex abyssò iterum emergant. Videtur enim durum eos æternùm damnare qui fecerunt, quod, ne facerent, cavere non potuerunt & auxiliū denegationem luere. Equidem qui infantes ipsos discretionis incapaces tam facilè damnant, minus adhuc de adultis solliciti erunt: Diceresque illis assiduo obversantium suppliciorum sensu mentem occalluisse. Sed alii aliter sunt affecti; Ego sanè libenter iis assentirer qui sufficientem volenti gratiam concedunt omnibus, ut scilicet à malò liberari possint, dummodo adsit in voluntate eorum dispositio ad utendum auxilio, absit dispositio adreficiendum. Objicitur fuisse & adhuc esse innumeros homines in populis exultis æquè ac Barbaris qui necessariâ Dei notiâ caruisse creduntur quia viâ receptâ & notâ ad

eam pervenire illis non est datum. Verùm ut eos ob-
 tentu nudi peccati Philosophici non excusẽm, neque
 in simplice privationis pœna immorer, quæ hîc dis-
 cutere non vacat; est cur de facto quod hîc asseritur
 dubitemus, neque enim novimus an non auxilia or-
 dinaria aut extraordinaria notis ignota acceperint.
 Axioma istud, quod *facienti, quod in se est, non dene-*
gatur gratia necessaria, mihi æternæ veritatis esse vi-
 detur. S. Thomas Aquinas (qu. 14. de veritate Art.
 11. ad 1. & alibi) Bradwardinus Archiepiscopus
 Cantuariensis (de Causa Dei non procul ab initio)
 aliique aliquid quod nos latet hîc contingere inue-
 runt. Et plures Theologi magnæ in Ecclesia ipsa Ro-
 mana autoritatis docuerunt actum sincerum amoris
 Dei super omnia sufficere ad salutem, quando exci-
 tante Christi gratiâ elicitur. S. Franciscus Xaverius
 Japonibus respondit: Si majores eorum lumine suo
 naturali bene usi fuissent, Deum eis gratias ad salutem
 necessarias fuisse largiturum, quam responsionem
 valdè probat S. Franciscus Salesius Genevensis Epis-
 copus lib. 4. de Amore Dei Cap. 5.

95. Hoc ipsum excellenti Viro Paulo Pelissonio
 ob oculos posui, ut ei ostenderem Ecclesiam Roma-
 nam longius quàm non paucos Protestantes progres-
 sam non damnare absolutè eos qui sunt extra suam
 communionem, imò nequidem eos qui sunt extra
 Christianismum si Christianismum sola fide explicita
 metiamur: Nec hoc propriè loquendo refutavit Vir
 præstans in humanissima Responsione sua quam in
 quarta Considerationum suarum parte edidit, cui &
 scriptum meum adjungere voluit. Considerandum
 ei tunc obruli id quod celebris Theologus Lusitanus
 Jacobus Payva Andradius qui Concilio Tridentino
 interfuit, adversus Chemnicium scripsit eodem Con-
 cilio durante. Et nunc ut alios multos Autores præ-
 teream,

teream, satis erit mihi proferre P. Fridericum Spee Jesuitam è præstantissimis suæ Societatis, qui etiam istam de Amoris Dei efficacia sententiam communem fovit & excoluit, uti apparet ex præfatione insignis libri, quem Germanicè scripsit de Virtutibus Christianis sive Theologicis. Loquitur autem de hac observatione tanquam de pietatis arcano magni momenti, & disertè exponit amoris Divini virtutem, quâ tollere peccatum etiam sine Sacramentorum Ecclesiæ Catholicæ interventu possit, modo ne contemnantur, quod ipsi amori repugnaret. Cujus rei primam notitiam hausit à Viro quodam Summo & Eminentissimâ in Ecclesia Romana dignitate conspicuo. R. P. Speus (ut hoc obiter addam) è nobili Westphalici circuli Stirpe oriundus erat, obiitque in odore sanctitatis, uti testatur is qui librum ejus cum Superiorum Approbatione Colonizæ vulgavit.

96. Excellentis hujus viri memoria eruditus etiam ac sapientibus in pretio esse debet ob conscriptum libellum insignem, cui Titulus est: *Cautia criminalis circa processus contra Sagas*, qui fuit magnopere celebratus, & in varias linguas translatus. A magno Electore Moguntino Joanne Philippo Schonbornio, Eminentissimi Electoris hodierni, qui dignissimi hujus decessoris vestigiis gloriosè insistit, Patruo didici, hunc virum cum in Franconia esset, quando in Magiæ diabolicæ reos habitos igne sæviebatur, ac complures ad rogam comitatus fuisset, quos ex confessionibus & perquisitionibus à se factis insontes omnes agnoscebat, ita commotum fuisse, ut periculo quod veritas tunc pariebat nihil territus, opus illud (tacito tamen nomine) conscribere statuerit, cujus ingentem tandem fructum Germania tulit. Nam cum alios tum illum ipsum Eximium Principem, tunc adhuc inter Canonicos agentem, post Episcopum Herbipolensem

sem ac denique etiam Moguntinum Archiepiscopum S. R. I. Electorem ab errore populari nocentissimo ad mitiorem verioreque sententiam traduxit. Atque is deinde, simul atque regimen auspicatorum est, re discussâ actisque inspectis, exustiones istas compescuit, in quos sequaces habuit Brunvigenses Duces, ac denique potissimam aliorum Germaniæ Principum Statuumque partem.

98. Hæc digressio mihi opportuna visa est, quia Autor iste dignus est qui magis cognoscatur. Redeo ad propositum & addo, etiamsi concedatur hodie Christi secundum carnem noticiam necessariam esse ad salutem, uti reverà tutius docetur; statui tamen posse, Deum eam omnibus esse largiturum qui, quod humanus in se est, faciunt, etiamsi miraculo opus esset. Et verò scire non possumus quid rerum in mortis articulo geratur in animabus. Quòd si eruditi gravesque Theologi complures, infantes in Baptismo speciem fidei quandam accipere statuunt, quamvis postea non meminerint, cum de illa interrogantur; cur simile, imò expressius quiddam in morientibus quos post mortem interrogare non possumus, fieri posse negabimus? ut proinde infinitæ Deo viæ pateant, quibus Justitiæ suæ simul ac bonitati consulere possit. Hoc solum objici potest, nos ignorare quam inierit viam; sed frustra objici quis non videt?

99. Veniamus ad eos, quibus non facultas respiscendi sed ipsa bona voluntas deest. Hi procul dubio sunt inexcusabiles, cessatque difficultas ab eorum parte, sed non omnino cessat à parte Dei, cujus in potestate fuit ipsam illam largiri bonam voluntatem. Dominus voluntatum ipse est. Corda Regum & aliorum hominum in manu Ejus sunt. Nec dubitat Scriptura dicere, induere Eum quandoque impios, ut penâ

potentiam suam ostendat. Hæc quidem induratio non ita intelligenda est, quasi Deus illis extraordinariè imprimeret quandam Antigratiæ speciem, hoc est repugnantiam aliquam ad bonum, vel inclinationem ad malum, uti gratia, quam largitur, est inclinatio ad bonum : Sed res ita accipi debet, quòd deus consideratâ rerum seriè à se electâ ob rationes ordinis sublimiores censuerit permittendum esse ut Pharaon E. G. in circumstantiis illis versaretur quæ improbitatem ejus auferrent, sed ita, ut Sapiencia divina ex hoc malo elicere bonum vellet possitque.

100. Itaq; totum sæpe recidit in circumstantias quæ partem faciunt concatenationis rerum. Infinita sunt exempla minutarum istarum circumstantiarum, quæ sive ad convertendum, sive pervertendum serviunt. Nihil notius quàm illud *Tolle lege* quod S. Augustinus è vicina domo in clamari audit cum de eligenda inter Christianos Sectis divisos parte deliberaret, ac sibi diceret *Quod vita sectabor iter ?* Qua voce allapsa impulsus Scripturæ sacræ codicem, quem coram habebat, aperuit & in verba incidit, quæ quasi Deo admonente Manichæismum deserere denique compulerunt. Nicolaus Stenonis Datus vir minimè malus & mihi notus cum Episcopum titularem Titianopolitanum, & Vicarium, quem vocant, Apostolicum Hanoveræ & in locis circumjacentibus ageret, quo tempore Dux eandem religionem professus rerum illic potiebatur ; nobis simile quid sibi contigisse referebat. Insignis erat Anatomicus, inque naturæ cognitione valde versatus, sed ab ea pervestiganda destitit infeliciter, & è magno Physico factus est mediocris Theologus. Sermonem de naturæ mirandis vix amplius ferebat, nec, credo, citra expressum Pontificis mandatum in virtute S. Obedientiæ extorsisset ab eo observationes quas Cl. Thevenotius

142 PARS PRIMA *De Bonitate Dei,*
notius eum flagitabat. Narrabat ergo nobis ad
gendam Ecclesiæ Romanæ partem magno sibi inci-
mento fuisse vocem matronæ cujusdam Florentiæ si-
cè fenestra inclamantis : ne perge quâ tendis, Domi-
ne, alteram viam insiste. Perculit me [ita nobis in-
quiebat] vox ista. Tunc enim religioni meditando
intentus eram. Sciebat Matrona quæri à Stenonio ho-
minem in eâdem domo, cumque aberrare à via ce-
neret, amici eum sui conclave edocere volebat.

101. P. Joannes Davidius Jesuita librum edidit
cui Titulus est, *Veridicus Christianus*. Habendum in
stat Bibliomantiæ cujusdam, in qua Sententiæ for-
tuito sumuntur exemplo Augustiniani illius *Tolle in-
ge*, estque devotionis ludus quidam. Sed casus
quos inviti aut inscii incidimus, ad salutem nobis
afferendam vel eripiendam nimium quantum conse-
runt. Fingamus duos pueros gemellos Polonos, al-
terum à Tartaris captum, Turcis venundatum, et
Apostasiam perductum, in impietatem immersum,
in desperatione morientem; alterum verò casu ab-
quo servatum, cuidam deinde probò viro in discipli-
nam datum, & solidioribus religionis sanctæ verita-
tibus imbutum, virtutibus excultum, mortem Chri-
stiano dignam oppetentem. Miseranda censebimus
fata prioris, quem exigua forsan circumstantia beati-
tudo forte fraternâ prohibuit, & mirabimur tantillo casu
de æternitate decidi.

102. Dicit forsan aliquis, Deum per Scientiam
mediam prævidisse priorem æquè improbum fun-
tum fuisse vel saltem æquè damnandum si in Polo-
nia permansisset. Et sanè tale quiddam fortasse ne-
rarò locum habet. Sed quis dicere audeat gene-
lem hîc regulam condi posse, & neminem ex iis
inter Ethnicos damnati sunt, salvandum fuisse si vi-
set inter Christianos. An non aperte id repugnat

ino dicenti. Tyrum & Sidonem meliùs quàm Carnarum prædicationibus suis ufuras fuiffe fi eas auiffent ?

103. Sed quamvis generalis ifte ufus Scientiæ meæ contra verifimilitudinem omnem hîc concederetur, femper tamen fupponitur Deum confiderare ad homo in his & iftis circumftantiis effer facturus: femperque verum manet circumftantias ipfas à Dei fpenfatione pendere, Eumque potuiffe collocare ominem in aliis magis falutaribus, & auxilia internâ et externa largiri quæ malignos utcumque circumftantiarum influxus vel quantacumque animæ cuiuscumque malitiam vincere poffent. Dices mihi: eum ad id non teneri: Verum hoc non fufficit: addere oportet, majoribus rationibus prohiberi quominus omnem bonitatem fuam omnibus exhibeat. aq̃ue iuftiffimam electionem hîc intervenire oportet, fed electionis iftius iuftitiam & rationem, in bonâ malaque hominum indole abfolutè & unicè quædam effer non apparet. Nam fi cum nonnullis ponitur, Deum electâ ferie quæ plurimum boni producit, fed quæ fimul peccatum & damnationem involvat, fapientiæ fuæ impulfu eos femper prætuliffe, horum melior indoles gratiæ munere dignior cenfatur; jam gratia Dei non fatis fore gratuita videtur, futurumque erit ut homo per quoddam modi innati genus fele discernat ipfe, quod à S. Pauli incipiis, imò & à Rationis fupremæ placitis alienum

104. Verum quidem effer dari caufas aliquas electionis Divinæ, & has confideratio fubjecti, hoc effer hominis indoles ingredi debet, fed non videtur electo Dei astringi poffe regulæ quam homo capiat, quæ e humana fuperbiæ blandiri queat. Quidam theologo celebres exiftimant Deum plus gratiarum

vel modo favorabiliore offerre iis quos minus restitu-
ros prævidet, alios verò suæ pertinaciæ permittere:
Est cur credamus rem ita se persæpe habere, eaque
se expediendi ratio inter cæteras in quibus homo ipse
se indolis innatæ favore à cæteris discernere statuitur
maximè à Pelagianismo recedit. Sed nec hoc tamen
ipsum pro generali regula statuere ausim. Et ne glo-
riandi ansam habeamus, electionis divinæ causas esse
nobis ignotas oportet: & sanè nimis variæ illæ sunt
quàm ut sub nostram noticiam cadant omnes, fieri-
que potest, ut Deus aliquando in pertinacissima resi-
stentia superanda gratiæ suæ potentiam ostendat, ne
quis habeat desperandi causam, uti nemo blandiendi
sibi habere debet. Videturque mens hæc S. Pauli
fuisse dum se in exemplum proponit: *Ideo* (inquit I.
ad Timot. I. v. 16.) *misericordiam consecutus sum,*
ut in me primò ostenderet §. *C omnem patientiam ad*
informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam
æternam.

105. Fortasse revera omnes homines sunt ex se
equaliter pravi ac proinde ad discernendum seipfos
impotentes, utcumque indoles eorum, bonæque aut
malæ qualitates in calculum referantur. Sed etsi essent
pravi *equaliter* non tamen sunt *similiter*; Est enim
nativa quædam & individualis differentia inter ani-
mas, uti Harmonia præstituta ostendit. Diversi plus
minusve in diversa bona malave aut eorum contra-
ria feruntur, & totum secundùm naturales eorum
dispositiones accidit. Sed cum universi systema ge-
nerale quod Deus ob rationes superiores elegit, effi-
ciat ut homines in diversas circumstantias incidant, illi
qui indoli suæ favorabiliores nanciscuntur, facilius
mala vitabunt, virtutemque ac felicitatem acquirant,
sed semper ope impressionum gratiæ nativam indole-
m excitantis, adjuvantisque. Et fit interdum etiam

in humana vita, ut indoles aliqua præstantior forte se-
quiori utatur ob culturæ vel occasionum defectum,
Itaque tandem dici potest eligi homines, & in rerum
serie collocari non tam pro excellentia sua per se spe-
ctata, quàm secundum convenientiam quam habent
cum consilio Dei, prorsus quemadmodum fieri potest ut
lapis minoris pretii in ædificio vel compage adhibea-
tur, quia certum quoddam vacuum replere reperitur.

106. Verum enim verò omnia hæc tentamenta ra-
tionum, omnes hypotheses, quas varias comminisci li-
cet, ita tamen ut alicui earum se penitus addicere ne-
cessè non sit, nullum alium rectiorem usum habent,
quàm ut planum fiat sexcentos providentiæ Dei de-
fendendæ modos suppetere; & quemadmodum ha-
ctenus monstrayimus atque in progressu ampliùs
ostendemus, cum Baylio satisfiet, omnia incommo-
da, quæ videmus, omnes objectiones quas sustine-
mus, omnes difficultates quas deprehendimus, non
obstare, quominùs omni jure credamus, etsi aliunde
demonstratum non haberemus, nihil esse sublimius
Dei sapientiâ, nihil æquius judiciis, nihil purius san-
ctitate, nihil denique immensius bonitate.

TENTAMINUM

*Super Bonitate Dei, Libertate Hominis
& Origine Mali.*

PARS SECUNDA.

107. **H**ucusque in argumento hoc toto per se
spectato amplè delucideque exponendo
posuimus operam; & quamvis de Baylianis objec-
tionibus nihil dum dixerimus speciatim, eas tamen præ-
venire & viam respondendi aperire studuimus. Sed
Tomus I. K cum

146 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei*,
 cum omnium sigillatim dissolvendarum provinciam
 susceperimus, non solum quia quædam adhuc for-
 tassisè restant quæ elucidari merebantur, sed quia in-
 stantiæ Viri plerumque ingenii & eruditionis plenæ
 sunt, & controversiæ magis illustrandæ profunt; ju-
 vabit præcipuas per ipsius opera dispersas collegisse,
 eisque solutiones nostras subjunxisse. Notavimus ab
 initio, *Deum ad malum morale, & ad malum physi-*
cum concurrere, & quidem ad utrumque & mora-
liter & physicè; ac hominem etiam ad eadem concur-
rere moraliter & physicè, eo activitatis libertatisque
gradu qui ipsum vituperio pœnaque dignum efficiat.
 Ostendimus insuper quodlibet horum capitum suam
 habere difficultatem; sed potissima in eo est, ut tuea-
 mur Deum ad malum morale id est ad peccatum
 moraliter concurrere, nec tamen esse autorem, imò
 ne complicem quidem peccati: Atque inde nunc or-
 diemur.

108. Concurrit autem Deus moraliter, malum
 justè *permittendo* & sapienter ad bonum *dirigendo*,
 uti ostendimus satis (ni fallimur) evidenter. Sed quo-
 niam in hoc potissimum argumento Baylius exultat,
 seque eos profligaturum confidit qui nihil esse in Fide
 contendunt quod cum Ratione conciliari nequeat;
 hoc loco præcipuè ostendendum est dogmata nostra
 rationum etiam esse munita vallo, quod validissimo-
 rum ejus tormentorum quassationibus resistere possit,
 ut ipsius allegoriâ utamur. Ista vero tormenta direxit
 in nos Cap. 144. Responsionis suæ ad Quæsitæ Pro-
 vincialis (Tom. 3. pag. 812.) ubi doctrinam Theo-
 logicam Propositionibus septem complectitur, quibus
 Axiomata Philosophica novendecim veluti totidem
 machinas murales grandiores vallum nostrum labe-
 factaturas opponit. Initium à Propositionibus Theo-
 logicis faciamus.

109. I. *Deus, inquit, Ens illud aeternum, necessarium, infinitè bonum, sapiens ac potens ab omni aeternitate gloriam beatitudinemque possidet qua nec crescere nec minui potest.* Hæc Baylii propositio non minùs Philosophica quàm Theologica est. Dicendusne sit Deus gloriam possidere, cùm solus existit, à vocis acceptione pendet. Dicere cum quibusdam possumus gloriam esse gaudium è perfectionum propriarum sensu natum. Hoc significatu Deus gloriam semper possidet; Sed si gloria ad notitiam alienam refertur, Deo non obtinget gloria, nisi dum se creaturis intelligentibus cognoscendum præbet; quanquam ipse nullum inde novum bonum obrineat, & creaturæ potiùs inde bene habeant, cum, ut oportet, Dei gloriam spectant.

110. II. *Determinavit se liberè ad creaturarum productionem, & inter entia possibilea infinita elegit ea quibus existentiam impertiri placuit, ut ex ipsis univèrsam componeret, aliis omnibus in suo nihilo relinquitis.* Hæc quoque Propositio consonat ei Philosophiæ parti, quæ Theologia Naturalis dicitur, proxime uti præcedens. Insistendum aliquantulum erit huic phrasi quâ dicitur elegisse entia possibilea prout placuit dum enim dico: hoc mihi placet tantundem est ac si dicerem: hoc probo sive bonum censeo. Itaque bonitas idealis objecti est, quæ placet, quæque movet ad electionem sui inter alia multa quæ non placent, vel quæ minus placent, id est quæ minus bonitatis me moventis continent. Jam autem sola veta bona placere Deo possunt, ac proinde quod Deo magis placet, & quod ad sui electionem eum movet, est optimum.

111. III. *Cum humana natura fuisset è numero entium qua producere voluit, virum unum unamque feminam creavit, eisque sæteras inter dotes liberum concessit arbitrium, ut in eorum potestate fuerit obe-*

148 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei,*
dire Deo, mortemque comminatus est eis, si datum sibi
à fructu quodam abstinendi mandatum transgredere-
rentur. Hæc propositio ex parte revelata est, & sine
difficultate admittenda, dummodo liberum arbitri-
um intelligatur ut oportet, juxta explicationem à no-
bis jam datam.

112. IV. *Comederunt nihilominus de eo fructu, &*
exinde ipsi, eorumque posteri ad hujus vite misérias,
ad mortem temporalem aternamque pœnam condems-
nati sunt, tanteque ad peccandum inclinationi subje-
cti, ut ferè incessanter & sine fine in peccata laban-
tur. Locus hîc est judicandi actionem veritam seipsâ
potiùs & vi naturalis consequentiæ quàm sententiæ
condemnatoriæ malos hos effectus invexisse, & id-
circo ex naturali ratione, non verò per decretum me-
rè arbitrarium veritum fuisse, ad eum ferè modum
quo pueri cultros tractare prohibentur. Celebris ille
Anglus Robertus Fluddus sive de Fluctibus conscri-
psit olim librum de vita, morte & resurrectione sub
nomine R. Otreb, in quo asseruit arboris prohibitiæ
fructum fuisse venenosum: nos verò aliquid hujus-
modi sigillatim affirmare non possumus. Sufficit,
quòd Deus rem homini undecumque demum noxiam
prohibuerit, nec putandum egisse nudè personam
legislatoris qui legem ferat purè positivam, aut judicis
qui pœnam imponat infligatque quia sic libet, absque
connexione ulla inter malum culpæ & malum pœ-
næ. Sed neque necesse est fingere Deum justè irrita-
tum inobedientiâ, mox de industria hominis animæ &
corpori corruptelam infudisse per actionem quandam
extraordinariam qua puniretur, ad eum ferè modum
quo Athenienses reis suis cituram propinabant, et si
rem sic accipiat Baylius, loquaturque quasi originalis
animæ primi hominis corruptela per mandatum &
operationem divinam invec̃ta fuisset. Hinc (Resp. ad
Pro-

Provinc. Cap. 178. pag. 1218. Tom. 3. Objicit: *Rationem non patrocinatoriam Monarcha qui ut perduellens puniret & ipsum & ejus posteros ad rebellandi proclivitatem condemnaret.* Dicendum est enim hanc poenam proclivitatis ad malum improbis obtingere naturaliter, absq; ullo mandato & studio legislatoris, & peccando effici ut peccato delectentur. Si ex naturæ corporæ legibus ebriosis prolem ad idem vitium pronam gignerent, poena quidem gignentium foret, sed poena inflictæ à natura, non à lege. Affine quidpiam est in effectibus peccati primi hominis. Nam divinæ sapientiæ contemplatio nobis persuadet regnum naturæ servire regno gratiæ, Deumque tanquam architectum naturæ omnia fecisse prout Deum mentium monarcham decebat. Equidem fructus prohibiti, totiusque actionis naturam tam exactè non cognoscimus, ut de hoc negotio possimus explicatè judicare: hoc tamen Deo debemus, ut amplius aliquid & reconditum magis, quàm quod penicillo suo nobis pictores exhibent in protoplastorum lapsu, sublatuisse judicemus.

113. V. *Placuit. Ipsi secundum infinitam misericordiam suam homines nonnullos etsi paucissimos ab hac damnatione liberare.* & *quanquam eos in hac vita corruptela peccato miserieque expositos relinqueret, auxiliis tamen ipsos munire voluit, quibus perpetuam paradisi beatitudinem obtinerent.* Dubitarunt plures olim, an damnatorum numerus tantus sit, quantus vulgò putatur, uti jam supra observabam, videnturque medium quoddam inter damnationem æternam & perfectam beatitudinem statuisse. Verùm opinionibus istis opus nobis non est, sufficitque sententiis in Ecclesia receptis inhaerere: ubi juvat notare, hanc Baylii enunciationem esse conceptam secundum principia *gratia sufficientis* omnibus hominibus con-

150 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei,*
cessæ, quæ scilicet sufficiat iis quibus non deest bona
voluntas. Et quamvis Baylius hypothese oppositæ fa-
veat, voluit tamen (uti ad marginem ipse notat) vi-
tare formulas, quæ decretorum eventibus contingen-
tibus prævisis posteriorum sistemati non congrue-
rent.

114. VI. *Quidquid futurum erat, ab aeterno præ-
vidit, res omnes ordinavit & quamlibet earum in loco
suo statuit, easque continuo dirigit ac gubernat iuxta
beneplacitum suum, ita ut nihil fiat sine permissione aut
contra voluntatem Ejus, possitque ipse quantum &
quoties bonum videbitur, quidquid non placet impedi-
re, ac peccatum imprimis quo Ipse maxime offenditur,
quodque omnium maxime detestatur, ejusque loco
producere in qualibet anima humana cogitationes quas
maxime probat. Hæc Thesis est iterum purè Philoso-
phica, id est Rationis naturalis lumine nota: &
quemadmodum supra ad Thesin secundam insiste-
bamus tū quod placet, juvat hîc etiam insistere tū
quod bonum videtur, id est quod Deus factu bonum
esse censet. Equidem Deus, prout ipsi bonum videtur,
submovere potest quidquid sibi non placet; Conside-
randum tamen est quædam aversationis suæ objecta,
qualia sunt certa quædam mala, & maxime peccata,
quæ voluntas antecedens propulsabat, per volunta-
tem consequentem sive decretoriam non potuisse
Eam repudiare, nisi in quantum ferebat regula opti-
mi, quod sapientissimus eligere debebat omnibus
pensatis. Dum dicitur quod *Deus maxime offendatur
peccato & quod maxime peccatum detestatur*, modi
sunt loquendi humani. Nam Deus propriè loquendo
offendi, id est lædi, incommodo affici, inquietari aut
irasci nequit, & nihil eorum quæ existunt *detestatur*,
posito quod detestari sit idem atque cum abomina-
tione aspicere, nauseam, rancorem, cordolium con-
cipere*

cipere ex conspecto, Deus enim nec angorem nec dolorem nec incommodum pati potest; perfectè semper contentus & beatè agens. Tales tamen locutiones sano sensu admitti possunt & debent. Suprema enim Dei bonitas efficit, ut voluntas ejus antecedens malum omne repellat, sed malum in primis morale, quod non admittet nisi ob rationes Superiores Optimi, quibus involvitur, & magnis cum temperamentis, quæ malos effectus cum lucro compensant. Verum quidem etiam est, Deum posse producere in qualibet anima humana quasvis cogitationes quas probat, sed hoc foret præter rerum ordinem per miracula agere, plusquam divini operis idea possibilium omnium optima ferat.

115. VII. *Offert hominibus quibusdam gratias quas scit ab eis esse repudiandas, quamvis ea recusatione intelligat magis reos damnabilesque reddendos. Declarat ipsis, ardentè à se queri ut gratias oblatas acceptent, nec tamen eis dat gratias, quas novit acceptandas.* Verùm est homines istos magis nocentes evadere suâ recusatione, quàm si oblata non fuissent, neque id à Deo ignorari. Sed præstat Deum permittere crimen, imò ea agere quibus homines ad majus crimen abuti possint, quàm perfectioni suæ justitiæque deesse & verissimam hominibus querendi de se causam præbere, si sufficientia salutis auxilia non obtulisset, si improbis verè jactare liceat, non potuisse se melius agere, quamvis voluissent. Itaque non potuit non offerre Deus gratias hominibus susceptoras si vellent, etsi ipsi non velint. At, inquires, bonitati Divinæ conveniebat tales offerre gratias, quales homo voliturus, acceptaturusque esset. Et fateor ad hoc voluntate antecedente ferri Deum, eamque effectricem fuisse futuram, si Deus unum hoc haberet quod ageret, aut nisi aliud exigent rationes totius universi,

152. PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei*,
sed hæc efficiunt ut multi pravæ voluntati suæ sint re-
linquendi, nec semper circumstantiis emendaturis ob-
jici possint. Hæc quoque Thesis earum è numero est,
quas Philolophia non minùs quàm Revelatio sancit,
uti & tres aliæ è Septem hîc positis, nam solæ tertia,
quarta ac quinta revelatione indigebant.

115. Succedunt nunc Axiomata novendecim Phi-
losophica quæ Baylius septem illis Propositionibus
Theologicis opponit.

I. *Cum Ens infinite perfectum in seipso gloriam
beatitudinemque reperiat, quæ nec minui unquam po-
test neque crescere, solâ bonitate suâ ad creandum
hoc universum impulsus est, nec laudis, aut conserva-
vanda augendaque beatitudinis & gloria studium ubi-
tam hîc partem habuere.*

Axioma hoc verissimum est: Nihil suæ Deo laudes
profunt, at profunt hominibus Deum laudantibus,
& Deus illorum bonum voluit. Dum tamen dicitur
sola bonitas Deum ad creandum hoc universum impu-
lisse, expedit addere, bonitatem Eum suam *antecedent-*
er ad omne bonum possibile creandum producen-
dumque movisse, sed sapientiam inter bona selectum
instituisse & in causa fuisse ut Deus *consequenter* opti-
mum eligeret, ac denique Potentiam ejus magnum
hoc consilium ad effectum deduxisse.

117. II. *Bonitas Entis infinite perfecti est infinita,
non foret autem infinita si major illâ bonitas alia con-
cipi posset. Hic infinitatis Character omnibus Eius
perfectionibus convenit, imprimisque amoris virtutis,
odio vitii &c. quæ omni captu nostro superiores esse
debent (videatur D. Jurians in tribus posterioribus
sectionibus Judicis de Methodis, ubi hoc principio tan-
quam notione primâ continuo nititur. Vide etiam in
D. Wittichio de Providentia Dei n. 12. Hac S. Au-
gustini verba lib. 1. de doctrina Christiana Cap. 7.*

Cum

Cum cogitatur Deus, ita cogitatur, ut aliquid quo nihil melius sit atque sublimius. *Et paulò post* : Nec quisquam inveniri potest qui hoc Deum credat esse, quo melius aliquid est)

Hoc Axioma planè est ad palatum meum, indèque colligo Deum facere semper optimum quod fieri possit; alioquin hoc bonitatis Ejus exercitium limitaretur, quod esset limitare bonitatem ipsam, si ea ad optimum eligendum non moveret, si bona voluntate careret; aut certè Ejus sapientia potentiaque circumferberetur, si vel Ei necessaria deesset notitia ad discernendum optimum & media ei optimo obtinendo idonea reperienda, vel vires ad hæc media usurpanda necessarias non haberet. Ambiguitas tamen aliqua latet in eo quod dicitur, amorem virtutis, & odium vitii esse in Deo infinitum. Id si absolutè & sine restrictione in ipso eorum exercitio locum haberet, nullum esset in mundo vitium. At quamvis quælibet Dei perfectio in seipsa infinita sit, non tamen exercetur nisi proportionè objecti, & uti fert natura rerum. Itaque amor optimi in toto obtinendi cæteras omnes inclinationes particulares & odia vincit; Hujus solius amoris exercitium est absolutè infinitum, cum nihil Deum prohibere possit, quominus in optimum feratur; quod si vitium aliquod cum optima idea possibili connexum inveniatur, Deus illud permittit.

118. III. *Cum bonitas quedam infinita Creatorem in mundi productione direxerit, omnes scientia, potentia, magnitudinisque Characteres, qui in Eius opere emicant, ad creaturarum intelligentium felicitatem destinati sunt. Nec perfectiones suas patefacere ipse voluit, nisi ut hoc creaturarum genus in notitia, admiratione & amore supremi Entis felicitatem suam reperiret.*

Hoc Axioma mihi non satis exactum videtur:

Concedo Creaturarum intelligentium felicitatem esse præcipuam divinorum consiliorum partem; hæc quippe Deo assimilantur maximè; At non video qua ratione probari possit hanc unicum Ejus scopum fuisse. Verum quidem est quod regnum naturæ servire debeat regno gratiæ, sed cum omnia in magno Dei consilio probè colligata sint, credendum est, regnum gratiæ vicissim quodammodo naturæ regno fuisse attemperatum, ita ut ipsum etiam naturæ regnum ordinem decoremque maximum servet, quo compositum ex utroque perfectissimum evadat. Nec locus est judicandi, Deum mali cujuscumque moralis vitandi gratiâ totum naturæ ordinem eversum fuisse. Cuiuslibet in creatura perfectioni & imperfectioni suum inest pondus aut pretium, sed nulla est quæ ponderis aut pretii sit infiniti. Ita bonum malumque sive morale sive physicum Creaturarum intelligentium non statim superat infinitè illud bonum malumque quod duntaxat est metaphysicum, id est quod in aliarum creaturarum perfectione aut imperfectione consistit, quod tamen dicendum foret si præsens axioma in rigore verum esset. Certè cum Deus Jonæ prophetæ rationem concessæ Ninivitis veniæ redderet, ipsorum etiam brutorum magnæ illius urbis exitio involvendorum commoda commemoravit. Nulla substantia apud Deum absolutè aut contemptibilis aut pretiosa est. Et præsentis axiomatis abusus sive extensio immodica ex parte videtur esse fons difficultatum à Baylio propositarum. Certum quidem est Deo plus esse hominem quàm Leonem; nescio tamen an asseri posset toti Leonum speciei hominem unicum à Deo anteponi. Sed quamvis ita foret, non sequeretur inde, certi hominum numeri commodum diffusæ per infinitum creaturarum numerum confusionis generalis considerationi prævalere. Hæc opinio sapit reliquias

quias antiqui Axiomatis satis improbat: quòd omnia unicè hominis gratiâ sint condita.

119. IV. *Beneficia quæ cum creaturis felicitatis capacibus communicat, non tendunt nisi ad earum bonum. Non ergo sinit illa ad ipsarum infelicitatem deservire. Et si malus illorum usus perniciosus esse posset, daret media semper iis rectè utendi, alioquin enim vera beneficia non essent, & bonitas Dei minor esset eâ quàm in alio benefactore concipere possumus, qui suis muneribus certam bene utendi rationem superadderet.*

En tibi jam tum abusum sive malum effectum præcedentis Axiomatis. Non est rigidè verum (etsi plausibile videatur) ea quæ Deus cum creaturis felicitatis capacibus communicat beneficia, ad earum felicitatem unicè tendere. Omnia in natura concatenata sunt: quòd si peritus artifex, machinator, architectus aut politicus sapiens eandem sæpe rem ad plures fines inservire facit, si, cum id fieri commodè potest, duos eodem lapide jactus facit, Deus cujus sapientia potentiaque perfectæ sunt, id semper facere censendus est, ubi licet. Hoc nimirum est prudenter & cum parsimonia uti rebus, tempore, loco, materia, in quibus, ut ita dicam, impensa Dei sita est. Habet itaque Deus plures in consiliis suis scopos, quorum unus est creaturarum omnium felicitas, sed non scopum illatorum, imò ne quidem ultimum constituit. Hinc aliquarum ex his creaturarum infelicitas accidere *concomitanter* potest, & tanquam majorum aliorum sequela bonorum, quod jam supra à me explicatum est, ipseque Baylius agnovit quodammodo. Bona quatenus bona in seipsis considerata, sunt antecedentis Dei voluntatis objecta. Deus in mundo tantùm produceret rationis & cognitionis quantum operis sui admittere idea potest. Inter voluntatem purè antecedentem æ

pri-

primitivam, & voluntatem consequentem finalemque medium concipi quoddam potest. *Voluntas antecedens primitiva* quodlibet bonum & quodlibet malum in se ab omni combinatione præcisum pro objecto habet, & tendit ad promovendum id bonum, & prohibendum id malum. *Voluntas media* fertur in combinationes, cum scilicet alicui malo bonum aliquod affigitur, & tum voluntas aliquatenus in combinationem istam tendet, cum bonum malo potius est. At *Voluntas finalis & decretoria* ex omnium bonorum omniumque malorum, quæ nostram deliberationem ingrediuntur, consideratione ipsaque totali combinatione resultat. Ex his liquet, voluntatem mediam, etsi respectu voluntatis puræ ac primitivæ consequens quodammodo dici possit, respectu tamen voluntatis finalis ac decretoriæ tanquam antecedentem posse considerari. Deus humano generi Rationem largitur, inde per concomitantiam mala quædam eveniunt. *Voluntas Dei* antecedens puta tendit ad dandam Rationem tanquam ingens bonum, & impedienda illa quæ dixi mala: at cum de malis munus hæc divinum Rationis concomitantibus agitur, compositum ex Rationis & horum malorum combinatione consurgens erit objectum voluntatis mediæ Dei, quæ tendet vel ad producendum vel impediendum illud compositum, prout sive bonum sive malum in eo prævaluerit. Sed dato, non concesso Rationem mali plus quam boni afferre hominibus: quo in casu voluntas mediæ Dei cum his circumstantiis eam repudiaret, fieri tamen posset, ut universali rerum perfectioni magis expediret hominibus Rationem impertire, non obstantibus omnibus istis malis sequelis quas Ratio in humanum genus inducere posset, ac proinde voluntas finalis vel decretum Dei ex his omnibus quas sibi proponere Deus potest considerationibus resultans, Rationem largiri

largiri statueret. Tantumque abest ut propterea vituperandus sit, ut potius, id si non faceret, vituperium mereretur. Itaque malum vel bonorum malorumque mixtura, in qua malum prævaleat, nunquam evenit nisi concomitanter, quia nempe cum majoribus bonis extra hanc mixturam positus connexum est. Igitur hæc mixtura, in qua malum prævalet, considerata quidem non est tanquam gratia donumque nobis à Deo præstitum, bonum tamen ei malo admixtum Dei munus esse non desinet. Hujusmodi est donum Rationis quod Deus malè utentibus impertitur. Hæc in se bonum semper aliquod est, sed hujus boni mixtura cum malis ex ejus abusu convenientibus respectu eorum qui inde infelices evadunt, bonum non est; evenit tamen concomitanter, quia servit ad majus bonum respectu universi. Et hoc sine dubio est quod Deum permovit ad dandam rationem iis qui illam in suam perniciem converterunt, vel ut exactius loquamur juxta Systema nostrum, cum Deus inter entia possible quædam creaturas rationales ratione suâ abusus invenisset, illis quæ in optima mundi idea possible comprehensæ sunt, largitus est existentiam. Unde nihil nos vetat, admittere Deum facere bona, quæ hominem culpâ in malum convertantur, quod ipsis per justam abusus gratiarum acceptarum punitionem sæpe contingit. Aloysius Novarinus *de occultis Dei beneficiis* librum conscripsit. Posset & alius liber confici *de occultis Dei pœnis*, in quo locum, quod ad nonnullos, haberet tritum illud Claudiani dictum.

Tolluntur in altum Ut lapsu graviore ruant.

At dicere quod Deus bonum quo voluntatem pravam sciebat abusuram, concedere non debuerit, cum tamen generalis idea rerum id concedi postulet; aut dicere certa ad hoc impediendum media dari debuisse eidem ordini generali contraria, quid aliud est (ut alias

158 PARS SECUNDA, *Super Bonitate Dei,*
 notavi) quàm velle ut Deus, quo hominem à culpa
 liberet, ipse vituperationem mereatur. Objicere au-
 tem, uti hîc objicitur, quòd Dei bonitas minor futura
 sit quàm alterius benefactoris, qui donum utilius lar-
 giretur, est non considerare, quod benefactoris ali-
 cujus bonitas uno solo beneficio non mensuretur; fa-
 cilè continget privati cujuspiam donum majus esse
 dono Principis alicujus, sed univèrsa privati istius do-
 na simul sumpta longè sunt inferiora donis Principis
 in unum collectis. Eodem modo non satis æstimari
 Dei dona possunt, nisi dum univèrsitas eorum consi-
 deratur, omniaque ad mundum integrum referuntur.
 Equidem dici potest dona, quæ nocitura constat, ho-
 stium esse. *Εχθρῶν δῶρα ἄδωρα.*

Hostibus eveniant talia dona meis.

Sed hoc intellige quando malitia sive culpa in dante
 est, uti erat in Eurapelo illo cujus meminit Horatius
 (lib. 1. Ep. 18.) qui hominibus benefaciebat, ut ha-
 berent unde sibi perniciem acçerferent. Consilium ejus
 pravum erat: at Dei consilium melius quam sit esse
 non potest. Quid enim? an Systema suum deformare
 an minus in univèrso pulchritudinis, perfectionis ac
 Rationis esse oportebit, quia non delunt qui abutan-
 tur; ratione? locum hîc habent vulgaria dicta: *Abusus
 non tollit usum, datur scandalum datum & scanda-
 lum acceptum.*

120. V. *Ens maleficum vel maximè potest ma-
 gnificis muneribus hostes suos cumulare, cum novit
 eos sibi perniciem illorum usu creaturos. Non igitur
 Enti infinitè bono convenit liberum creaturis dare ar-
 bitrium, quo eos ad infelicitatem suam usuros certis-
 simè novit. Ergo si liberum ipsis prabet arbitrium,
 semper eo rite utendi artem adjungit, nec eas ullo in
 casu artis hujus exercitium negligere sinit. Quòd si
 certa hujus arbitrii liberi usum in bono figendi ratio
 nuda*

nulla præsto foret, hanc facultatem adimeret potius quam eis esse perniciosam pateretur. Hoc è manifestus est, quòd ultro & propriâ electione suâ eis ingessit non petentibus, ita ut oriturum inde infortunium ei magis imputari debeat quam si earum importunitati & precibus duntaxat indulgisset.

Quod sub finem animadversionis in præcedens Axioma dictum fuit, hîc repetendum est, & ad satisfaciendum Axiomati præsentî sufficit. Præterea semper pro certo assumitur Axioma falsum num. 3. prolatum, nempe quòd creaturarum rationalium felicitas unicus sit Dei scopus. Quòd si ita foret, neque peccatum certè, neque ærumna, ne concomitanter quidem contingerent; Deus seriem possibilium elegeret cuncta ista mala excludentem. At sic Deus in id peccasset quod universo debetur, hoc est quod sibi met ipse debet. Si soli spiritus essent, necessario nexu atque ordine temporum locorumque carerent. Ordo præsens materiam, motum, motûsque leges postulat. Hæc cum spiritibus quàm fieri potest optimè combinata, tandem in mundum nostrum recident. Cum res non nisi summatim & crassiore Minerva considerantur, sexcenta fieri posse concipiuntur, quæ locum, ut oportet, habere non possunt. Velle ut Deus creaturis rationalibus liberum arbitrium deneget, est velle ut hujusmodi creaturæ non extent. Velle ut semper caveat ne arbitrio illo abutantur, est velle ut extent illæ solæ vel saltem cum eo solo quod non nisi propter illas factum est. Si Deus aliud nihil quàm creaturas illas rationales spectasset, impediret utique ne unquam pessum irent. Dicit tamen aliquo sensu potest Deum his creaturis artem libero arbitrio bene semper utendi dedisse: Ars enim illa est lumen naturale rationis: Solummodo bene agendi voluntatem semper habere oportet. Sed creaturis sæpe modus deest

160 PARS SECUNDA *De Bonitate Dei*,
est dandi sibi voluntatem quam oportet habere, imò
sæpe voluntas deest utendi mediis quæ indirectè bo-
nam præstant voluntatem, de quo jam plus semel lo-
cutus sum. Fatendus hic defectus est, agnoscendum-
que potuisse Deum fortassis ab eo creaturas immunes
præstare, cum nihil vetare videatur aliquas esse qua-
rum natura sit bonam semper habere voluntatem.
Verùm respondendum est, nec esse necessarium, ne-
que fieri decuisse ut creaturæ rationales omnes rans-
tam haberent perfectionem quâ Divinitati tantopere
appropinquent. Imò nec hoc fortasse decus nisi per
specialem Dei gratiam obtineri posset: quo posito,
nec expediret Deum id omnibus concedere, hoc est
respectu omnium creaturarum miraculosè semper
agere. Nihil rationi dissonum magis est quam mira-
cula perpetua. Sunt quidam in creaturis gradus: id
enim ordo generalis postulat, & Divinæ gubernatio-
ni convenientissimum videtur, ut magnum illud fir-
mitatis in bono privilegium faciliùs detur iis qui dum
in statu imperfectiore, in Ecclesia militante, inter via-
tores egere, bonam in primis habuere voluntatem. Ipsi
Angeli boni in impeccabilitate conditi non fuerunt.
Non tamen ausim asseverare creaturas esse nullas quæ
felices nascantur, vel ex natura sua impeccabiles &
sanctæ sint. Erunt fortasse qui hanc Sanctissimæ Vir-
gini Deiparæ Prærogativam tribuant, cum Ecclesia
Romana Illam hodie super Angelos collocet. Sed
sufficit nobis valdè vastum valdeque varium esse mun-
dum, nec omnes perfectiones omnibus convenire.
Velle res omnes ad paucas formas redigere est am-
plitudinem earum parum novisse. Sed pergit Baylius,
Deum creaturis peccati capacibus liberum dedisse ar-
bitrium quamvis id munus non petiissent, ei verò, qui
munus non petentibus largiatur magis imputari ma-
lum inde oriturum, quàm si precantium importunitati
cessisset.

cessisset. Verùm sciendum est precum importunitas rem nihil facere apud Deum, qui quid expediat melius nobis novit, nec nisi id, quod in universum magis prodest, indulget. Videtur hîc Baylius liberum arbitrium in peccandi facultate ponere. Alibi tamen agnoscit Deum & Sanctos absque hac facultate liberos esse. Quidquid sit, satis ostendi supra, Deo, dum id, quod sapientia & bonitas sua jubent, perficit, malum innoxium, quod permittit, imputari non debere. Iphis aded hominibus, ubi officio suo perfuncti fuerunt, nequaquam imputantur eventus sinistri, etiam prævisi.

121. VI. *Æquè certa homini cuiquam vitam eripiendi ratio est, si laqueum ei sericum offeras, quo liberè ad suspendium usurum certissimè nosti, quàm si eum per sicarii manus confodias. Non minùs mortem ejus expetis si priori modo, quàm si alterutro posteriori utaris. Imò maligniori eam consilio expetere videris, cum eò spectes ut tota piena culpaque tota sua perditionis penes ipsum sit.*

Qui de Officiis tractavere, ut Cicero, S. Ambrosius, Grotius, Opalenius, Sharokius, Rachelius, Pufendorfius, uti & morales Theologi, docent esse casus quibus depositum reddere non teneamur: ita non est reddendus pugio quando constat eum, qui deposuit, aliquem confodere velle. Fingamus in mea esse manu fatalem titionem quo ad Meleagrum filium tollendum sua mater utetur, aut telum incantatum quo Cephalus imprudens Procrin suam interficiet, aut denique Thesei equos qui Hyppolitum ejus filium dilaniabunt. Ista si quis à me repetat, jure nego usûs futuri conscius. At quid si judex legitimus restituere jubeat, cum funestos quos secuturos novi eventus probare non possim, quia Apollo mihi forsitan, uti Cassandra, Vaticinandi donum dedit, eâ nempe lege ut nemo mihi fidem habeat? Cogeret igitur restituere,

Tomus I. L cum

162 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei*,
cum id sine propria pernicie recusare nequeam : atque
ita non possum non aliquid ad malum crimenque
conferre. Aliam comparationem accipe : Promittunt
Jupiter Semelæ, Cupido Psychæ, se, quidquid postu-
latum fuerit, concessuros : jurant per styga

Di cuius jurare timent & fallere Numen.

Vellent, sed serò nimis petitionem semi-intellectam
sistere.

Voluit Deus ora loquentis

Opprimere, exierat jam vox properata sub auras
Velles post factam petitionem tergiversari ab incepto
precantem dehortando nequicquam : sed urgeris,
audis que illud ex Gallica Psyches comædia.

Ideone juras, fallere ut possis fidem ?

Lex stygis sanctissima est, nec datur subterfugio
locus. Si jurando deliquisti, magis delinques non
præstando jurata : Promisso standum est scilicet, ut-
cumque sit exigenti perniciosum, cum tibi pernicio-
sum futurum sit non stetisse. Videtur id, quod his fa-
bulis morale subest, innuere supremam quandam ne-
cessitatem ad malum permittendum obligare posse.
Deus quidem judicem à quo compelli queat, agno-
scit nullum, Jovi dissimilis qui stygem timet, at pro-
pria Ejus sapientia judex est quo majorem reperire non
potest : Ab hoc tribunali nulla datur provocatio. Ejus
sententia factorum decreta sunt. Veritates æternæ (sa-
pientiæ hujus objecta) omni sunt stygè sanctiores.
Hæ leges, hic judex non cogunt ; sed, quod fortius est,
persuadent. Sufficit sapientiam Deo repræsentare
quodnam è possibilibus optimum sit exercitium suæ
bonitatis : quo facto malum quod sic admittitur in-
evitabilis est optimi appendix. Majus aliquid addam :
permittere malum, uti deus facit, maximæ est bonitatis.

Si mala sustulerat non erat ille bonus.

Sinistro sanè ingenio esse eum oportet, qui post
hæc

hæc dicat malignius esse totam pœnam culpamque per iitionis suæ relinquere perituro, quasi scilicet sine culpa sua perire potuisset. Cui Deus eas relinquit, ad hujus sortem pertinere antequam nasceretur, ipse periturus ab æterno inter res possibiles in divinis ideis erat, tantumque supererat ut per harmoniam rerum universalem ad existentiam decreto Dei posceretur. Poteratne hæc culpa vel hæc pœna alteri relinqui vel dari? neque est cur ampliùs verbum addamus.

122. VII. *Qui verè beneficus est, dat promptè, si commode potest, nec dare differt, donec ii quos amat longas expectando tolerarint arumnas. Si virium suarum circumscriptione prohibetur benefacere sine admista doloris aut incommodi mixtura, eò descendit (vide Dictionar. Histor. Critic. pag. 2261. editionis secundæ) sed invitus, nec unquam hunc commodandi modum usurpat, quando commodare potest nullum favoribus suis malum immiscendo. Si commodum quod infligendis à se malis percipi potest, è puro bono aequè facile enasci posset, utique viam rectam boni puri, non obliquam à malo ducentem ad bonum capeseret. Divitiis & honoribus neminem ideò cumulabit ut deinde eorum jacturâ vehementiùs affligatur, quò magis voluptati jam assuevit, sicque miserior fiat iis qui commodis istis semper caruere. Ens aliquod malignum hac lege benefaceret iis quos pessimè odisset. Huc refer Aristotelis locum Rhetoric. l. 2. Cap. 3. pag. mihi 446. διον ἐι δδιν ἄν τίς τινι, ἵνα ἀφελόμενος λιπήσῃ. ἴδιν χαί τῦτ' ἐρηται.*

Πολλοῖς ὁ δαίμων ἔ κατ' ἐνοσίαν φέρων Μεγάλα δίδωσιν ἐτυχημάτων, ἀλλ' ἵνα τας συμφορὰς λάβωσιν ἐπιφανέστερας id est: Si quis aliquid alicui det, ut (postea) hoc (ipso) erepto (ipsum) afficiat dolore: unde etiam illud est dictum:

Bona magna multis non amicus dat Deus

Insigniore ut rursus his privet malo.

Omnes hæ objectiones eodem ferè Sophismate laborant, ipsam facti seriem mutant & mutilant, & rem non nisi dimidiatam efferunt. Deus curat homines, amat hominum genus, ei bene cupit: nil verius. Interim tamen finit labi homines, finit sæpe perire, largitur eis bona cessura in perniciem; & quem felicem efficit, huic priùs ærumnæ tolerandæ sunt. Ubi ergo amor, ubi bonitas, aut ubi potentia Ejus? Sed futilia sunt argumenta, quæ rei totius caput reticent & dissimulant de Deo agi. Diceres matrem, tutorem aut moderatorem induci, quorum cura ferè unica adolescentis cujusdam educationem, conservationem felicitatemque spectet, & qui officii sui partes negligant. Deus mundum curat, nihil negligit, prorsus optimum eligit; si quis nihilominus improbus est aut infelix, talem utique esse ipsi proprium erat *ἔξ ιδίου*. Deus, fateor, poterat omnibus dare felicitatem, poterat promptè, facilè nulloque cum incommodo dare, nam omnia potest. Sed num dare debuit? id cum non faciat, argumentum est aliter omnino facere debuisse. Inde inferre vel quòd voluntatis viriumve defectu homines beare, ac statim & sine ulla mali mixtura donare bono omiserit, hoc enimvero est verum Deum nostrum conferre cum invido Herodoti Deo, vel cum Dæmone Poëtæ, cujus Jambos à nobis paulò ante latinè exhibitos Aristoteles refert, dante scilicet bona, ut ea tollendo magis affligat. Hoc nempe est Antropomorphismis perpetuis cum Deo ludere: est representare Eum ut hominem qui se totum præsentis negotio debeat, quem solis iis quæ à nobis cognoscuntur objectis præcipuum suæ bonitatis exercitium tribuere oporteat, cui potentia vel benevolentia desit, quarum certè neutra Deo deest. Posset ille efficere
bonum

bonum quod optaremus, imò vult etiam, si hoc bonum per se spectetur, sed postpositis aliis bonis majoribus oppositis efficere id non debet. Cæterum non est quod queratur aliquis, vix nisi post multas perpeſſiones & crucis Christi bajulationem ad salutem plerumque perveniri. Hæc enim ipsa mala electis Magistro suo conformandis & fælicitati eorum augendæ profunt.

123. VIII. *Ejus qui aliorum est Dominus, ea demum maxima solidissimæque gloria est inter illos virtutem, ordinem, pacem, animique gaudium tueri ac fovere. Gloria quam ex ipsorum infelicitate eliceret, non nisi falsa gloria esse potest.*

Si Civitas Dei, qualis est, nobis nota foret, videremus regnum esse omnium quæ excogitari possunt perfectissimum, virtutem fælicitatemque in eo juxta optimi leges regnare; peccatum verò & miseriam (quod utrumque à rerum natura penitus excludi rationes ordinis supremi non sinebant) si cum bono comparentur, esse pro nihilo ferè computanda, imò ad majora bona prodesse. Cum itaque mala ista existere debuerint, aliquos iisdem obnoxios esse oportebat, & hi aliqui nos sumus. Si alii forent, nonne eadem semper mali species foret? vel potius, nonne alii isti forent id quod nunc Nos dicimur? Cum Deus è malo bonum majus elicit, elicere debebat. Non itaque fallam captat gloriam, ut Princeps faceret, quem Baylius inducit, qui regnum ipse suum subverteret ut ex instauratione laudem consequeretur.

124. IX. *Domini istius erga virtutem amor quàm potest maximus, tunc demum elucescit, si, cum potest, efficit ut virtus sine ulla vitii mixtura semper colatur. Quòd si hoc subditis bonum procurare potest, & tamen vitium sinit insurgere, quamvis diu toleratum denique puniat, maximo in virtutem affectu non fertur, multòque minus infinito.*

Nondum novendecim Axiomatum dimidium ab-
 solvimus & jam tædet pene eadem refutare. Baylius
 quæ vocat Axiomata dogmatis nostris contraria sine
 necessitate multiplicat : Ubi res mutuo sibi nexu co-
 pulatæ, partes à suo toto, genus humanum à rerum
 universitate, attributa divina alia ab aliis, potentia à
 sapientia divelluntur, facile dictu est Deum efficere
 posse & facile quidem ut virtus in mundo sine
 ulla vitii mixtura regnet. Sed cum Deus vitium
 permisit, dedit hoc ordini universi quavis alia
 rerum collectione potioris. Itaque judicandum
 est non licuisse illi aliter agere, quia impos-
 sibile erat melius agere. Hæc verò necessitas est hy-
 pothetica & moralis quæ tantum abest ut libertati
 opponatur ut sit electionis ipsius liberæ optimus effe-
 ctus. *Quæ rationi contraria sunt, ea nec fieri à sapi-
 ente posse credendum est.* Objicis, igitur affectum quo
 Deus in virtutem fertur omnium qui concipi potest
 maximum non fore, adeoque nec infinitum. Huic
 objectioni responsum jam fuit ad secundum Axioma:
 Dei affectum in rem quamcumque creatam ejusdem
 rei præstantiæ sive pretio proportionalem esse. Virtus
 est nobilissima quidem, sed non sola bona qualitas.
 Infinitæ aliæ sunt quæ Dei inclinationem ad se allici-
 unt; ex omnibus hæc inclinationibus resultat quan-
 tum plurimum potest boni, & si sola virtus adesset, si
 solæ rationales creaturæ extarent, minus boni affore
 deprehenderetur. Midas ubi nil nisi aurum habuit,
 minus se locupletem agnovit. Adde quòd sapientia
 variare debeat: rem eandem quantumlibet nobilem
 multiplicare unicè superfluum est & inopiam sapit.
 Sexcentos in Bibliotheca sua Virgilios eleganter com-
 pactos habere; Dramaticos non nisi Cadmi & Her-
 miones modulos cantitare assidue, Porcellana vasa
 omnia confringere, ut aurea sola possideas, solos
 habere adamantas, solis velci perdicibus, solum Hun-
 gari-

garicum aut Shiraticum potare vinum, hoc sine rationem vocabis? Natura animantibus, plantis & corporibus inanimatis indigebat. In his creaturis ratione carentibus non pauca miracula rationi acuedæ exercendæque idonea reperiuntur. Quid, quæso, creatura intelligens ageret, si nullæ res non intelligentes extarent? quid cogitaret, si neque motus neque materia neque sensus ullus foret? Si solas haberet cogitationes distinctas, Deus quidam esset, sapientiâ illimitatâ frueretur. Hoc è meditationibus meis conlectarium quoddam est. Simul atque cogitationum confusarum mixturam intelligis, sensus habes & materiam. Nam hæc confusæ cogitationes è mutuo omnium inter se rerum quoad durationem extensionemque respectu oriuntur. Hinc fit ut juxta Philosophiam meam nulla detur creatura rationalis sine quoque organico corpore nec ullus spiritus creatus à materia penitus avulsus. Verùm hæc organica corpora non minus à se invicem perfectione differunt, quàm Spiritus ipsi ad quos ea spectant. Cùm igitur sapientiæ divinæ non tantùm mundo (ut sic dicam) rationalium creaturarum sed etiam mundo corporum, mundo substantiarum perceptionis capacium, rationis incapacium opus sit; denique cum inter omnia id eligendum fuerit quod effectum optimum simul & in summa præstabat, vitium autem hæc rimâ irrepperit, utique vitium excludendo Deus nec perfectè bonus nec perfectè sapiens fuisset.

125. X. *Summum odium vitii non elucescit in eo, qui vitium valde diu regnare sinit & deinde castigat, sed potius in eo qui ante ortum elidit, impeditque ne usquam sese exerat. Rex qui erario suo tam providè consulere, ut omnis in administrando mala fraus perpetuò exularet, magis alienum à publicanorum injustitia animum prædaret quàm si eos populi sanguine saginatos damnaret.*

Sem-

Semper eadem cantilena, purus putus antropomorphismus. Regi nihil cordi magis esse debet, quam subditos suos ab oppressione vindicare. Ejus plurimum interest ærarium suum rectè constituere. Interim tamen subinde vitium & corruptelas tolerare cogitur. Puta, bellum ingens imminet, nec nervus rerum gerendarum nec ducum supremorum delectus præsto est: itaque solerter & leniter tractandi ii qui suppetunt, magnâque apud milites autoritate valent, E. G. Braccius, Sfortia, Wallensteinus aliquis. In necessitatibus urgentibus deest pecunia, confugiendum ad viros bene nummatos qui fide inter trapezistas polleant, simulque fraudibus eorum connivendum est. Verum quidem est miseram hanc necessitatem è præcedentibus delictis oriri plerumque. Non ita in Deo se res habet: nemine indiget, nihil peccat, optimum semper tenet, melior rerum cursus ne optari quidem potest, si ritè intelligatur: & vitium foret in autore rerum si occurrens in optima serie vitium arcere vellet. An hic perfectæ gubernationis status, in quo quantum fieri potest, intenditur in bonum, in quo malum ipsum majori bono deservit, cum Principis alicujus statu comparari potest, cujus res accisæ sunt, qui quâ potest elabatur sibi que consulit, aut qui ipse oppressioni favet, ut eam deinde puniat, quique tenuiores ad mantricam redactos, primores in scrali peggmate plectendos videre gestit?

126. XI. *Dominus aliquis commodis virtutis & subditorum prosperitati studens omnem eo curam vertit, ut ne unquam legibus illi suis obsequium detreterent, & si ob contumaciam mulctandi sunt, ita rem instituit ut eorundem propensione ad malum pœna medeatur, inque eorum mentibus firmam constantemque ad bonum dispositionem restituat; tantùm abest ut ipsâ culpa castigatione magis magisque ad malum eos melinari velit.* Ut

Ut homines fiant meliores, Deus quidquid oportet, imò quidquid ex sua parte potest facit, salvo eo quod sibi debet. Frequentior punitionis scopus est emendatio, sed nec unicus neque semper Deo propositus, uti jam supra dictum est. Originale peccatum quod homines in malum pronos efficit, non est nuda primi peccati pœna, sed insuper naturalis ejus appendix; de quo paucis etiam egimus in animadversione in quartam Propositionem Theologicam, nempe uti ebrietas intemperantis potationis & pœna est & simul appendix naturalis, ad nova peccata facile pertrahens.

127. XII. *Malum, quod impediri potest, permittere est parum curare, utrum committatur necne, aut etiam optare ut committatur.*

Minimè gentium: quàm sæpe mala permittunt homines, quæ si omnem eò conatum verterent, utique possent impedire, sed aliis curis gravioribus prohibentur. Rarò rei monetariæ corruptela flagrante bello arduo corrigenda suscipitur. Et quòd eo in genere supremus Senatus Anglicanus paulò antè Risvicensem pacem præstitit, laudatores potiùs quàm imitatores inveniet. Num inde licet arguere quòd Respublica corruptelam illam insuper habeat, imò optet? Atqui Deus longè graviozem seque digniozem mala tolerandi causam habet, non enim solùm majora inde bona elicit, sed etiam ea ipsa mala cum bonis omnium possibilium maximis connexa reperit, ut vitium potiùs foret ea non permittere.

128. XII. *Magnum in regnantibus vitium est parum curare utrum suis in ditionibus sit corruptela necne; maius adhuc vitium si corruptelam velint optentque. Quòd si iidem viis occultis ac indirectis sed infallibilis seditiones excitent, ea consilia, ut postquam res exitio quàm proximè admoverint, palam*

170 PARS SECUNDA. Super Bonitate Dei,
 omnibus faciant, nec animos nec prudentiam ad am-
 plissimum Regnum ab imminente interitu vindican-
 dum necessarios sibi deesse, ob pessimam inanis glori-
 e captationem. maximo sane vituperio digni forent.
 Quòd si seditionem istam excitarent, quia præter hæc
 alia subditorum exitium præveniendi & populorum
 felicitatem novis ad plura. Secula fundamentis for-
 mandi via nulla suppeteret, lugenda foret hæc miser-
 necessitas. (Vide supra pag. 93, 96. & 156. dicitur
 de vi necessitatis.) ad quam adacti fuissent, ipsi. ut
 laudandi quòd eâ bene usi fuissent.

Hoc Axioma cum aliis pluribus quæ hoc loco
 producuntur in divina gubernatione locum non ha-
 bet. Nam præterquam quòd minima regni Eius pars
 sit ea, cujus corruptelæ nobis obijciuntur, falsum est
 quòd mala non curet, quòd illa optet, quòd denique
 suscitet, ut in eorum sedatione gloriam quærat. Deus
 ordinem & bonum vult, sed sæpe fit, id quod in parte
 inordinatio est, in toto ordinem esse. Jam supra illud
 juris axioma laudavimus: *licivile est nisi totâ lege in-
 spectâ judicare.* Permissio malorum ex morali neces-
 sitate quadam exoritur: ad hæc Deus compellitur
 sapientiâ & bonitate suâ & hæc *necessitas est felix*,
 cum contra necessitas Principis de quo loquitur obje-
 ctio, misera sit ob corruptissimum regni statum, ac
 Dei regnum semper florentissimum esse necesse est.

129. XIV. *Mali alicujus permissio cum demum
 excusabilis est, cum sine majore malo impediri non po-
 test, sed cessat excusatio quando presentissimum re-
 medium præsto est & huius malo & aliis inde secun-
 ris.*

Hoc Axioma verum est, sed contra Dei guberna-
 tionem adduci nequit, cui suprema ratio malum per-
 mittere suadet. Si Deus absolutè & per omnia opti-
 mum non eligeret, malum admitteret omnibus, quod

vitaret, majus; peccaret in seipsum. Electio ista
ava Ejus aut sapientiam aut bonitatem everteret.

130, XV. *Ens infinitè potens & materia Spirituum
conditor, ex hac materia hisque spiritibus quidquid
bene efficit. Nullus situs est, figura nulla quam cum
tribus conjungere nequeat. Si itaque malum aliquod
de physicum sive morale permitteret, non idè permit-
teret quia absque hac permissione majus adhuc aliud
malum quodpiam sive physicum sive morale vitari nen-
quam posset. E rationibus mixtura boni ac mali,
ne inlimitata benefactorum virtute fundantur, nulla
Deum aptari potest.*

Verum est, Deum è materia & spiritibus efficere:
quidquid Ei libet, sed egregii sculptoris instar habet,
qui è rudè suo marmore nihil effingere statuit, nisi
quod judicat optimum, beneque judicat: Deus è ma-
teria machinam omnium possibilium elegantissimam
onstruit, nempe mundana, E spiritibus imperium
omnium quæ cogitari possunt præstantissimum for-
mat, nempe Civitatem Dei, insuper harmoniâ omni-
um absolutissimâ veluti compage utrumque opus ju-
ta propositum à me systema devincit colligatque.
Cum igitur hoc in opere perfectissimo malum mora-
le physicumque reperiatur, inde judicandum est
contra quàm Baylius hîc contendit) majus adhuc
malum absque hoc permissu nullatenus potuisse vitari.
Malorum. certè maximum esset Deum malè eligere
quod futurum erat, si aliter quàm elegit elegisset.
Est quidem Dens infinitè potens. sed potentia Ejus
secundùm se indeterminata bonitate ac sapientia jun-
ctis ad producendum optimum determinatur. Bay-
lius alibi objectionem sibi propriam profert desum-
ptam è Cartesianorum Recentiorum opinione asse-
rentium potuisse Deum animabus quas voluisset co-
nstitutiones indere easque ab omni ad corpora respectu
ab-

172 PARŒ SECUNDĀ *Super Bonitate Dei,*
absolvere. Hac sanè viâ animæ ab ingenti malorum
sola corporum intemperie procedentium illiade red-
derentur immunes, sed de hoc sermo recurret infer-
tus. Nobis hîc sufficit considerare, non posse Deum
système male compactum & dissonantiis plenum con-
stituere. Animarum natura ex parte est corpora re-
præsentare. Itaque non quemvis situm, aut quamvis
figuram æquè spiritibus congruentem judicare po-
test.

131. XVI. *Eventus alicujus perinde causa est
qui moralibus quàm qui physicis illum viis procurat.
Statûs publici Administer aliquis qui domi manent
& factionis alicujus capitum affectibus in rem suam
utens duntaxat, omnia illorum consilia disturberet,
non minùs huic ipsi factioni ruinam intulisset, quàm si
eam manu armisque dispulisset.*

Adversus hoc Axioma nihil habeo, malum semper
causis moralibus, non semper causis physicis impu-
tatur. Adverto solùm, si peccatum alienum nisi pecca-
to meo impedire nequeam, illud à me purè permitti,
nec illius me complicem aut causam moralem fore.
In Deo defectus omnis locum peccati haberet, imò
plurquam peccatum esset, quia destrueret Divinita-
tem. Magnus autem in eo defectus esset non eligere
optimum, ut jam sæpius dixi, impediret ergo pecca-
tum per aliquid omni peccato pejus.

123. *Idem prorsus est, causam quis necessariam
adhibeat an liberam, si momenta deligat, in quibus li-
bera ipsa esse determinata cognoscitur. Fingamus pul-
verem tormentarium potestatem habere se accenden-
di vel non accendendi, cum igni admoventur, sed cer-
to sciri, cum ita comparatum esse, ut horâ octava ma-
tutinâ accendi velit, ego non minùs effectuum ejus er-
causa, si ignem illi eâ horâ applicem quàm forem in ve-
ra suppositione quod sit causa necessaria, nam respectu*

non esset amplius causa libera, si scilicet pulverem eo momento arripiam, quo propria electione libertatem exiisse sciam. Impossibile est aliquid esse liberum sive indifferens ad id ad quod jam est determinatum, & quo tempore est determinatum. (τὸ εἶναι τὸ ὄν, ὅταν ᾖ; καὶ τὸ μὴ ὄν μὴ εἶναι ὅταν μὴ ᾖ, ἀνάγκη
 Necessè est id quod est, quando est, esse; & id quod non est, quando non est, non esse. Aristot. de interpret. cap. 9. *Nominales hoc Aristotelis Axioma adoptarunt. Scotus aliique Scholastici non pauci videntur illud repudiare. Sed reverà eorum distinctiones in idem recidunt. Vide Conimbricenses Jesuitas in hunc Aristotelis locum, pag. mibi 380. & seqq.*

Hoc quoque Axioma transmitti potest. Solùm in phrasibus nonnihil immutare vellem. Non sumerem liberum & indifferens pro eodem, nec liberum opponerem determinato. Nunquam perfectè sumus indifferentes indifferentiâ æquilibrii, semper magis inclinamur & consequenter determinamur ad unam partem magis quam ad alteram. Non idèò tamen ad id quod eligimus necessitamur. Intellego hîc necessitatem absolutam & metaphysicam, nam Deum & sapientem in optimum necessitate morali ferri fatendum est: fatendum etiam agens liberum necessitate hypotheticâ astringi, dum electio actu fit: imò antequam fiat, cum electio futura fit, ipsa futuritionis veritate necessitatur. Hæ necessitates hypotheticæ nihil officiant libertati, deque iis supra abunde locuti sumus.

133. XVIII. *Quando populus ingens totus perditionis reus est, non satis clementia est centies-millesima parti ignoscere, reliquos omnes, ne pueris quidem ætatis exceptis, neci dedere.*

Videtur hîc pro certo sumere Baylius centies-milles plures damnandos esse quàm salvandos & infantes sine

174 PARS SECUNDA De Bonitate Dei,
 sine baptismo mortuos è numero damnatorum esse.
 Utrique positioni contradicitur, & maximè infantum
 damnationi de qua supra. Baylius eandem objectionem
 alibi urget (Respons. ad Provinciale Cap. 178. pag. 1223. Tom. 3.) *Manifestè videmus, inquit, sum
 premium Principem qui, dum civitas aliqua rebella-
 vit, clementiam pariter & iustitiam exercere statuit,
 contentum esse debere animadversione in exiguum nu-
 merum rebellium & veniam dare ceteris. Nam si pa-
 nas dantium numerus comparatus iis quibus venia
 datur sit ut mille ad unam, clemens profecto disci ne-
 quit, & crudelis audit. Quod si supplicia diuturna
 eligeret & sanguini tantum ideo parceret, quia mor-
 tem vite misera praoptandam esse probè novisset, si deni-
 que in his suppliciis magis vindicta cupiditatem quam
 bonum publicum spectaret, procul dubio Tyrannus exe-
 crabilis reputaretur. Facinorosi qui supplicio afficiun-
 tur vite sua jaeturâ expiare sua crimina tam cumu-
 lato censentur, ut populus nihil ultra exigat, imò etiam
 indignetur si quando carnifices imperitè munus suum
 obeunt. Lapidarentur, si constaret eos datâ operâ secu-
 ris ictus ingeminare, nec iudices qui supplicio assistunt
 à periculo immunes forent, si diro hoc carnificum lu-
 do delectari & carnifices ad id occultè hortari fuisse
 crederentur. [Nota hoc nimis universum & rigide in-
 telligendum non esse: dantur enim casus quibus popu-
 lus quosdam lento igne confici non improbat. Uti dum
 Franciscus Primus nonnullos haereseos accusatos post fa-
 mosa anni 1534. edicta concremari iussit. Nemo
 Ravalliaci multis horrificisque modis excarnificati
 vicem doluit. Vide Mercurium Gallicum Tom. 1. fol.
 mihi 455. & seq. Vide etiam Petrum Matthæum in
 Historia obitûs Henrici IV. nec obliviscere quod pag.
 mihi 99. refert de iis, qua de Parricide hujus supplicio
 discutere iudicos,) Denique nihil fore tam evidens*

est, quàm supremos Principes qui sancti Pauli exemplo omnes quotquot ille aeterna morte damnavit, extremo supplicio condemnarent, pro hostibus humani generis & societatum destructoribus habitum iri (applicanda verba Plinii junioris Epist. 22. lib. 8. Mandemus memoria, quod vir mitissimus & ob hoc quoque maximus Thrasea crebrò dicere solebat, qui vitia odit homines odit.) Addit de Draconis Atheniensium legislatoris legibus dictum fuisse, eas non atramento sed sanguine conscriptas, quia peccata quælibet extremo plectebat supplicio. Addit insuper damnationem infinitè majus esse morte supplicium. Sed considerandum est damnationem esse peccati sequelam, & aliàs amico objicienti inæqualitatem quæ inter poenam æternam & crimen finitum intercedit, respondi nullam hic esse injustitiam, ubi continuatio poenæ tantum sequitur delicti continuationem: de quo sermo redibit inferius. Quod damnatorum numerum attinet, etiamsi is inter homines incomparabiliter major esset numero salvandorum, nihil tamen vetaret in universo mundo creaturas felices longissimè numero superare infortunatas. Principis sola rebellio nis capita plectentis, aut ducis legionem decimantis exemplis nihil hinc evincitur. Utilitas propria Principem Ducemque cogunt veniam dare nocentibus etiamsi in scelere perseverarent. Deus non nisi respicientibus veniam concedit, potestque eos discernere, & hæc severitas perfectæ justitiæ magis congruit. At si quis quærat cur Deus omnibus conversionis gratiam non largiatur, in aliam quæstionem dilabitur, quæ ad præsens axioma nihil facit. Respondimus solum aliquatenus, non sanè ut Dei rationes scrutaremur, sed ut rationes Ei deesse non posse, nec ulla contra militare validas palam faceremus. Cæterum scimus sæpe civitates integras excindi & incolas

176 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei*,
colas omnes interfici ad terrorem aliorum, idque
usui esse potest ad bellum ingens rebellionemve cele-
riter finiendam. Sic sanguini parcitur dum effunditur,
nullaque ibi decimatio est. Non equidem assevere
possumus improbos globi nostri tam severè puniri
ad terrendos corrigendosque globorum aliorum
cives; Sed aliæ satis multæ rationes ex universali har-
monia petiuntur, & nobis nec civitatis Dei amplitudinem,
nec generalis spirituum reipublicæ formam, uti nec
corporum architecturam satis perspectas habentibus
ignotæ effectum eundem præstare possunt.

134. XIX. *Medici qui multis è remediis sanando
agrote idoneis, quorum plura ab agrote cum voluptate
sumenda certissimè nossent, illud unum seligerent quod
ab illo respuendum scirent, incassum hortarentur roga-
rentque agrotam ut ne remedium illud recusaret, in-
staque adesset causa credendi nullam eos sanandi agro-
ti voluntatem habuisse. Nam si sanare volebant, è
presentibus illis remediis aliquod elegissent, quod ab illo
non agrè glutendum noverant. Quod si aliunde per-
spectum haberent ipsam remedii oblatis recusationem
ita morbis vires aucturam esse, ut lethum afferat, quis
non dicat medicos illos quidquid hortati fuerint, agrote
mortem in votis habuisse?*

Deus vult omnes homines salvos facere, id est sal-
varet eos si homines ipsi obicem non ponerent, nec
Ejus gratias repudiarent; at neque teneretur aut à ratio-
ne compellitur malam eorum voluntatem semper
edomare. Edomat tamen quandoque ubi rationes
Superiores sinunt, & postquam Eum sua voluntate
consequens ac decretoria ex omnibus rationibus col-
lectis resultans ad certum hominum numerum quan-
tum licebat amplum ad salutem eligendam astrinxit.
Omnibus auxilia largitur ad conversionem & perfe-
verantia quæ sufficientia sunt bonam voluntatem
ha-

obtentibus, sed non semper bonæ voluntati dandæ efficiunt. Hanc obtinent homines sive per auxilia pænitentiæ, sive per circumstantias quibus auxilia generalia redduntur efficacia: nec potest non offerre Deus remedia quæ repudianda novit cum culpæ incremento. An enim Deum, ut homo minùs nocens sit, injustum esse voles? Adde gratias quæ uni non proiunt alteri prodesse, imò prodesse semper ad divini operis omnium quæ informari possunt optimi integritatem. Quid an pluviam non dabit Deus quia humilioribus quibusdam locis noxia est? aut nolesne splendere solem quantum universitas exigit, quia inde uturum est ut quædam loca nimium exarescant? Quid multa? omnes in his Baylianis axiomatis adductæ de Medico, de Benefactore, de statûs Administrato, de Principe comparationes valdè claudicant, quia nota sunt hujusmodi hominum officia, & quid ipsi urare possint ac debeant. Unicum illis ferè negotium incumbit, in quo negligentiam vel maliciam sæpe delinquant; at Dei objectum infinitum quid est, curæ Ejus rerum universitatem complectuntur: nihili inæquale est quod de Ipso cognoscimus, & tamen Ejus scientiam bonitatemque cognitionis nostræ modulo metiri vellemus? quæ temeritas, vel potius quæ absurditas? Objectiones falsum principium supponunt: aimverò ridiculum est ignorato facto de jure judicare: dicere cum Apostolo: ò altitudo divitiarum scientiæ, non est rationem repudiare, sed potius partim ignorantiam fateri, partim rationibus quas novimus rectè uti, hæc namque illam Dei immensitatem, de qua loquitur Apostolus, nos docent. Interea jam tum cognoscimus rectâ fide, priusquam videamus deprehendamusque ipso manifesto sensu futuræ vitæ referito, Deum omnia quàm fieri optimè possunt, facere iuxta sapientiam infinitam actionum suarum ducem.

Cujus quidem indicia quædam & specimina præ oculis habemus, cum totum aliquod integrum per se completum & ut ita dicam insulatum inter opera Dei intuemur. Tale totum ipsâ Dei efformatum manu est planta, animal, homo: quorum structuræ pulchritudinem artificiumque satis mirari non possumus. Sed ubi os aliquod fractum, frustum aliquod carnis ex animali, tenuem aliquem plantæ cauliculum conspiciamus, nil nisi confusio apparet, nisi forte eximii cujusdam anatomici subjiciatur oculis, qui tamen ipse vix quidquam in his agnosceret, nisi prius similia frustra vidisset suo toti connexa. Idem est de divina gubernatione: quidquid ad illam spectans hæctenus nobis videre licuit, frustum ejus est, non satis magnum ut inde totius speciem ordinemque perspiciamus. Atque ita natura rerum ipsa postulat, ut hunc divinæ Civitatis ordinem, quem hîc in terris necdum videmus, nostræ fidei, spei atque in Deum fiduciæ objectum habeamus; qui verò aliter de bonitate Dei, de præstantia universi judicant, tantò pejore sunt loco & hinc sibi malum accersunt quod culpant: nempe in Monarchæ optimi maximique regno male contenti dici possunt & rebellibus vicini suâque culpâ cæci, dum sapientiæ & bonitatis infinitæ specimina à Deo edita, quibus se non admirabilem modò sed etiam amabilem super omnia exhibet, in utilitatem lætitiâque suam non convertunt, maluntque animum malorum speciei & intuitu pasci.

135. Et nunc nihil illis novendecim Baylii axiomatis à nobis expensis comprehensum sine necessaria responsione præteritum esse arbitror. Verisimile est Ipsum super hoc argumento diu multumque meditatam in iis concessisse quidquid circa moralem moralis mali causam difficillimum judicavit. Extant tamen sparsim in ejus operibus loci complures, quos minime

præ

prætere juverit. Persæpe difficultatem exaggerat, quam in propulsanda à Deo peccati imputatione sitam esse arbitratur: quam in rem notat (Resp. ad Provinc. Cap. 161. pag. 1024.) Molinam, si liberum arbitrium cum præscientia conciliavit, bonitatem tamen Sanctitatemque Dei cum peccato non perinde conciliasse. Laudat eorum sinceritatem qui rotundè fatentur (uti Piscatorem fecisse vult) omnia denique in Dei voluntatem recidere, ac Deum non ideo injustum fore contendunt, etiamsi autor peccati foret & insontes damnaret. Ex altera verò parte vel aliis in locis videtur magis applaudere sententiæ eorum qui Dei bonitatem cum divinæ magnitudinis dispendio salvant, uti Plutarchus facit libro contra Stoicos. *Æquius erat (inquit) dicere (cum Epicureis) quod partes innumera (vel Atomis per infinitum spatium casu volitantes) visua contra Jovis infirmitatem prævalentes, eo invito & reluctante ejusdem naturæ ac voluntate multa mala & absurda invexerint, quam fateri, nullam confusionem vel nequitiam esse, cujus Ipse autor non sit.* Quod in utramque partem Stoicorum vel Epicureorum dici potest, Baylium adduxisse videtur ad Pyrrhonorum ἐπιχειρῶν, hoc est ad suspensionem judicii quoad Rationem, quamdiu Fides seponitur, huic enim mentem sincerè submittere se profitetur.

136. Interim tamen dum ratiociniis suis insistit, eò progressus est, ut Manetis Hæretici Persæ tertio Christianæ æræ sæculo viventis Sectatorum, vel Pauli cujusdam Manichæorum in Armenia sæculo septimo Coryphæi, à quo Pauliciani nomen indepti sunt, argumenta ab inferis quasi revocare, & roborare voluerit. Omnes isti Hæretici recoxerunt id quod vetustus quidam superioris Asiæ Philosophus sub nomine Zoroastris notus, de binis intelligentibus omnium

180 PARS SECUNDA, *Super Bonitate Dei*,
rerum principiis, altero bono, malo altero docuisse
narratur. Quod dogma ab Indis fortasse profectum
esse potuit, apud quos multi etiamnum huic adhære-
scunt errori ad decipiendam hominum ignorantiam
superstitionemque sanè perquam accommodato, cum
multæ gentes barbaræ, in ipsa aded America citra
ullius Philosophi ductum eò spontè prolapsæ sint.
Slavis (apud Helmoldum) suus erat *Zernebog*, hoc
est alter Deus, Græcis Romanisque, quantumvis sapi-
entes videantur, suus Vejovis vel Anti-Jupiter, aliter
dictus Pluto, aliaque malefica numina quamplurima
non deerant. Nemesis Dea deprimendis nimium
fortunatis delectabatur, & Herodotus aliquoties in-
nuit arbitrari se, omne Numen esse invidum, quod
tamen cum doctrina de duobus principiis non co-
hæret.

137. Plutarchus libro de Iside & Osiride, nemi-
nem qui duo illa principia docuerit Zoroastre, ut vo-
cat, Mago antiquiorem novit. Trogus vel Justinus
eum Bactrianotum Regem facit à Nino vel Semira-
mide debellatum, eique Astronomiæ notitiam &
Magiæ inventionem tribuit. Sed verisimile est Ma-
giam illam nihil aliud fuisse quàm Pyrolatriam sive
ignis adoratorum religionem, videturque Zoroastres
lumen aut calorem tanquam bonum principium con-
siderasse, sed addebat ei malum, hoc est, opacita-
tem, tenebras, frigus. Plinius refert testimonium cu-
jusdam Hermippi, Zoroastri librorum interpretis,
qui Zoroastrem Azonacis cujusdam discipulum facie-
bat, si tamen nomen illud corruptum non est ex Oro-
mase, de quo mox loquemur, quemque Plato in
Alcibiade Zoroastri patrem facit. Hujus ætatis Ori-
entales Zerdustum vocant, quem Græci vocabant
Zoroastrem, & respondere Mercurio putatur, quia
dies Mercurii apud quosdam populos à Zoroastre
sive

sive Zerdusto nomen accipit Eius historiam ætatemque extricare est difficile. Suidas quingentis annis excidio Trojæ antiquiorem statuit. Veteres quidam apud Plinium & Plutarchum antiquitatem in decuplum augment. Sed Xanthus Lydus (Præfatione Diogenis Laërtii) eum sexcentis duntaxat annis expeditione Xerxis anteriorem facit. Plato ibidem declarat (uti notat Baylius) Magiam Zoroastris nihil aliud fuisse quàm studium religionis. Clarissimus Hydius libro de Persarum veterum religione conatur eam purgare & non solùm impietatis sed etiam idololatriæ crimen diluere. Cultus ignis apud Persas Chaldæosque receptus erat, censentque nonnulli Abrahamum ex Ur Chaldæorum egressum ab illo cultu defecisse. Mithra erat Sol, eratque Persarum Deus, & uti refert Ovidius, ei sacrificabantur equi.

Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum.

Ne detur celeri victima tarda Deo.

Sed Hydius existimat eos sole & igne usos non fuisse nisi tanquam Symbolis divinitatis. Verùm hîc fortasse, ut alibi, distinguendum erit inter sapientes & vulgus. In admirandis ruderibus Persepoleos sive Fschelminaris [quæ vox quadraginta columnas significat] quædam eorum ceremoniæ cælatæ supersunt. Legatus quidam Batavus hæc marmora à pictore temporis non exigui impendio delineanda magnis sumptibus curaverat, & nescio quo casu eæ icones in D. Chardini suis itineribus noti manus devenerunt, uti ipse retulit. Dolendum esset si interirent. Rudera ista sunt ex antiquissimis & pulcherrimis orbis monumentis & miror in ea re sæculi nostri aliàs curiosissimam incuriam [ex quo Theodicea edita est, non Chardini tantùm sed & Bruynii delineationes prodire.

138. Antiqui Græci & hodierni Orientales unanimiter asserunt, Deum bonum à Zoroastre vocatum

Oromazem vel potius *Oromasdem*, malum verò *Arimanium*. Cum reputassem magnos quosdam superioris Asiæ principes *Hormisdæ* nomine fuisse insignitos, *Irminum* verò vel *Herminum* nomen fuisse Dei vel antiqui heröis Celto-Schytarum, id est Germanorum, in mentem venit hunc *Arimanium* sive *Irminum* esse potuisse magnum aliquem populorum domitorem antiquissimum, ex occidente profectum, quales postmodum fuere *Chingiskan* vel *Tamerlanes* ex Oriente exorti. *Arimanius* itaque ex Occidente Boreali, hoc est è Germania Sarmatiaque per *Alanos* & *Massagetas* in *Hormisdæ* alicujus, magni superioris Asiæ Regis ditiones irruptionem fecerit, uti alii postea *Scythæ* *Cyascaris Medorum* Regis tempore, *Herotodo* teste fecere. Monarcham illum qui populis cultis jura dabat, eosque adversus barbarorum vim propugnabat, apud eosdem populos pro Deo bono habuerit posteritas, sed populorum istorum Dux mali principii Symbolum evaserit [uti *Diabolus* apud *Westphalos* *Drusus* audit.] Nihil pronius. Ex hac ipsa Mythologia apparet hos binos Principes bellasse diu, neutrumque vicisse. Itaque ambo perstiterunt, quemadmodum juxta hypothesein *Zoroastri* tributam, imperium mundi bina illa principia inter se dividerunt.

139. Superest ut probemus vetustum aliquem Germanorum Deum vel Heroa vocatum fuisse *Hermannum*, *Arimanium* vel *Irminum*. Refert *Tacitus*, tres populos, qui Germaniam componebant, *Ingevones*, *Istevones*, *Herminones*que sive *Hermiones* ea nomina à tribus *Manni* filiis accepisse. Id sive verum sit, sive secus, saltem indicare voluit, vixisse aliquando Heroa quendam nomine *Herminum*, à quo *Herminones* sumpsisse nomen intellexerat. *Herminones*, *Hermiones*, *Hermannii*, *Hermunduri* idem sunt, & mili-

significat. In inferiori adhuc historia *Arimanni* erant *viri militares* & in jure Longobardico extat *feudum Arimandia* (est enim *Man* vir, *Hari* (hodie *hebr*) exercitus.)

140. Alibi ostendi nomen partis Germaniæ verisimiliter toti fuisse tributum, & ab Herminonibus istis seu Hermunduris populos omnes Teutonicos *Hermannos*, sive *Germanos*, fuisse nuncupatos; horum namque duorum vocabulorum discrimen in sola vi aspirationis versatur, quemadmodum differt initium vocis latinæ *Germani* & Hispanicæ *Hermanos* vel uti consentiunt latinum *Gammarus* & *Hummes* (id est cancer marinus), vox inferioribus Germanis usitata [& quemadmodum *Ludovicus*, *Eludovicus* (in diplomatibus) *Clodovans* idem est.] Et valdè frequens est partem nationis alicujus nomen dare toti, uti Germani omnes à Gallis vocati fuere *Allemani*, cum tamen hoc nomen antiquo usu solis Suevis Helvetisque conveniat. Et quamvis Tacito Germanorum nominis origo non satis nota fuerit, aliquid tamen opinionime favens dixit, dum notat hoc nomen fuisse terrificum, acceptum vel datum *ob metum*, nempe quia significat bellatorem. *Heer*, *Harr*, est (ut dixi) exercitus, unde oritur *Hariban*, vel *Glamor de Haro*, hoc est generale mandatum confluenti ad exercitum quod in *Arrierehan* corruptum est. Itaque *Harimannus* sive *Arimanus*, *Germanus*, *Guerremanus* est miles. Nam sicut *Hari Heen* est exercitus, ita *Wehr*, significat arma, *wehren* sonat pugnare, bellum gerere, & Gallica vox *Guerre*, *Guerra*, dubio procul ab eodem fonte descendit. Jam supra dixi de *feudo Arimandia*, nec Herminones duntaxat Germanique aliud nihil indicabant, sed etiam Vetus ille *Hermannus*, creditus Manni filius, verisimiliter hoc nomen adeptus est quod Bellator *κατ' ἔροξιν* nuncupatus fuisset.

141. Nec verò solus Taciti locus hunc Deum (an Heroa?) nobis indicat, dubitari enim nequit aliquem hujusmodi cultum fuisse, cum Catohus Magnus inventam non procul à Visurgi columnam Irmin-Sul vocitatum & huic Deo erectam evertit. Quod cum Taciti loco conjunctum indicio est, non Arminium celebrem illum Romanorum hostem sed majorem aliquem vetustioremq; herôa cultu illo spectatû fuisse. Arminius scilicet idem nomen gerebat, uti hodieque illi qui Hermanni nominantur: neque satis magnus neque satis felix, neque satis totâ Germania clarus fuit Arminius iste recens, ut publici cultûs honorem à populis longè difficis obtineret, puta à Saxonibus qui longo post tempore Cheruscorum regionem occupârunt. Et Arminius ille noster ab Asiaticis pro Deo malo habitus novam opinioni nostræ confirmationem suppeditat, nam in hujusmodi rebus conjecturæ diversæ se mutuò firmant, idque sine circulo logico, quando videlicet earum fundamenta ad eundem scopum collimant.

142. Quid quod nec incredibile est, *Herman* (id est Mercurium) Græcorum, eundem Herminum sive Arimanium fuisse. Potuit inter suos, inque suo regno, artium vitæque paulò cultioris inventor aut promotor fuisse, dum apud hostes vastitatis autôr audiebat. Equis novit, an non in Ægyptum usque penetrarit uti Scythæ, qui Sesostrin insecuti in vicina loca devenerunt? *Theutus*, *Menes*, & *Hermes* Ægypto noti & culti fuere: hi possunt esse *Thuisco*, *Mannus* ejus filius, & *Hermannus* filius Manni secundùm genealogiam Taciti. *Menes* Ægypti Regum antiquissimus habetur. *Theutus* apud Ægyptios nomen erat Mercurii. Saltem *Theutus* vel *Thuisco* (à quo Tacitus derivat Germanos, quorum nomen Teutones, *Teutsche* id est Germani hodie gerunt) idem est cum
Teu-

Teutate illo quem Lucanus à Veteribus Gallis olim cultum fuisse perhibet, quemque Julius Cæsar *pro Dite Patre* sive Plutone accepit, propter similitudinem latini nominis cum voce *Theut* vel Thiet, Titan, Theodon, quæ antiquitus homines, populum, deinde virum præstantem (uti & vox Baro) denique Principem significabat. Omnes hæ significaciones autoritatibus fulciuntur, sed his immorandum non est. Cl. Otto Sperlingius multis eruditis scriptis notus, & alia complura aliquando proditura premens dissertationem integram de Teutate Celtarum Deo instituit, & nonnullæ ea de re animadversiones, quas cum eo communicaveram, Novis Litterariis Maris Baltici insertæ sunt unâ cum ejus responso, ubi paulò aliter atque ego accipit hos Lucani Versus :

Tentates, pollensque feris altaribus Hesus,

Et Taramis Scythica non mitior ara Diana.

Hesus verisimiliter erat Deus Belli vocatus à Græcis *Aphs* & à veteribus Germanis *Erich* à quo superest adhuc *Erichtag* (in superiore Germania) Dies Martis. Litteræ R. & S. utpote quæ ad idem spectant organum, facile permutantur : E G. *Moor & Moos, Geren & Gescht, Er war, & Er was. Fer, Hierro, Eiron, Eisen.* Item *Papifius Valesius, Fufius* & *Papirius, Valerius, Furius* apud Veteres Romanos æquipollebant. Quod *Taramis* vel fortasse *Taxanis* vocabulum attinet, Notum est *Taran* esse tonitru vel Deum Tonitru apud veteres Celtas, vocatum *Tor* à Germanis Borealibus, à quo Angli retinuerunt *Thursday*, Diem Jovis. Significat autem Lucani versus *Taranis* Dei Celtarum aram non mitiorem arâ *Dianæ Scythicæ* sive *Tauricæ* fuisse (cum utrobique homines immolarentur.]

143. Neque etiam absurdum est fuisse aliquando tempus quo Principes quidam Occidentales aut Celtae

Græciam, Ægyptum & non parvam Asiæ partem subjugârint, quorum cultus his in regionibus ad posterum fuerit propagatus. Nam si reputemus quàm rapide Hunni, Saraceni Tartarique magnam continentis terræ nostræ partem occupârint, minùs id mirum accidet, & ingens ille vocum Germanicarum Græcarumque tam bellè inter se conspirantium numerus id confirmat. Callimachus Hymno in honorem Apollinis videtur innuere, Celtas qui sub Brenno sive Duce suo templum Delphicum invaserunt, fuisse nepotes veterum Titanum ac Gigantum, qui cum Jove cæterisque Dîs, hoc est Asiæ Græciæque Principibus bella gesserunt. Fieri potuit ut Jupiter ipse è Titanum vel Theodonum genere ortus sit id est è Principibus Celto-Scythis anterioribus. Et consonante quæ nuper defunctus Pezronius Abbas de la Charmoie in Originibus suis Celticis collegit, quanquam in Auctoris hujus pereruditi opere quædam opiniones mihi verisimiles non esse videantur, præsertim ubi veterum secus perhibentium testimonia non satis attendens, nec satis notam habens, antiquæ linguæ Gallicæ cum Germanica affinitatem, Germanos è Celtarum numero expungit. Jam verò Gigantes crediti, qui cælum conscendere voluerunt, erant novi Celtæ majorum suorum vestigiis insistentes. Et Jupiter, quamvis confanguineus, ut ita dicam, irruptioni tamen eorum resistere coactus est; quemadmodum Visigothi qui in Galliis sedem fixerant, Romanis juncti, aliis Germaniæ Scythiæque populis Duce Attilâ barbararum Gentium à Persiæ finibus ad Rhenum usque tunc Domino ingruentibus occurrerunt. Verùm voluptas percipi solita, dum in Deorum Mythologiis antiquæ fabulosoꝝ temporum Historiæ vestigium aliquod deprehendisse nos putamus, me fortasse longiùs quàm par erat abduxit, nec scio num in conjectando felicior fue-

fuerim Goropio Becano, Scricckio, Rudbeckio ac denique Pezronio.

144. Nunc Zoroaſtrem, qui nos ad Oromasdem & Arimanium boni malique autores abduxit, revifa-
mus, & ponamus eum agnoviſſe in illis duo principia
æterna ſibi contraria, quanquam de hoc ipſo dubi-
tare fas ſit. Marcion Cerdonis diſcipulus, ante Ma-
netem hac in ſententia fuiſſe putatur. Fatetur Bay-
lius miſerè fuiſſe ratiocinatos, ſed exiſtimat ſententiæ
ſuæ vim & commoda ignoraviſſe, parumque peritos
tractandi præcipui ſui teli fuiſſe, quod in difficultatè
de mali origine ipſe collocat. Itaque Manichæum ali-
quem eruditum multum negotii faceſſiturum putat
Orthodoxis, videturque ipſe, defectu alterius ſpar-
tam illam multorum iudicio minimè neceſſariam or-
nandam in ſe ſulcipere voluiſſe. *Hypotheſes omnes à
à Chriſtianiſ conſtitute* (inquit Dictionarii Artic.
Marcion. pag. 2039.) *ictum ſibi intentatum malè
eludunt. Triumphantiſ equidem ubi adverſariſ inva-
dunt, ſed omne robur amittunt cum oppugnantium
imperium excipere viciffim debent.* Nec diffiteretur
Dualiſtas (uti eos Cl. Hydio duce vocat) hoc eſt
duorum principiorum deſenſores in fugam haud du-
biè verti per rationes *à prioriſ* rerum, ut loquuntur, ſive
ex cauſis, nempe è natura Dei depromptas ſed eos-
dem viciffim triumphaturos ſibi perſuadet, ubi ad ra-
tiones *à poſterioriſ* rerum ſive ab effectu, hoc eſt ab
exiſtentia mali ductas devenitur.

145. Haſ à Poſterioriſ rerum habitus rationes
prolixè perſequitur Dictionarii ſui Articulo *Mani-
chæus* pag. 2025. quæ hîc aliquantùm ponderandæ
ſunt, ut argumentum hoc totum in clariori luce collo-
cetur. *Certiſſima chariſſimæque Ordiniſ idea nos edo-
cent* (inquit) *Enſ à ſe exiſtentiſ, neceſſariſ, æterniſ
eſſe debere unicuſ, inſinituſ, omnipotentiſ & omniſgenâ
per-*

188 PARS SECUNDA, *Super Bonitate Dei, perfectione pradium.* Hoc ratiocinium paulo melius evolvi merebatur. *Nunc videndum est (pergit) an per unius principii Hypothesin explicari commode natura phenomena possint.* Hoc nos quidem abundè præstitimus, ubi eventus esse ostendimus, in quibus inordinatio partis ad maximum ordinem in ipso toto producendum necessaria est. Sed Baylius paulò nimium poscere videtur. Vellet, credo, sigillatim ostendi sibi quo pacto cum optima mundi idea connexum sit malum, qua ratione perfecta phænomeni explicatio haberetur: nos autem talem dare non aggredimur, nec verò tenemur, nemo enim tenetur ad id quod præsentem in quo versamur statum impossibile est. Nobis satis est ob oculos ponere, quàm nihil vetet malum quodpiam particulare cum eo, quod in toto genere optimum est, coherere. explicatio ista imperfecta quæque aliquid in altera vita detegendum relinquit, solvendis objectionibus, non item comprehendendæ rei sufficit.

146. *Cum Cæli & mundana corpora integra* [tacente Baylio] *enarrent Dei Gloriam, potentiam & unitatem,* inde colligendum ipsi erat hoc idè scilicet [uri supra notavi] quia in objectis istis aliquid integrum & ut sic loquar per modum insulæ per se absolutum cernitur; & quotiescumque opus Dei tale conspiciamus, id tam perfectum deprehendimus ut ipsius artificium pulchritudinemque admirari cogamur. At quando opus aliquod integrum se non offert, quando res particulatim & per fragmenta spectantur, quid mirum, si bonus ordo non appareat? Huiusmodi opus insulatum perfectumque habes in planetarum nostrorum systemate, quin etiam qualibet planta, quodlibet animal, quilibet homo tale opus absolutum suppeditat ad certum usque gradum perfectionis productum, in quo stupendum Auctoris artificium agnoscere est.

At genus humanum univcrsum, quatenus nobis notum est, nihil est nisi fragmentum & exigua portio civitatis Dei vel Reipublicæ Spirituum, quæ amplior est minusque nobis nota, quàm ut mirabilem ejus ordinem observare valeamus. Homo vel solus [inquit Baylius] opus illud Creatoris inter omnia visibilia absolutissimum, homo, inquam, vel solus gravissimas adversus unitatem Dei objectiones suggerit. Idem notaverat Claudianus dum animi sensa in versus notissimos effunderet.

Sape mihi dubiam traxit sententia mentem, &c.

Verùm reperta cæteris in rebus Harmonia ingens supeditat præjudicium, eandem etiam in hominum & univcrsim in spirituum gubernatione repertum iri, si ea nobis perspecta foret univcrsa. In dijudicandis Dei operibus imitanda foret sapientia Socratis, in ferenda de Heraclito operibus sententia dicentis : quæ intellexi mihi præclara videntur, talia puto & ea esse quæ non intellexi.

147. Est alia præterea perturbationis apparentis ratio specialis in iis quæ hominem spectant, nempe quòd Deus eum imagine Divinitatis insigniverit, dum donavit intelligentiâ. Sinit eum quandoque in exiguo districtu suo liberè agere, ut spartam quam nactus est ornet. Ipse non nisi latenter hîc influit, nam essentiâ, virtutem, vitam, rationemque minimè licet aspestabilis largitur. Hîc liberum arbitrium ludum suum ludit; Deus autem cum minoribus hisce diis à se productis ludit ipse, ut ita loquar, quemadmodum nos cum pueris ludimus qui negotia sibi faceffunt, quibus pro lubitu occultè favemus vel obstamus. Est ergo homo in ditione sua veluti Deaster quidam in proprio suo mundo sive microcolmo quem suis legibus gubernat, ac in eo mira quandoque efficit arte suâ naturam imitante

Impi-

190 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei,*
Jupiter in parvo cum cerneret aethera vitro
Risit & ad superos talia dicta dedit
Hucine mortalis progressa potentia, divi?
Jam meus in fragili luditur arte labor.
Jura poli, rerumque fidem legesque Deorum
Cuncta Syracusius transtulit arte senex.
Quid falso insontem tonitru Salmonæ miror?
Æmula natura est parva reperta manus.

Sed magnos quoque defectus patitur, quia & ipse affectibus indulget, & Deus eum suo sensu permittit, nec tamen impunem abire sinit, castigat enim, nunc ut Pater aut Præceptor pueros exerceans multansve, nunc ut justus judex, ab iis qui à se deficient, pœnas exigens: & evenit plerumque malum, quando hæ intelligentiæ, hi Deunculi, eorumve microcosmi inter se mutuò colliduntur. Inde malè habet homo pro culpæ suæ mensura; at Deus omnes istos microcosmorum defectus, in majus majoris sui mundi ornamentum arte mirabili convertit, non aliter ac opticus istis inventis fieri consuevit, in quibus artefacta quædam egregia nil nisi confusum chaos esse videntur, donec ad genuinum visûs punctum, ex quo spectari debeant, referantur, aut medio certo quodam vitro vel speculo respiciantur; tumque demum in conclavis alicujus ornamentum cedere incipiunt, cum rite collocata spectataque fuerint. Ita apparentes Microcosmorum nostrorum deformitates in Macrocosmo collectæ fiunt venustates, nec quidquam habent, quod principii universalis infinite perfecti unitati repugnet, imò potius Eiusdem sapientiæ malum bono omnium maximo deservire cogentis admirationem augent.

148. Pergit Baylius: *Hominem esse pravum & infelicem, ubique esse carceres & nosocomia, historiam nihil esse nisi criminum & infortuniorum generis humani Epitomen.* Arbitror hæc exaggeratè dici: multò

plus

plus boni est in vita, hominis quàm mali uti mul-
tò plures sunt domus quàm ergastula. Quod vir-
tutem vitiumque attinet, quædam in vita regnat me-
diocritas. Notavit olim Machiavellus paucos extare
homines insigniter improbos, paucos eximiè probos,
& hac de causa multa ingentia cœpta eventu frustrari.
Historicorum vitium hoc esse censeo, quòd malo po-
tius quàm bono immorantur. Historiæ uti & Poëseos
scopus præcipuus esse debet exemplis prudentiam vir-
tutemque docere, tum vitium iis depingere coloribus
qui homines ad ejusdem horrorem fugamque permo-
veant.

149. Fatetur Baylius : *Bonum morale bonumque
physicum nonnullum, quadam etiam virtutis & qua-
dam felicitatis exempla ubique reperiri, sed in hoc
ipso versari difficultatem, nam si pravi & infelices
soli existerent [inquit] ad duorum principiorum hy-
pothesin recurrendum minimè foret.* Demiror hunc
Virum præstantem tantam ad hanc de duobus princi-
piis opinionem ostendere propensionem potuisse, nec
considerasse, quòd hæc humanæ vitæ fabula, quæ uni-
versalem humani generis historiam constituit, tota
prius in divino intellectu concepta fuerit cum infinitis
aliis, & Dei voluntas ejusdem existentiam ideò solùm
decreverit quia hæc eventuum series cum reliquo re-
rum ordine omnium maximè congruebat, ut opti-
mum inde confurgeret. Et hi apparentes integri mun-
di defectus, hæc maculæ solis, cujus sol noster non nisi
radius est, adeò ejus pulchritudinem non minuunt, ut
potius augeant, & majus bonum procurando ad illam
conferant. Extant sanè duo principia, sed utrumque
in Deo, nimirum *Intellectus & Voluntas*. Intellectus
quidem mali principium suppeditat, nec inde vitiatur
aut ipse malus fit, nempe repræsentat naturas uti sunt
in veritatibus æternis; continet in se rationem permit-
tendi

192 PARS SECUNDA *De Bonitate Dei,*
tendi mali: at Voluntas per se spectata ad solum bonum tendit. Addamus & tertium principium, scilicet potentiam, quæ intellectum voluntatemque præcedit. Sed hæc agit prout Intellectus ostendit & jubet Voluntas.

150. Nonnulli (ut Campanella) tres hæc Dei perfectiones, tres primordialitates vocaverè, imò credere complures, etiam veterum, arcanum ad sanctissimam Trinitatem respectum hîc latere, ac potentiam quidem ad Patrem id est fontem divinitatis referri, sapientiam ad Verbum æternum, quod ab Evangelistarum Aquila λόγος appellatur; Voluntatem denique sive amorem ad Spiritum sanctum. Et sanè omnes fere comparationes è substantiæ intelligentis natura desumptæ eò tendunt.

151. Hæc ipsa de principiis rerum à nobis dicta si Baylius expendisset, quæstionibus ipse suis credo respondisset, aut certè non interrogasset: *Si unici principii summè boni, summè sancti, summèque potentis opus est homo, qui fieri possit, ut morbis, frigori, calori, fami, siti, dolori, tristitia sit obnoxius, tot affectionibus laboret, tot crimina committat? Quid (inquit) an suprema sanctitas creaturam infelicem producere potest? an summa potentia bonitati infinitè conjuncta non cumulabit opus suum bonis, & quidquid ledere aut contristare potest, non amovebit?* Eandem difficultatem in Hamartigenia sua repræsentat Prudentius:

*Si non vult Deus esse malum, cur non vetat, inquit.
Non refert autor fuerit factorve malorum.*

*Anne opera in vitium sceleris pulcherrima verti,
Cum possit prohibere, sinat; quòd si velit omnes
Innocuos agere omnipotens, nec sancta voluntas
Degeneret, factò nec se manus inquinet ullo.*

*Condidit ergo malum Dominus, quòd spectat ab alto,
Et patitur, fierique probat, tanquam ipse creârit.*

Ipsc

Ipsè creavit enim, quod si discludere possit,

Non abolet, longoque sinit grassarier usu.

Verum huic interrogationi jam abunde respondimus. Homo ipse malorum suorum origo est: qualis in se nunc est, talis erat in ideis. Deus immutabilibus sapientiæ rationibus permotus eum qualis ibi est ad existentiam transire decrevit. Atque hanc quam assero mali originem forsitan advertisset Baylius, si potentiæ bonitatis sanctitatisque sapientiam conjunxisset. Obiter hic addo *Sanctitatem* nihil aliud esse quam supremum bonitatis gradum, uti crimen, quod sanctitati opponitur, est id quod in malo ipso pessimum est.

152. Baylius Melissum Philosophum Græcum, unici principii, & fortassis etiam unicæ substantiæ propugnatorem cum Zoroastre veluti primo dualitatis autore confligentem inducit. Zoroaster fatetur Melissi hypotesin ordini rerum & rationibus à priori rerum habitu sumptis melius consonare, sed eam cum experientia & rationibus à posteriori deductis congruere negat. *In Phanomenorum explicacione* (inquit) *qua præcipua est boni systematis nota, te supero.* Ita Baylius. Verum me iudice, non admodum scitè explicatur Phænomenon aliquod, quando ei *principium proprium* & veluti ex machina accersitum assignatur, puta malo *principium maleficum*, frigori *principium frigidum* &c. Nihil hoc philosophandi genere facilius, nihil insipidius. Idem est ac si quis diceret Mathematicos hodiernos in explicandis Astrorum Phænomenis palmam cedere Peripateticis, quod hi Astris intelligentias dirigentes tribuant, cum hoc posito faciliè concipiatur cur planetæ tanta cum accurate iter suum peragant. Cum econtra multâ Geometriâ & meditatione opus sit, ut intelligatur quo pacto è planetarum gravitate, qua versus solem feruntur, turbini cuiuspiam, quo rapiuntur, vel certè impetui proprio

proprio additâ prodire possit Ellipticus Kepleri motus, qui Phænomenis tam bellè respondet. Hic nonne-
mo ad speculationes sublimes assurgere impotens Peripateticis statim applaudet & mathematicos nostros delirare censebit. Vetus aliquis Galenista idem de Scholæ Facultatibus iudicium feret, aliam scilicet Chylificam facultatem admittet, aliam Chymificam, aliam sanguificam & sic deinceps alias aliis operationibus proprias assignabit facultates, & rem se præclare gessisse censebit, ridebitque recentiorum, quæ vocabit, deliria, qui ea quæ in animalis corpore peraguntur, explicari mechanicè posse contendunt.

153. Eiusdem fufuris est causæ mali per *principium maleficum* explicatio. Eo non magis indiget malum, quàm frigus & tenebræ. Non datur *primum frigidum* neque principium tenebrarum. Malum ipsum non nisi à privatione oritur. Id quod positivum est, concomitanter duntaxat ad malum pertinet, uti activum concomitanter pertinet ad frigus. Videmus ab aqua congelascente ferream maioris sclopi fistulam dirumpi posse, & tamen frigus est quædam privatio virtutis à sola motûs, fluidorum particulas à se invicem removentis diminutione proveniens. Quando motus hic dirimens in aqua per frigus elanguescit, aëris compressi particule latentes in aqua colliguntur: dumque majores fiunt, majorem etiam ope elateris sui facultatem agendi consequuntur. Namque resistentia, quam partium aëris superficies in aqua reperiunt, quæque harum partium sese dilatare conantium nisui obsistit, in magnis aëris bullis multò minor est, consequenter effectus aëris in magnis aëris bullis major quàm in parvis, etiamsi hæ parvæ simul junctæ tantam, quantam magnæ, massam conficerent; quia resistentiæ, hoc est superficies crescunt ut quadrata; Conatus verò, hoc est contenta sive soliditates spha-
rula.

tularum aëris compressi crescunt ut cubi diametro-
rum. Itaque ex accidente est quòd privatio actionem
& vim aliquam involvat. Jam supra ostendi quo pa-
cto privatio cognitionis ad inducendum errorem ma-
litiæque sufficiat, & quomodo Deus ad utrumque
tolerandum adducatur, nec tamen ideo ulla Deo ma-
lignitas adhærescat. Malum à privatione oritur, id
verò quod positivum est, ipsaque actio nascuntur inde
per accidens, uti vis sive virtus explicatâ jam ratione
procedit è frigore.

154. Id quod Paulicianos dicentes inducit Baylius
pag. 2323. non stringit, videlicet liberum arbitrium à
duobus principiis oriri debere, ut ad bonum malum-
que convertere sese possit, cum enim liberum arbitrium
se ipso simplex sit, potius à Principio neutro oriri de-
beret si hæc ratio locum haberet. At liberum arbi-
trium in bonum tendit, & si in malum impingat, id
per accidens fit quia nempe malum illud sub bono
veluti larvatum delitescit. Hæc Medæe apud Ovidium
verba:

Video meliora proboque,

Deteriora sequor.

Indicant bonum honestum superari à delectabili,
quod majorem in animos affectibus agitados impres-
sionem facit.

155. De reliquo Baylius ipse responsum Melisso
non malum suggerit, sed paulò post impugnat. En
ejus verba pag. 2025. *Si Melissus ordinis notiones
consultat, respondebit hominem, cum à Deo conderetur,
minimè pravum fuisse. Dicit hominem à Deo felicita-
te donatum, sed cum conscientia sua dictamini morem
non gessisset, à qua secundum creationis intentionem
per virtutis semitam ducendus erat, improbum evasis-
se ac meritum fuisse ut Dei summè boni vindicem expe-
riretur iram; Non igitur Deus est causa mali moralis*

196 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei,*
sed est solum causa mali physici, id est punitionis mali
moralis, qua punitio tantum abest ut principio summi
bono repugnet, ut potius ab uno Eiusdem attributo ne-
cessario dimanet, a justitia scilicet qua ei non minus est
essentialis quam bonitas. Hoc responsum, omnium qua
a Melisso dari possunt aptissimum, reapse pulchrum est
& solidum. Sed tamen per aliquid speciosius ac plau-
sibilius oppugnari potest. Instabit Zoroaster: Principi-
um infinite bonum debuisse creare hominem non solum
sine malo actuali sed etiam sine inclinatione ad malum;
Deum peccati omniumque ejus effectuum praescium de-
buisse astringere hominem ad bonum morale, nec ullam
ei ad peccandum relinquere potentiam. Hucusque
Baylius. Ista quidem dictu facilia sunt, non item
possibilia factu, si ordinis principia attendantur,
nec sine perpetuis miraculis executioni mandati
potuissent. Ignorantia, error & malitia in animalibus
nostri similibus naturali se serie subsequuntur. An
igitur hanc mundo speciem deesse oportebat? Arqui
nullus dubito, quidquid ejus infirmitates secus suase-
rint, eandem mundo momentosiores fuisse quam ut
Deus ad ipsam praetereundam adduci potuerit.

156. Articulo *Pauliciani* quem Dictionario suo
 inseruit, persequitur Baylius ea quae protulerat articulo
 de Manichæis. Si ipsum audimus (pag. 2330.
 lit. H. Orthodoxi videntur duo principia prima ad-
 mittere dum Diabolum peccati auctorem faciunt.
 Beckerus Minister quondam Amstelædamensis Autor
 libri cui Titulus *Mundus incantatus*, cogitatum istud
 ornare aggressus est, ut demonstraret non tribuendam
 esse Diabolo potestatem autoritatemve, quae illum
 Deo æquiparet. Rectè istud quidem, sed consequen-
 tias ipse suas nimis longè provehit. Autor verò libri
 inscripti : *Ἀποκατάστασις πάντων*, longiùs adhuc
 procedens aumat, si Diabolus vincendus aut spoli-
 andus

audus nunquam foret, si prædam sibi suam servaturus semper esset, si invicti titulus ad eum pertineret, hoc enim vero divinæ gloriæ obesse. Sed misera profectò prærogativa est servare quos seduxeris, ut sempiternam cum eis pœnam luas. Quod peccati causam arguit, verum quidem est Diabolum esse peccati autorem, sed ejus prima origo longius est accersenda, videlicet ab ipsa originali imperfectiōe creaturarum, hinc enim peccati capaces sunt, tum occurrentes in rerum serie circumstantiæ obstetricantur ut hæc potentia reducat in actum.

157. Diaboli, priusquam laberentur, erant Angeli uti cæteri, crediturque Coryphæus eorum è præcipuis fuisse, sed Scriptura sacra non satis hoc explicatè tradit. Locus Apocalypticos de prælio cum Dragone tanquam de visione loquens dubia bene multa relinquit, nec rem istam, cujus alii autores sacri vix mimerere, satis expedit. Non est hîc de istis disquirendi locus, & faciendum saltem comūnem sententiam omnium optimè sacro textui congruere. Baylius quædam S. Basilii, Eustantii aliorumque de mali Origine responsa expendit, sed quia de malo physico agunt, de iis tantisper loqui supersedeo & extantes in pluribus eruditi nostri Autoris operum locis difficultates circa moralem mali moralem causam enucleare nunc pergo.

158. Hujus ergo mali simplicem permissionem Baylius impugnat, postulatque concedi sibi, Deum velle peccatum. Quam in rem laudat Calvinii verba (in Genesis Cap. 3.) *Quorundam offenduntur aures, cum Deus illud voluisse dicitur, sed permissio illius qui prohibere potest, aut potius in cujus manu res est, quid aliud, obsecro, est quàm voluntas?* Atque hæc Calvinii verba unâ cum præcedentibus explicat Baylius, quasi Calvinus fateretur, Deum Adæ lapsum voluisse, non tamen quatenus crimen erat, sed sub alia

298 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei,*
notione nobis ignota; adducitque casuistas paulò
xiores, dicentes filium optare posse parentis sui mor-
tem, non quidem ut malum patris, sed ut bonum sibi
cui pinguis hereditas obventura est (Resp. ad Quasi-
ta. C. 147. pag. 850.) Comperio Calvinum dicere
solum quod Deus ob causam nobis ignotam voluerit
hominem labi. Equidem ubi de voluntate decretoria
Dei, hoc est de decreto aliquo agitur, distinctiones
istæ supervacuae sunt; actionem, si verè velimus, cum
omnibus suis qualitatibus volumus, sed quando actio
ista crimen est, Deus illam non potest nisi velle permit-
tere. Crimen nec est finis, nec medium boni, sed tan-
tùm conditio *sine qua non* fiet, adeoque non est dire-
ctæ alicujus voluntatis objectum, uti supra ostendi.
Deus illud impedire nequit quin agat contra id quod
sibi debet, quin faciat aliquid ipso hominis peccato
pejus, quin regulam optimi violet, quod esset divini-
tatem destruere, uti antehac notavi. Itaque Deus ne-
cessitate morali in seipso repertâ malum morale crea-
turarum, permittere tenetur. Et hic est præcisè casus
quo sapientis voluntas non nisi permissiva est: tenetur
sapienter, alienum crimen, permittere quando illud im-
pedire non potest quin ipse in officium suum peccet.
159. *At inter omnes combinationes infinitas* (inquit
Baylius pag. 853.) *Deo placuit eam eligere, quæ Ada-
mus erat peccaturus, & hanc præ omnibus aliis decreta
sua futuram reddidit.* Præclarè, hoc dictis meis con-
sonat, modo de combinationibus, mundum univere-
sum, componentibus intelligatur. *Nunquam ergo*
(subdit) *efficiat ut capiam Deum noluisse ut Adam &
Eva peccarent cum omnes combinationes, in quibus
peccatum non erant, rejecerit.* Atqui hoc generatim
ex iis quæ modò diximus, perquam facile percipitur.
Hæc quæ mundum univèrsam efficit combinatio
omnium optima est, non poterat ergo Deus ipsam
no

non eligere citra defectum proprium, quem ne admittat (quod ab ipso prorsus alienum est) defectum sive peccatum hominis hac in combinatione inclusum permittit.

160. Clarissimus Jaquelotius in suis Anti-Baylianis unà cum aliis eruditis viris à mea sententia hîc non recedit, uti dum dicit: Tractatûs sui de conformitate Fidei cum Ratione pag. 186. *Qui his in difficultatibus hærent, oculos mentis nimis angustos habere & ad proprium commodum omnia Dei consilia referre velle videntur; cum Deus mundum conderet, aliud nihil nisi seipsum suamque gloriam spectavit, adeo ut si omnes creature & varia illarum combinationes, diversique respectus nobis perfecti forent, mundum universum infinita omnipotentis conditoris sapientia ad amusum quadrare, nulla negotio comprehenderemus. Alibi dicit (pag. 232.) posito per impossibile abusum liberi arbitrii impediri à Deo non potuisse quin ipsum annihilaret, nemo inficiabitur, quandoquidem à sapientia gloriaque sua ad creaturas liberas efformandas determinatus fuerit, validam hanc rationem incommodis ex ea libertate secturis præponderare debuisse. Hanc ego sententiam magis evolvere conatus sum adhibitâ ratione optimi, nec non necessitate morali quam Deus habet optimum eligendi, non obstante creaturarum quarundum peccato illi annexo. Difficultatem totam radicibus excidisse arbitror. Ut tamen res ista penitus elucidetur placet illud solutionum principium specialibus Baylii difficultatibus applicare.*

161. Harum unam hisce proponit verbis: (Cap. 148. pag. 856.) *Deceretne cujuspiam Principis bonitatem. 1. Tantum pecunia tabellariis centum præbere, quantum ad ducentarum leucarum iter satis est. 2. Iis omnibus, qui nullâ præterea mutuo acceptâ pecuniâ iter confecturi sunt, pallicere præmium, illis verò*

quibus argentum illud non suffecerit intentare carcerem. 3. Homines seligere centum e quibus duos duntaxat bravium adepturos certo noveris, dum reliqui nonaginta octo in itinere domum, amicam, fidicinem aliudve quidpiam offendent, apud quos sumptus facturi sunt, quosque Princeps ipse datâ operâ per viarum intervalla disposuit. 4. Hos nonaginta octo tabellarios ubi redierint in carcerem compingere? His positis nonne luce clarius est eum nullâ erga ipsos benignitate commendabilem fore, imò potius hoc pacto non mercedem propositam iis sed carcerem destinasse? at merebantur: sit ita: at ille qui carcerem illos mereri voluerat, qui in infallibilem illius morendi viam illos coniecerat, an boni nomine dignus esset, quòd duobus reliquis mercedem rependerit? Non hanc sanè ob causam boni nomine dignus foret, sed tamen aliæ circumstantiæ concurrere possent ab quas laudem mereretur. Quòd hac arte usus esset ut viros illos pernosceret eorumque delictum haberet, uti Gedeon insolitâ quadam ratione in seligendis e militum suorum numero fortissimis minimeque mollibus usus fuit. Et quamvis Principi notâ jam esset omnium istorum virorum indoles, nonne posset eorum facere periculum, ut aliis etiam innotescant? Quæ rationes licet satis applicari Deo nequeant, ostendunt tamen actionem aliquam, qualis est hujus Principis si à circumstantiis ad rationem ejus judicandam idoneis avellatur, posse absurdam apparere. Potiori jure judicandum est bene fecisse Deum, nosque id intellecturos, si quæ fecit omnia cognosceremus.

162. Cartesius in quadam ad Serenissimam Principem Elisabetham Epistola (Vol. 1. Epist. 10. pag. 27. 28.) aliam comparationem adhibuit ad conciliandam cum divina omnipotentia humanam libertatem. Inducit in medium Monarcham aliquem qui
duella

duella vetuit, quique probè concius duos equestris ordinis viros, si mutuo sibi occurrant, certò duello congressuros, ita rem disponit. Si Rex aliquis, inquit, edicto monomachiam prohibuisset, & certissime sciret duos quospiam ditioris suae nobiles diversarum urbium incolas inter se dissidere, sibi que mutuo ita infensos esse, ut si alter in alterum inciderit, nil obstare possit, quo minus decertent, si, inquam, Rex isto illorum uni mandatum daret, ut versùs urbem illam proficisceretur, quam alter incolit, daretque etiam alteri mandatum eundem versùs locum in quo prior ille versatur, certò novit non posse illos sibi mutuo obviam non fieri, proindeque non certare, atque ita edictum ejus non violare, neque tamen illos ad hoc cogit, ejusque cognitio, imò & voluntas illos ad id hoc modo determinandi, non obstat quin ultro & aequè liberè uterque pugnet, ac pugnasset, si nihil horum rescivisset, aut alià quavis occasione illi in se mutuo incidissent, adeoque pari jure licet in illos animadvertere, ob violatum edictum. Quod autem licet Regi de quibusdam subditorum suorum liberis actionibus facere, id Deus qui praescientià & potentià infinità pollet, de omnibus hominum actionibus facit, & antequam nos in hunc orbem mitteret, exactè noverat, quales essent futurae voluntatis nostrae propensiones omnes, illas enim ipse nobis indidit, cetera etiam extra nos ita disposuit, ut haec & illa objecta se sensibus nostris hoc & illa tempore objicerent, quorum occasione scivit fore ut liberum nostrum arbitrium nos ad hoc vel illud determinaret: id ergo sic voluit, sed noluit tamen nos ad hoc cogere. Et quemadmodum in isto Rege distingui possunt duo diversi voluntatis gradus, unus quo voluit ut duo hi nobiles decertarent, cum fecerit ut in se mutuo incidere, alius verò quo id noluit, quo monomachiam edicto prohibuit, sic Theologi distinguunt in Deo voluntatem

*unam absolutam & independentem, quâ vult ut omnia
fiant, prout fiunt; aliam verò relativam, quæ ad bonum
meritum aut delictum refertur, per quam vult ut legi-
bus suis obtemperetur.*

[Hæc Cartesius: quibus confer ea quæ Antonius
Arnaldus Tom. 2. Animadversionum in systema
Mallebranci pag. 288. & seqq. refert ex Thomæ
Aquinate de Voluntate Dei antecedente & conse-
quente.]

163. His respondet Baylius (Resp. ad Provinc.
Cap. 154. pag. 943.) *Magnus ille Philosophus, ut mi-
hi quidem videtur, valde hallucinatur: nullus hoc in
monarcha voluntatis gradus, neque parvus neque ma-
gnus foret, ut hi duo pugiles legi morem gererent, neve
inter se depugnarent. Plenè unicèque vellet duellum,
nec ideò, fateor, à culpa abessent ipsi qui affectibus so-
lùm suis obsequerentur, ignari se Principis sui vocis
velificari; sed tamen Princeps verè causa moralis co-
rum duelli foret, nec id optaret plenius, etiamsi eos ad
pugnam accenderet aut pugnare iuberet. Finge tibi
duos Principes quorum uterque optat ut filius suus na-
tu maximus, veneno se perimat. Alter vi cogit; alter
fatis habet merore oblato adigere ad cicutam. An pos-
terioris voluntatem minùs plenam fuisse dubitabis?
Assumit ergo falsum Cartesius nec difficultatem solvit.
Ita Baylius.*

164. Ego fateor Cartesium de voluntate Dei circa
malum crudiusculè loqui, dum non solùm dicit scie-
visse Deum quò liberum nostrum arbitrium se inflexu-
rum foret, sed etiam voluisse, quamvis non ideo
extorquere voluerit. Nec minùs durè loquitur ejus-
dem Voluminis Epistolâ octavâ, dum ait, ne minima
quidem cogitationem in mentem humanam sub-
quam Deus in ea non *velit*: aut non voluerit ab æro
no. Nihil unquam Calvinus ipse durius, dixit. Ne

Ita nisi subintellectâ voluntate permissivâ excusari possunt. Cartesii solutio recidit in distinctionem *inter voluntatem signi & beneplaciti*, quam Recentiores voce quidem tenus à Scholasticis sumpserunt, sed cui sensum apud veteres parùm receptum tribuerunt. Equidem Deus imperare quidpiam potest, quamvis illud fieri nolit, uti cum Abrahæ præcepit immolare filium. Obedientiam præcipiebat; actionem ipsam non volebat. At quando Deus actum virtutis imperat & peccatum prohibet, vult verè quod imperat, sed sæpe voluntate solùm antecedente, uti non semel, explicavi.

165. Itaque Cartesii comparatio non usquequaque satisfacit, potest tamen ita aptari, ut mutato aliquantulum casu satisfaciat, nempe si rationem comminiscamur quæ Principem cogat efficere vel permittere ut hi duo inimici sibi mutuo occurrant. Puta, oportere utrumque simul exercitui interesse, vel aliud quodpiam munus obire quod tergiversationem nullam admittat, quod Princeps ipse sine præsentis Regni sui discrimine nequeat impedire, veluti si ob alterutrius absentiam multi ab exercitu sese subducturi, aut milites murmuraturi præviderentur, aut aliud denique hujusmodi incommodum immineret. Hoc igitur casu dici potest, Principem illum non velle duellum, quòd norit futurum, sed permittere tamen, quia mavelit permittere peccatum alienum, quàm admittere suum. Atque hæc comparatio, si huc aptetur, utilis esse potest, modò discrimen, quod inter Deum ac Principem intercedit, observetur. Nempe Princeps ad hanc permissionem impotentiâ adigitur: Rex aliquis, potentior istis respectibus minimè indigeret; Deus verò, qui omnia possibile potest, non nisi quia melius à quocumque fieri prorsus impossibile est, permittit peccatum. Principis actio, ætate & ægritudine

f. r. a. s. s. e.

fortasse non caret. Oritur autem ægritudo ista ex ipsius imperfectione cujus conscius est, in qua consistit displicentia; Deus verò displicentiæ nec capax est, nec causam reperit ullam, utpote conscius perfectionis propriæ infinitæ. Imò, fas est dicere imperfectionem in creaturis seorsim consideratis repertam apud Deum sedere in perfectionem totius, & gloriæ auctarium esse Creatori. Quid optari possit amplius, ubi sapientia possidetur immensa, ubi par sapientiæ potentia respondet, ubi denique omnia quis potest & ex omnibus optimum habet?

166. Hæc qui ritè perceperit, adversus robustissimas animosissimasque objectiones satis instructus esse mihi videtur. Has equidem minimè dissimulavimus, aliquas tamen quia nimis odiosæ sunt, obiter tantùm delibabimus. Remonstrantes ac Baylius (Resp. ad Provinc. Cap. 152. in fin. pag. 919. Tom. 3. Citant Augustinum qui ait, *Crudelem esse misericordiam velle aliquem miserum esse, ut ejus miserearis.* Laudatur eundem in sensum Seneca de Benef. lib. 6. Cap. 36. 37. Fateor id non ineptè objici iis qui Deum aliam permittendi peccati causam non reperisse putarent, quam ut haberet unde justitiam vindicativam contra potissimam hominum partem, misericordiam verò suam erga pusillum electorum gregem exerceret. Verùm permissionis hujus causas se digniores & respectu nostri sublimiores Deo non defuisse judicandum est. Ausi sunt etiam nonnulli Deum comparate Caligulæ jubenti edicta sua tam minutis scribi literis, & loco tam alto affigi, ut legi non possent; Matri, quæ ut ad optata commoda perveniat, filiaæ honorem negligit; Reginae Catharinae Medicæ, quæ ut Magnatum arcana eliceret, puellarum suarum amoribus favisse perhibetur. Imò Tiberio qui insolente Carnificis ministerio perfecit, ut lex quæ virginem affici supplicio vetabat,

vetabat, in impubere Sejani filia locum non haberet : quæ postrema comparatio à Petro Bertio tunc Arminiano , demum ad Romana sacra transgresso proposita fuit. Institutus etiam fuit Deum inter & Tiberium Augustum Parallelismus offensione plenus qui à Cl. Andrea Caroli integer refertur in *memoralibus Ecclesiasticis* sæculi præcedentis, uti notat Baylius : Bertius illo adversus Gomaristas usus est. Arbitror hujusmodi argumenta locum habere duntaxat adversus illos qui justitiam apud Deum arbitrarium quid esse contendunt, vel potestatem Ei despoticam tribuunt, qua insontes etiam damnare possit, vel denique qui Bonum non esse actionum Ejus inventivum existimant.

167. Sub idem tempus prodiit ingeniosa satyra contra Gomaristas inscripta : *Fur Predestinatus, de gepredestincerde dief.* Quæ fur inducitur ad furcam damnatus qui quidquid perpetravit mali, totum Deo adscribit, qui nihil obstantibus facinoribus suis ad salutem se prædestinatum esse credit & hanc sibi fidem sufficere persuasum habet, ac ministrum Contræmonstrantem præparando ad mortem malefico accitum argumentis ad hominem directis profligat : sed hunc furem denique convertit vetus quidam Pastor Arminianismi causâ exautoratus, quem carceris custos furis vicem & imbecillitatem Ministri miseratus clam adduxerat. Refutatus fuit iste libellus, sed satyrarum refutationes nunquam æquè delectant atque satyræ ipsæ. Baylius (Resp. ad Provinc. Cap. 154. Tom. 3. pag. 938.) hunc librum in Anglia Cromwelli tempore vulgatum fuisse ait, nec scivisse videtur non fuisse nisi Batavici Autographi longè antiquioris versionem. Addit refutationem illius à Doctore Georgio Kendalio editam fuisse Anno 1657. inscriptam : *Fur pro tribunali*, ipsumque dialogum contrarium

206 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei*,
 rium ei esse insertum. Dialogus iste falsò supponit
 Contraremonstrantes Deum dicere autorem peccati
 & prædestinationis Mahometanæ genus quoddam
 asserere, in qua perinde sit malène an bene opereris,
 ad prædestinationem sufficere imaginari tibi, quòd
 prædestinatus sis. Non equidem eòsque procedunt
 Gomaristæ, sunt tamen inter eos Supralapsarii non
 nulli, quibus difficile sit suam de Dei justitia deque pi-
 etatis & Ethices humanæ principiis sententiam rite ex-
 plicare, qui de potestum in Deo concipiunt, & homi-
 ni de absolutæ electionis suæ certitudine absque ratio-
 ne persuasum esse postulant, quod sequelas parit sane
 periculosas. At verò omnes qui agnoscunt Deum omnimò
 optimam seriem inter omnes posibles mundorum
 ideas selectam produxisse, Ipsumque in ea reperisse
 hominem originali imperfectione creaturis omnibus
 communi peculiariter ad peccatum miseriamque ver-
 gentem, & peccatum ac miseriam impedire quantum
 patitur universi perfectio, quæ divinæ perfectionis ra-
 dius quidam est; hi, inquam, distinctius ostendunt
 quòd intentio Dei omnium quæ fingi possint rectissi-
 ma sit atque sanctissima, quòd Creatura sola in culpa
 sit, quòd ejus limitatio five originalis imperfectio sit
 unica peccati causa, quòd nemo destinetur ad salutem
 quin ad sanctitatem quoque filiorum Dei destinatus
 sit, denique quòd electionis spes omnis non nisi in bo-
 na, cujus per Dei gratiam sibi quis conscius est, vo-
 luntate fundari possit.

158. *Causa morali mali moralis* à nobis explicatæ
 opponuntur præterea *metaphysica considerationes*.
 Verum postquam objectiones à rationibus moralibus
 petitas, quæ animos magis feriebant, removimus, mi-
 nus negotii nobis facessent. Hæ considerationes
 metaphysicæ spectant naturam *possibilis & necessarii*
 & fundamentum à nobis positum, videlicet quòd
 De

Deus mundorum omnium possibilium optimum elegerit, impetunt. Fuere Philosophi qui nihil, nisi quod re ipsa fit, esse possibile pugnârunt, iudem illi nempe qui omnia esse absolutè necessaria crediderunt, aut credere potuerunt. Hanc in sententiam ivere quidam quia in existentia rerum causam brutam cæcamque necessitatem astruebant & hi potissimum nobis impugnandi veniunt; alii verò non hallucinantur nisi quia vocibus abutuntur, & necessitatem moralem cum metaphysica confundunt existimantes, si Deus non posset non facere optimum, hoc Ei tollere libertatem, eamque rerum necessitatem afferre quam Philosophi juxta ac Theologi remis velisque fugiunt. His cum Autoribus sola nobis logomachia intercedit, modò verè concedant Deum eligere & facere optimum. Alii longiùs progressi censent Deum meliùs agere potuisse & hæc sententia repudianda est, quamvis enim Deo bonitatem sapientiamque non penitus adimat, limites tamen eis figit, quod est summam Dei perfectionem lædere.

169. *Quæstio de possibilitate rerum nunquam futurarum* jam ab Antiquis ventilata fuit. Ac viderur Epicurus, ut libertatem sartam tectam servaret ac necessitatem absolutam effugeret, Aristotele duce asseruisse, quòd futura contingentia determinatam nequeant habere veritatem. Nam si heri verum erat me hodie scripturum, fieri non poterat quin scriberem, idque adeò necessarium erat, & quidem (eandem ob rationem) ab æterno: atque ita quidquid contingit necessarium erit & impossibile aliter fieri: sed cum id verum non sit, inde ex sententia Epicuri conficitur, futura contingentia carere determinatâ veritate. Hanc sententiam ut tueretur Epicurus, primarium principium omnium veritatum rationis negare non est veritus: negabat enim enunciationem omnem vel veram

256 PARS SECUNDA De Bonitate Dei,
*tatem Divinam manifestari magis, quàm alià quavis
 administratione, qua si usus fuisset Deus, omnes sal-
 vandi fuerant? Et quia Cl. Jaquelotius à principiis
 à me positis minimè alienus est, Baylius ei paria objicit
 [Resp. ad Provinc. Cap. 151. pag. 900. Tom. 3.]
 Hujusmodi enodationes (inquit) si adoptamus, evi-
 dentissimis, quas de Entis summè perfecti natura ha-
 bemus, notionibus remittere nuncium cogimur. Ha-
 quippe nos edocent, omnia qua contradictionem non
 implicant, Ipsi possibile esse, atque adeò posse ab ipso
 salvari homines, quos tamen non salvat. Quid enim
 contradictionis oriretur ex eò, quòd numerus electorum
 major foret quàm nunc sit? Docemur praterea Ens
 summè perfectum, utpote summè beatum nullas habere
 voluntates, quas exequi non possit, quo igitur pacto per-
 sipient, velle Eum omnes homines salvos facere, nec
 tamen id posse? lucem quarebamus qua nos sis expedi-
 ret nodis, quibus constringimur, dum ideam Dei cum
 generis humani conditione comparamus, Ecce expli-
 cationes nobis obtruduntur, qua nos in tenebras densio-
 res conjiciant.*

224. Omnes istæ machinæ expositione jam à no-
 bis datâ difflantur. Admittimus principium Baylii,
 quod etiam meum est, nempe omne, quod contra-
 dictionem non implicat, esse possibile. Verùm enim-
 verò juxta nos, qui Deum quàm fieri poterat opti-
 mum fecisse aut melius quàm fecerit, nihil facere po-
 tuisse asserimus, censemusque quòd aliter de universo
 Ejus opere judicare sit Ejus sapientiam bonitatemque
 lædere, dicendum est contradictionem implicare ut
 efficiatur, quidquam quòd bonitate superet ipsum
 optimum. Hoc enim perinde foret ac si quis Deum
 ab uno puncto ad aliud ducere posse lineam brevior-
 tem rectâ contenderet, idque negantes accusaret everit
 fidei articuli quo in Deum Patrem omnipotentem crea-
 dimus.

225. Possi-

225. Possibilium infinitudo, quantacumque sit, sapientiæ Deiabilia omnia cognoscentis infinitudine major non est, imò dici potest, quòd si sapientia Deiabilia possibilialia extensione non superat, cum objecta intellectùs non possint ultra possibile progredi, quòd aliquo sensu solum est intelligibile, superet tamen ea intentione, ob combinationes infinitè infinitas, quas facit, & totidem reflexiones, quas super combinationibus struit. Sapientia Deiabilia non contenta possibilialia omnia complecti, ea ipsa penetrat, confert & ponderat alia cum aliis, ut perfectionum imperfectionumque quas habent, gradum, robur imbecillitatemque, bonum malumque æstimet. Ultra ipsas aded combinationes finitas progressa infinitè infinitas instituit, hoc est infinitas universi series possibilialia expendit quarum quælibet infinitas continet creaturas. Hac ratione sapientia Divina omnia possibilialia jam priùs considerata separatim in totidem universalialia systemata digerit, quæ rursus singula cum singulis comparat. Ex his denique comparisonibus ac reflexionibus resultat electio optimi inter hæc omnia possibilialia systemata, quam sapientia demum statuit, ut bonitati plenè faciat satis. Porro omnes hæc Divini intellectùs operationes, quamquam ordinem aliquem ac naturæ sive rationis prioritatem inter sese habeant, simul tamen omnes existunt, absque ullâ prioritate temporis.

226. Hæc attentè consideranti obversaturam specto ideam magnitudinis perfectionum Divinarum & maximè sapientiæ bonitatisque longè aliam ab illa quam habere possint ii qui Deum quasi fortuito ac temere & sine ratione agentem faciunt. Nec video quomodo sententiam tam absonam effugere possint, nisi agnoverint esse qualdam electionis divinæ rationes, easque ab Eiusdem bonitate desumptas. Ex quo necessario sequitur id quòd electum fuit, præ cæteris

ram esse vel falsam. Ad has autem angustias sic adigebatur: Negas heri verum fuisse me hodie scripturum, igitur falsum erat: bonus vir cum hanc sequelam admittere non posset, coactus fuit dicere, nec verum fuisse nec falsum. Qui huc devênit, nulla refutatione indiget, nec erat cur Chrysippus in magno isto contradictoriarum principio confirmando laboraret, uti laborasse refert Cicero libro de Fato: *Contendit omnes nervos Chrysippus ut persuadeat omne & iunctura aut verum esse aut falsum. Ut enim Epicurus veretur, ne si hoc concesserit, concedendum sit fato fieri quaecumque fiant; si enim alterum ex aternitate verum sit, esse id etiam certum; si certum, etiam necessarium; ita & necessitatem & fatum confirmari putat; sic Chrysippus metuit ne non, si non obtinuerit omne quod enuncietur aut verum esse aut falsum, omnia fato fieri possint ex causis aternis rerum futurarum.* Putat Baylius (Diction. Art. Epicurus lit. T. pag. 1141.) horum insig-
 „ gnium Philosophorum neutrum (Epicurum &
 „ Chrysippum) percepisse quod veritas hujus effati;
 „ *Omnis enunciatio vel est vera vel falsa* nullatenus
 „ dependeat ab eo quod *Fatum* dicitur: non igitur ad
 „ probandum fatum prodesse poterat uti contende-
 „ bat Chrysippus & verebatur Epicurus. Non poterat
 „ Chrysippus sine causæ suæ detrimento concedere
 „ dari propositiones quæ nec veræ sint nec falsæ. Sed
 „ contrarium evincendo nihil proficiebat; nam sive
 „ causæ liberæ existant sive non, perinde verum est
 „ hanc propositionem, *Magnus Mogol cras ibit ve-*
 „ *natum* aut veram esse aut falsam. Ridiculus merito
 „ visus est Tiresiæ sermo apud Horatium

Quidquid dicam aut erit aut non,

Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.

„ Si per impossibile nullus extaret Deus, certum ta-
 „ men foret quidquid hominum stultissimus prædice-

„ ret

ret vel fore vel non fore. Quod nec Chrysippus nec Epicurus observârunt. Tullius lib. 1. de Natura Deorum optimè de Epicureorum effugiis judicavit uti circa ejusdem paginæ calcem advertit Baylius) *atius fore illud ipsam, de quo ambigebatur, concedere quàm tam impudenter resistere, & hæc dicere turpius esse, quàm illud quod voluit, non posse defendere.* Et tamen Baylium ipsum videbimus certum confuisse cum necessario, dum electione optimi res effici necessarias pugnavit (Tiresias sic capiendus est ne Homerus ineptire putetur: quidquid dicam, aut erit aut non, scilicet ut dicam.)

170. Veniamus nunc ad rerum nunquam futurarum possibilitatem, ipsaque Baylii verba quanquam prolixa proferamus: scilicet (Diction. Art. Chrysippus lit. S. pag. 929.) sic loquitur: *Celeberrima de possibilitibus controversia* Stoicorum doctrinæ de fato suam debebat originem. Quærebatur, an inter ea quæ nec fuerunt nec erunt unquam, sint quædam possibile, an verò quidquid nec est, nec fuit, nec erit unquam, impossibile sit. Famigeratus quidam è Megarêa Secta dialecticus nomine Diodorus prius illud negavit, alterum affirmavit, sed à Chrysippo vehementer impugnata fuit hæc doctrina. En duos Ciceronis locos [Epist. 4. lib. 9. ad familiares] *περὶ δυνατόν με σίτο κατὰ Διόδωρον κρίνειν.* Quapropter si venturus es scito necesse esse te venire. Nunc vide utra te *κρίσις* magis delectet, *χρυσίππειαν* an hæc, quam roster Diodorus [Stoicus quidam diu apud Tullium hospitatus] non concoquebat. Excerptum hoc est è quadam Ciceronis epistola ad Varronem. Totum quæstionis statum exponit idem prolixius in libello de fato, ex quo excerpta aliqua proferam., *Vigila Chrysippe, ne tuam causam in qua tibi cum Diodoro valente Dialectico magna luctatio est, deseras* Omne

ergo quod falsum dicitur in futuro, fieri non potest. At hoc, Chryssippe, minimè vis, maximèque tibi de hoc ipso cum Diodoro certamen est. Ille enim id solum fieri posse dicit, quod aut sit verum aut futurum sit verum, & quidquid futurum sit, id dicit fieri esse necesse: & quidquid non sit futurum, id negat fieri posse. Tu etiam quæ non sunt futura posse fieri dicis, ut frangi hanc gemmam, etiamsi id nunquam futurum sit: neque necesse fuisse Cypselum regnare Corinthi, quanquam id millesimo antè Anno Apollinis oraculo editum esset. . . . Placet Diodoro id solum fieri posse quod aut verum sit, aut verum futurum sit: qui locus attingit hanc quæstionem, nihil fieri quod non necesse fuerit: & quidquid fieri possit id aut esse jam, aut futurum esse, nec magis commutari ex veris in falsa ea posse quæ futura sunt, quàm ea quæ facta sunt: sed in factis immutabilitatem apparere; in futuris quibusdam, quia non apparent, ne inesse quidem videri: ut in eo qui mortifero morbo urgeatur, verum sit, hic morietur hoc morbo; at hoc idem si verè dicitur in eo, in quo tanta vis morbi non appareat, nihilominus futurum sit. Ita fit ut commutatio ex vero in falsum, ne in futuro quidem ulla fieri possit. Cicero satis innuit Chryssippum sæpe hac in disputatione habuisse implicitum, nec mirum: Sententia enim quam propugnandam susceperat cum suo de fato dogmate connexa non erat, & si consequenter ratiocinari vel scivisset vel ausus fuisset, lubens totam Diodori hypothesein adoptasset. Vidimus superiùs, libertatem quam animæ tribuebat & comparisonem cylindri qua utebatur, non prohibere quominus omnes humanæ voluntatis actus revera forent inevitabiles fati effectus, ex quo fit, quidquid non evenit, evenire non posse, & nihil evenire posse nisi quod reapse evenit. Plutarchus (de Stoicorum repugn. pag. 1053. 1054. Chryssippe

penitus profligat, tam super isto argumento quàm
et controversia cum Diodoro, contenditque
Chrysippi de possibilitate opinionem propriæ do-
ctrinæ de fato penitus repugnare. Observa Stoico-
rum illusterrimos quosque, qui eandem quæstionem
suis tractarunt, aliam omnino viam tenuisse.
Arrianus (in *Epict.* lib. 2. Cap. 29. p. m. 166.) qua-
runt ex illis recensuit videlicet Chrysippum, Clean-
tem, Archidemum & Antipatrum. Ipse controversi-
am hanc totam magnopere despiciatam habet, nec erat
quod Cl. Ægidius Menagius Arrianum veluti scripto-
rum de Chrysippi opere Περὶ δυνατῶν honorificè locutum
videret (citatur honorificè apud Arrianum. Menag.
Læert lib. 7. pag. 341.) nam certè hæc verba γέγρα-
δὲ καὶ χρύσιπος δυνατῶς &c. de his rebus mira
ipsi Chrysippus &c. eo in loco non sunt elogium, uti
antecequentibus & consequentibus liquet. Dionysius
alicarnassensis (de collocat. Verbor. Cap. 17. p. m.
) Duorum Chrysippi tractatum meminit, in qui-
bus sub titulo alia pollicente multam in logicorum di-
scussionem faciebat. Operis inscriptio erat
Περὶ τῆς συντάξεως τῶν τῷ λόγῳ μετῶν de partium
compositionis collocatione, nec aliud quidquam nisi de
compositionibus veris & falsis, possibilibus & impossi-
bilibus, contingentibus, ambiguis &c. tractabat, quod
argumentum Scholastici nostri tam sæpe inculcarunt,
etque subtiliter excusserunt. Nota Chrysippum
novisse præterita esse necessariò vera, quod Clean-
tem concedere noluerat (Arrian. ubi supra p. m. 165.)
παν. δὲ παρελήλυθος ἀληθὲς ἀναγκασίον ἐστὶ, κατὰ
τὸ δὲ περὶ Κλεάνθην φέρουσα δοξασί. Non omne
preteritum ex necessitate verum est, ut illi qui Clean-
tem sequuntur sentiunt. Vidimus (pag. 562. col. 2.)
pra Abaelardum similia Diodoro docuisse putatum.
Vedo Stoicos latius extendisse possibilita quàm futura; ut

212 PARS SECUNDA, *Super Bonitate Dei,*
odiosas horribilesque consequentias è suo de fato
gmate pullulantes mitigarent Hucusque Baylius.

Satis apparet Tullium, dum ad Varronem modo
relata scriberet (lib. 9. Epist. 4. ad famil.) non satis in-
tellexisse momentum doctrinæ Diodori, cum eam præ-
ferendam duxerit. Autorum opiniones in libro de Fa-
to satis scitè repræsentat ille quidem, sed dolendum
est, eum rationes, quibus illi nitebantur, non semper
addidisse. Plutarchus libro de Stoicorum repugnanti-
is, nec non Baylius mirantur Chrysippum non con-
sensisse Diodoro, cum hic fato faveat. Verùm Chry-
sippus & Magister ejus Cleanthes ea in re rectiùsquam
creditur sapiebant, uti infra videbimus. Ambigitur, an
præteritum magis necessarium sit quàm futurum quod
Cleanthes affirmabat. Objicitur, ex hypothesi necesse
esse ut futurum aliquando sit, quemadmodum neces-
se est ex hypothesi ut præteritum fuerit. Sed hoc dif-
ferentia interest, quòd possibile non sit agere in præteri-
tum, possibile verò sit aliquid efficere circa futurum.
Interim eadem est hypothetica utriusque necessitas.
Illud mutari non potest, hoc non mutabitur: & hoc
posito nec ipsum mutari poterit.

171. Celebris ille Petrus Abaelardus ad Diodori
sententiam accessit propiùs, dum dixit Deum nihil
posse facere nisi quod facit, quæ tertia fuit inter pro-
positiones quatuordecim ex ipsius operibus excerptas
& censura Concilii Senonensis improbatas. Desum-
pta fuerat hæc propositio è libro ejus tertio Introdu-
ctionis ad Theologiam, ubi speciatim tractat de po-
tentia Dei. Hujus asserti rationem dabat, quòd
Deus nihil facere possit nisi quod vult, nequit autem
aliud velle facere quàm quod facit, quia necesse est
Eum velle quidquid decet, unde sequitur nihil eorum
posse velle facere, atque aded nihil eorum posse facere.
Abaelardus ipse fatetur hanc opinionem esse sibi

peculiarem, ferè neminem ita sentire, eam doctrinæ
sanctorum & rationi contrariam & magnitudini Dei
lerogare videri. Videtur hic Autor aliquantò nimi-
um fuisse pronus in novitatem loquendi & cogitandi,
Nam revera pura pura logomachia erat & vocum
tantummodo usurpationem innovabat. Potentia &
voluntas facultates sunt diversæ, quarum etiam obje-
cta differunt. Confundit illas qui dicit Deum non
posse facere nisi quod vult: Imò potius inter possibi-
lia plurima non vult nisi quod optimum comperit.
Omnia namque possibilea tanquam divinæ potentie
objecta considerantur, existentia verò & actualia tan-
quam objecta voluntatis decretoriæ. Quod Abaelar-
dus ipse agnovit. Objicit enim sibi hoc argumentum:
Reprobis potest salvari, atqui salvari nequit nisi Deus
eum salvet, ergo Deus potest ipsum salvare, adeo-
que facere aliquid quod non facit. Respondet dici
posse quod hic homo salvari possit si spectetur possi-
bilitas humanæ naturæ quæ salutis est capax; at non
posse dici quòd Deus eum salvare possit si spectetur
ipse Deus, quia impossibile est Deum aliquid facere
quod facere non debeat. Verùm cum absolutè loquen-
do & abstrahendo. animum à suppositione reproba-
tionis fateatur optimè dici posse, eum de quo agitur
posse salvari, atque ita id quod Deus non facit, fieri
sæpe posse, præstabat profectò loqui cum cæteris qui
rem hanc non aliter accipiunt, dum dicunt Deum
posse salvare hunc hominem, & facere quod non facit.

172. Eodem è fonte profluxisse videtur asserta à
Wicleffo, & à Concilio Constantiensi damnata ne-
cessitas. Censeo viros doctos sibi & veritati injurios
esse, cum sine causa locutiones novas & malè sonan-
tes affectant. Ætate nostra Vir celebris Thomas Hob-
besius hanc eandem opinionem propugnavit, esse vi-
delicet impossibile quidquid non evenit. Probat au-

214 PARS SECUNDA, *De Bonitate Dei*,
rem, quia nunquam fit ut *omnia* rei non futura
quisita simul existant, atqui sine illis existere res
non potest. At quis non videt id *impossibilitatem*
duntaxat hypotheticam probare? Equidem res aliq
si conditio ad ejus existentiam *requisita* desit, exist
bequit. Verum uti rem aliquam, etsi non existat, e
stere posse contendimus, ita pariter contendimus e
stere posse *requisitas* ad illam conditiones etsi non ex
stant. Atque ita Hobbesii argumentum rem in integr
relinquit. Non parvam Hobbesii nomini macula
asperit quod absolutam omnium rerum necessitatem
docuisse existimeretur. Sufficiebat is error ad alienand
animos, etsi nullum alium ille fovisset.

173. Benedictus Spinosæ longius *profectus* et
tam necessitatem planè docuisse videtur, cum Auto
rerum intellectum voluntatemque negaverit, & bo
num perfectionemque ad nos duntaxat non ad Illu
referri putaverit. Quanquam Spinosæ hac de re sen
tentia non caret obscuritate, nam cogitationem Deo
concedit, intellectum adimit. Imò nonnunquam de
necessitate mitiùs loquitur. Interim tamen, quantum
potest ejus intelligi sententia, bonitatem propriè di
ctam in Deo non agnoscit, docetque omnia necessitate
naturæ Divinæ citra ullam Dei electionem existere.
Nos sententiæ tam pravæ tamque inexplicabili refu
randæ nunc non immorabimur. Nostra in *possibilibus*
hoc est rerum contradictionem non implicantium na
tura fundatur. Nullus, credo Spinosista dicere aude
bit omnes quæ fingi possunt fabulas Romanentes ubi
piam existere revera vel extitisse vel extituras esse. At
qui fabulas cujusmodi sunt ea quas Illustris Scuderi
vulgavit vel quales sunt Aramena & Octavia (Magni
Principis fœtus) *possibiles* esse negari nequit. Oppro
namus itaque adversario hæc Baylii verba quæ mihi
satis probantur: [pag. 392.] *Illud hodie Spinosista*

MAG

magnopere torquet, inquit quòd videant in hypothesi sua fuisse ab aeterno aequè impossibile ut Spinoza mortem Haga Comitum non oppeteret, quàm impossibile est his duo esse sex. Hanc consequentiam è doctrina sua necessario deduci probè intelligunt, eaque ob absurditatem sensui communi è diametro repugnantem animos abalienari. Itaque non libenter fatentur universale illud evidentissimumque effatum à se everti, quod docet: quidquid implicat contradictionem, impossibile, quidquid non implicat, possibile esse.

174. Dicitur de Baylio potest: ubi bene, nemo malius, quàmquam non item de illo dici possit quod de Origene dicebatur: ubi malè, nemo pejùs. Solum addo axioma illud contradictionis continere ipsam possibilis & impossibilis definitionem. Quod tamen dicto loco subnectit Baylius, id hæctenus egregiè dicta non nihil enervat atque corrumpit, sic enim pergit: *At que, obsecro, contradictio erit, si Spinoza Lugduni Batavorum diem supremum obiisset? an propterea naturam minus sapientem minusque potentem fuisse dicent?* Hoc loco id quod est impossibile quia contradictionem involvit, cum eo confundit quod fieri non potest quia electioni divinæ non congruebat. Equidem nulla in eo futura fuerat contradictio si Spinoza Lugduni non Hagæ discessisset, nihil enim magis possibile est: res igitur erat indifferens respectu divinæ potentiae; sed non est existimandum ullum effectum posse concipi velut indifferentem respectu divinæ sapientiae & bonitatis. Et divinè pronuntiavit Christus, omnia, ipsosque ad eò capitis nostri capillos esse numeratos. Itaque Dei sapientia hunc eventum, de quo Baylius loquitur, aliter, quàm accidit, accidere non sinebat, non quod propter se eligi mereretur, sed propter ejus nexum cum integra mundi universi seriè quæ præferri merebatur. Dicere, id quod factum est, ut fieret, sapientiae

pietia divina non interesse, indeque colligere, hoc igitur minimè fuisse necessarium, est falsum assumere, & inde veram conclusionem malè deducere, & ut verbo dicam, est id quod necessitate morali hoc est ex principio sapientia & bonitatis necessarium est, confundere cum eo quod necessarium est metaphysicâ brutâque necessitate electionem omnem respiciente, quæ locum habet quando oppositum implicat contradictionem & perstat quidquid agas aut non agas. Et verò Spinoza in eventis metaphysicam quærebat necessitatem, neque Deum à bonitate aut perfectione suâ (quam respectu universi Chymericam Autor iste reputabat) sed à naturæ suæ necessitate determinari rebatur, uti semicirculum citra notitiam voluntatemque non nisi rectos angulos capere necesse est; demonstravit enim Euclides omnes angulos duabus rectis ab extremis diametri punctis versus quodcumque circuli punctum ductis comprehensos esse necessariò rectos, & oppositum implicare contradictionem.

175. Nonnulli in alterum extremum deflexere, & sub obtentu naturæ divinæ à jugo necessitatis eximendæ, eam quadam indifferentiâ æquilibrii penitus suspensam reddere voluerunt, non perpendentes quàm necessitas metaphysica quod ad actiones Dei extrorsum versas absurda est, tam Deo dignam esse necessitatem earum moralem. Felix illa est necessitas, quæ sapientem bene agere compellit; Econtrario indifferentia illa circa bonum malumque, indicium esset defectûs bonitatis aut sapientia. Præterquam quod indifferentia in seipsa spectata quæ voluntatem in æquilibrio perfecto sustineret, chymERICA foret, uti supra monstratum est. Repugnaret enim *magno principiorationis sufficientis.*

176. Qui censent Deum arbitrario decreto bonum malumque statuisse, in miram illam de pura indifferentia

rentia sententiam, aliaque insuper nascentia inde absurda majora incidunt & Deo boni titulum auferunt. Quam enim causam Ejus ob facta laudandi habebimus, si alia omnia faciendo æquè bene fecisset? Ac sæpe miratus sum Theologos complures supralapsarios [veluti Retorfortium Theologiæ in Scotia Professore, qui eo tempore scripsit, quo controversiæ cum Remonstrantibus maximè fervebant) cogitationi tam monstrosæ potuisse assentiri. Retorfortius in Exercitatione sua Apologetica pro Gratia planè asserit apud Deum nihil esse injustum sive moraliter malum antequam ab eo prohibeatur mero ipsius arbitrio. Atque ita sepositâ illâ prohibitione perinde erit utrum jugules an serves hominem, utrum ames laudesve Deum, an oderis ac blasphemes. Nihil profectò hoc enuntiato absurdius iniquiusque: & sive Deum lege positivâ atque arbitrariâ bonum malumque constituisse doceas, sive tuearis ante Dei decretum aliquid esse bonum justumque, sed Deum non determinari ad ei se conformandum, & nihil vetare quominus agat injustè damnetque forsitan insontes, idem ferè dicis & utrobique perinde ferè Deum inhonoras. Nam, si justitia arbitrariè temerèque constituta fuit, si Deus in illam casu quopiam incidit, veluti cum sortes jaciuntur, bonitas Ejus ac sapientiâ non apparent, nec est cur illis inhæreat. Quòd si enim decreto purè arbitrario nullâ ratione fulto constituit aut perfecit ea quæ nos Justitiam Bonitatemque vocamus, potest utique ea destruere, eorumve naturam immutare, & nihil erit cur speretur ea semper observaturus, uti quidem observaturus dici potest, cum rationibus niti statuuntur. Idem ferè contingeret si justitia Divina discreparet à nostra, veluti si in Dei Codice scriptum esset, justum esse ut innocentes reddat æternùm infelices. His principiis semel positis, nihil quoque Deum

ad promissa servanda movebit, aut nos de eloquiū divini veracitate reddet securos, cur enim lex justitiæ quæ promissa æqua servanda esse sanxit apud ipsum cæteris inviolabilior foret?

177. Hæc tria dogmata, tamen si aliquantulum inter se diversa, nempe 1. Quòd natura justitiæ sit arbitraria. 2. Quòd stabilis quidem & fixa sit, sed tamen certum non sit eam à Deo observatum iri. 3. Denique quòd illa justitiæ quæ nobis nota est, non sit ea quam Deus observat; hæc, inquam, & fiduciam in Deum destruunt, in qua nostra animi tranquillitas sita est, & amorem Dei evertunt qui nostram felicitatem facit. Nil vetat quominus hujusmodi Deus, instar Tyranni & jurati proborum hostis agat eoque delectetur quod nos vocamus malum. Cur ergo talis Deus minus haberetur malum Manichæorum, quàm bonum Orthodoxorum principium? quod si nihil in eo certi est, neuter saltem foret & in medio suspensus, imò modò malum modò bonum principium exhibiturus; quod tantundem esset ac si quis diceret Oromasdem & Arimanium regnare per vices prout alteruter fortior esset aut dexterior. Ad eum ferè modum quo mulier quædam Mugalla, quæ verisimiliter auditione acceperat, olim sub Chingis-Chano ejusque successoribus gentem suam maximæ parti Septentrionis & Orientis imperasse, nuper cum Cl. Isbrandus per Tartariam ad Sinas Magni Czarij nomine profectus fuit, Russis dixerat, Mugallorum Deum nunc quidem Cælo pulsum exulare, sed venturum tempus quo pristinam in sedem restituendus esset. Verus Deus semper idem est; Religio ipsa naturalis vult eum *essentialiter* esse bonum ac sapientem æquè ac potentem: nec rationi pietatique magis adversatur dicere quòd Deus agat sine cognitione, quàm tribuere ipsi ut habeat cognitionem, qua in objectis suis bonitatis justitiæque regu-

(quippe inanes) non reperiat, vel denique voluntatem in Eo statuere quæ has regulas floccifaciat.

178. Quidam Theologi qui de jure Dei in creaturas scripsere, jus illimitatum, arbitriamque & despoticam potestatem Ei concedere visi sunt, rati hoc pacto Divinitatem in summo, quod mente cogitari possit, magnitudinis & elevationis fastigio se collocasse, & creaturas hac ratione ita in nihilum redigi, ut Creator nullis erga illas legibus teneatur. Twissii, Retorforii & nonnullorum aliorum supralapsariorum loca quædam innuunt, Deum, quidquid faciat, peccare non posse, quia legi nulli obnoxius est. Baylius ipse hanc doctrinam monstruosam & Dei sanctitati contrariam esse judicat (Dictio. V. Pauliciani pag. 2332. initio) sed arbitror quorundam ex his Autoribus mentem minus malam fuisse quam primâ fronte præferat, videnturque juris nomine intellexisse *ἀνομιαν* sive statum in quo quis facti sui rationem reddere nemini teneatur, sed non negaverint Deum ipsum sibi debere quidquid bonitas justitiæque ab ipso exigunt. Qua de re consulti potest scripta ab Amyraldo Apologia Calvini. Calvinus quidem hoc in capite orthodoxus esse nec ad supralapsariorum rigidorum Classem pertinere videtur.

179. Itaque cum Baylius prædestinationem à Paulo Apostolo non nisi per jus absolutum Dei & incomprehensibilitatem viarum ejus explicari posse alicubi pronunciat, subintelligendum est, si eas comprehenderemus, justitiæ conformes eas nos deprehensuros, cum Deus aliter quam justè uti suâ potestate nequeat. S. Paulus ipse dicit *altitudinem* esse, sed *sapientia*, jam verò justitia in *sapientis bonitate* consistit. Baylius alio loco de notionum nostrarum circa bonitatem ac justitiam ad Dei actiones applicatione egregiè differit (Resp. ad Provinc. Cap. 8.1. pag. 139.) *Minimè* (in-

(inquit) existimandum est Entis infiniti bonitatem haud iisdem subesse legibus, quibus subest creatura bonitas, nam si in Deo attributum est, quod bonitas vocari possit, debent illi proprietates bonitatis in genere convenire. Atqui cum bonitatem generalissime concipimus, in ea voluntatem benefaciendi reperimus. Divide, subdivide generalem hanc bonitatem in species quotlibet, in bonitatem infinitam & finitam, in Regiam, Paternam, Maritalem & Herilem; in qualibet harum benefaciendi voluntatem tanquam attributum inseparabile deprehendes.

280. Impugnat etiam optimè Baylius opinionem eorum qui bonitatem justitiamque ab optione arbitraria Dei unice pendere contendunt, putantque, si Deus à rerum ipsarum bonitate determinatus fuisset ad agendum, eo ipso fore agens in actionibus suis omnimodà necessitate ligatum, quod cum libertate pugnet. Sed hoc nimirum est necessitatem metaphysicam cum morali permiscere. Audiamus quid huic errori opponat Baylius (Resp. ad Provinc. Cap. 89. pag. 203.) Ex hac doctrina (inquit) sequetur Deum, priusquam ad condendum mundum sese convertisset, nihil in virtute melius quam in vitio vidisse, nec ideas Ei suas ostendisse, quod virtus esset amore dignior quam vitium. Hoc vero inter jus naturale ac positivum discrimen omne tollet; nihil jam in disciplina morali inmutabile vel indispensabile supererit; aequè possibile Deo fuerit vitium imperare quam virtutem; nec securi esse poterimus leges morales non abrogandas aliquando, uti ceremoniales Judaorum leges abrogatae sunt. In summa, hoc nos rectè ducit ad credendum, quod Deus autor liberrimus fuerit non modò bonitatis & virtutis sed etiam veritatis essentiaeque rerum. Quod Cartesiani quidem pugnant; quorum sententiam [vide continuationem cogitationum de Cometis pag. 154.]

certus

Certis quibusdam occasionibus usui alicui esse crediderim; verum hoc ipsum tot aliunde rationibus oppugnatur, & confectariis premitur tam molestis (vide Cap. 152. ejusdem continuationis) ut aliud ferè quodvis extremum subire satius sit, quàm eò se conjicere. Pyrrhonismo rigidissimo januam aperit, ansam namque dat asserendi, quòd hac propositio, bis tria sunt sex, vera non sit, nisi ubi & quamdiu Deo placuerit, quòd in quibusdam mundi partibus possit esse falsissima, & fortean inter homines falsa futura sit anno venturo, cum quidquid à libero Dei arbitrio dependet, ad certa loca & tempora possit esse restrictum, uti ceremonia judaica. Hec consequentia ad omnes Decalogi leges extendetur, si actiones, quas he leges precipiunt, ex natura sua aequè careant omni bonitate quàm actiones qua legibus iidem prohibentur.

181. Dicere verò quòd postquam Deus hominem statuerit condere qualis nunc est, non potuerit non exigere ab illo pietatem, sobrietatem, justitiam atque castitatem, quia fieri non poterat ut aberrationes operi suo evertendo disturbandoque idoneæ Deo non displicerent, est reipsa in communem recidere sententiam. Virtutes non alia de causa sunt virtutes, nisi quia ad eorum qui virtute præditi sunt, aut certè eorum qui cum ipsis agunt, perfectionem pertinent aut imperfectionem impediunt. Idque tum ex sua, tum etiã ex creaturarum rationalium natura habent, antequam Deus eas condere decernat: Aliter judicare idem esset ac si quis diceret proportionum & harmoniæ regulas arbitrarias esse musicis, quia locum non habent in musica nisi cum canere vel instrumentum aliquod musicum pulsare libuit. Sed hoc ipsum est quod bonæ musicæ essentialè dicitur, namque leges illæ jam ei in statu ideali conveniunt, etiam dum nemo de cantu cogitat, & ideo statim ac quis cantaverit, ei neces-

sario

222 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei,*
sariò convenire debent. Eâdem ratione virtutes ideali
statui creaturæ rationalis conveniunt antequam Deus
eam creare decernat, & ob hoc ipsum virtutes esse ex
natura sua bonas asserimus.

182. Baylius continuationi variarum cogitatio-
num caput integrum (152.) inseruit, ubi ostendit
quòd *Christiani doceant. quadam esse, que justa sint,*
antecedenter ad decreta Dei. Quidam Confessionis
Augustanæ Theologi nonnullos Reformatos aliter
sentire visos incusarunt, & hic error existimatus est
esse confectarium quoddam decreti absoluti, cujus
doctrina videtur voluntatem Dei ab omni ratione ab-
solvere ubi stat pro ratione voluntas. Verùm uti no-
tavi non semel, Calvinus ipse divina decreta justitiæ
ac sapientiæ conformia esse agnovit, quamvis ratio-
nes quæ conformitatem illam ostendere speciatim
queant, nobis ignotæ sint. Itaque ejus sententiâ bonita-
tis justitiæque leges decretis Dei sunt anteriores.
Baylius ibidem profert locum quendam celebri Tur-
retini, leges divinas naturales à legibus divinis positi-
vis distinguentis. Priorem ad classem morales perti-
nent, ad posteriorem ceremoniales. Samuël Maresius
celebris olim Groningæ Theologus, nec non Cl. Stri-
mesius qui etiamnum Francofurti ad Oderam nomen
idem obtinet, idem docuere, & hanc sententiam apud
iplos etiam Reformatos magis esse hodie receptam
arbitror. Idem sensere S. Thomas Aquinas omnesque
Thomistæ cum generali assensu Scholasticorum &
Theologorum Ecclesiæ Romanæ, quibus accedunt
etiam Casuistæ, quorum præstantissimos inter Groti-
um numero, quem & sui Commentatores in eo se-
quuntur. Cl. Pufendorfius aliâ opinionem fovere
visus est, quam etiam contra Theologorum quorun-
dam censuras tutandam suscepit, sed in numerum hæc
venire non debet, nec enim satis profundè hujusmodi

ar-

argumenta scrutatus fuerat. In *faciali* suo *divino* in decretum absolutum vehementer invehitur, & tamen id quod in decreti hujus patronorum sententia determinum est, & sine quo decretum illud (uti ab aliis Reformatis explicatur) tolerabilius evadit, approbare non dubitat, nempe justitiam ab arbitrio esse. Aristoteles quidem super hoc justitiæ articulo *ὁρθοδοξότατος* fuit, habuitque sequacem Scholam quæ cum Cicerone & Jurisconsultis discrimen statuit inter jus perpetuum quod omnes & ubique obligat, ac positivum quod certis tantum populis, certisque temporibus astrictum est. Legi alias cum voluptate dialogum Platonis qui Eutyphron vocatur, ubi super hoc ipso argumento Socratem inducit patrocinantem veritati, qui locus à Baylio quoque notatus fuit.

183. Sed & ipse Baylius eandem veritatem alicubi validè tuetur; juvabit totum ejus locum quantumvis prolixum hîc referre (Tom. 2. Continuationis cogitationum diversarum Cap. 152. p. 771. & seqq.) *juxta innumerorum gravium Autorum doctrinam (inquit) est in quarundam rerum natura essentiaque bonum malumque morale quoddam Dei decreto prius. Hanc doctrinam præcipuè confirmant ex horribilibus dogmatis contrarii consecrariis. Nam ex eo quod nemini facere injuriam actio foret bona non in seipsa sed per arbitrium Dei placitum, sequeretur Deum homini legem præceptis Decalogi directè per omnia repugnantè imponere potuisse, quod horret animus vel cogitare. Sed Hem tibi probationem aliam magis directam & è metaphysica fontibus haustam. Certum est existentiam Dei non esse divina voluntatis effectum, non enim ideo Deus existit quia vult existere, sed necessitate natura sue infinita Eadem necessitate existunt Ejus potentia scientiaque. Nec potest, nec scit omnia quia posse & scire vult, sed quia hæc sunt attributa necessario cum Ipso*

Ipso identificata. Voluntatis Ejus imperium non nisi potentia exercitium respicit. Extra se nihil actu producit nisi quod vult, ceteris omnibus pura in possibilitate relicto. Inde fit, hoc imperium non nisi ad creaturarum existentiam sese extendere, non verò etiam ad earumdem essentias. Potuit Deus materiam, hominem, circulum vel creare vel in nihilo relinquere, sed hæc omnia producere non potuit quin essentialia eisdem proprietates suas impertiret. Ubi hominem id est animal rationale & circulum id est figuram planam circumferentiâ à centro aequidistantem producere voluit, non potuit non secundum ideas suas aternas, & à libera sua voluntatis decretis independentes attributa illis essentialia, veluti homini sciendi facultatem, circulo maximam pro ambitu capacitatem dare. Hoc est quòd Philosophos Christianos fateri compulit, essentias rerum esse aternas, & dari propositiones aterna veritatis, adeoque rerum essentias primorumque principiorum veritatem esse prorsus immutabiles. Quod de principiis primis non Theoreticis modò, sed etiam practicis deque propositionibus omnibus ex veris creaturarum ideis fluentibus intelligendum est. „ Hæ essentia, hæ veritates inde „ emanant eadem necessitate naturæ quâ Dei scientia. „ Sicut ergo Deus è natura rei existit, est omnipotens, „ omniscius, ita pariter è rerum natura, materia, triangulum, homo certæque actiones hominis sua certa „ attributa habent essentialiter. Deus ab æterno & necessario vidit rationes essentialia numerorum, & identitatem attributi subjectiq; propositionum rei cuiuslibet essentiam continentium. Similiter justis notionem hisce notionibus inclusam: æstimare quod æstimabile est, gratum animum præstare beneficii in collati auctori, implete pacta, & sic de quam pluribus aliis propositionibus moralibus. Jure ergo dicimus legis naturalis præcepta, rei quæ præcipitur æquitate

Destatēque præstruere, hominemque ea adimere teneri, et si Deus pro arbitrio nihil de iis statisset. Adverte, quæso, dum per abstractiones animi instans illud ideale repetimus in quo Deus nec iam quidquam decrevit, reperire nos in divinis ideis principia moralia sub rationibus obligationem ferentibus: & hoc ipso instanti sequentia effata inquam certa & ab ordine æterno immutabilique derivata concipimus: *dignum est creaturam rationalem se conformare rationi.* Creatura rationalis se ad rationem conformans laudabilis est, vituperabilis, si secus faciat. Neque dicere audebis effata huiusmodi, homini non imponere officium agendi secundum decreta rectæ rationis, qualia sunt sequentia: *Oportet estimare quidquid est estimabile, bonum non rependere, nemini facere injuriam, honorare patrem, cuique suum reddere &c.* Cum ergo ex ipsa natura rerum leges divinas arbitrarias antecedente veritates morales officia quædam imponant homini, manifestum est Thomam Aquinatem, Grotium aliosque licere potuisse, quamvis Deus non esset, forent adhuc id jus naturale quoddam nos componere teneremur. Alii dixerunt, quamvis omnes intelligentia perirent, propositiones veras mansuras esse veras. Cajetanus assensit si solus ipse superstes esset in mundo, ceteris omnibus nullo excepto in nihilum redactis, adhuc scientiam, quam de natura rose habebat, substituram. Hactenus
ylius.

184. Cl. Jacobus Thomafius, celebris, dum viveret, Lipsiæ Professor, in suis Philosophicarum Davidis Stahlî Jenensis Professoris regularum elucidationibus non malè observavit, consultum non esse peius ultra Deum progredi: nec cum Scotistis quibusdam dicendum esse quod æternæ veritates substituerent etiam si nullus intellectus, ne divinus quidem

extaret, nam, ut mea fert sententia, intellectus Divinus est qui veritatum æternarum realitatem facit, nec ullam hinc partem obtinet Eius voluntas. Omnis realitas in aliqua re existente fundari debet. Verum quidem est Atheum esse posse Geometram; sed si Deus nullus foret, nullum esset objectum Geometriæ, & sine Deo nihil non modo justum, sed ne possibile quidem foret. Id tamen non vetat, quominus ii qui rerum inter se & cum Deo nexum non vident, certas quasdam scientias percipere possint, quamvis primam earum originem quæ in Deo est non percipiant. Aristoteles, etsi nec ipse satis eam cognoverit, aliquid tamen affine optimumque dixit, cum agnovit scientiarum particularium principia à superiori aliqua pendere scientia quæ rationem det particularibus, & hæc scientia superior habere debet ens pro objecto, adeoque Deum totius essentiæ fontem. Cl. Drejerus Regiomontanus scire observavit, genuinam metaphysicam ab Aristotele pervestigatam & desideratam (τῆς *ἡγεμονίας*) fuisse Theologiam. [Interim fatendum est jus naturæ, quo tenerentur homines, remoto Deo, imperfectius fore]

185. Idem tamen Baylius, qui tam præclara disseruit ut bonitatis justitiæque regulas, ac generatim veritates æternas naturâ suâ, non arbitraria Dei electione subsistere ostendat, eadem de re alibi valdè ambiguit loquitur (continuat. Cogitation. Variar. Tom. 1. Cap. 114. circa finem) postquam Cartesii & quorundam ejus lectorum sententiam retulerat, qui Deum esse liberam veritatum essentiarumque causas statuunt, subdit [pag. 554.) *Equidem in rectè percipiendo illo dogmate & reperienda difficultatum, quibus premitur, solutione omnes contendendi nervos, sed ingenuè tibi fatear, necdum id penitus affectus sum non tamen animum ideò despondeo, & aliorum Philo-*

phorum

phorum aliis in argumentis exemplo reor aliquando fore ut tempus nobis insigne hoc evolvat paradoxum. Vellem Malebranco probari potuisset, sed aliam ille viam ingressus est. Tantumne dubitandi voluptas in eruditum virum potest, ut faciat eum optare ac sperare fore ut aliquando in animum inducat suum duo contradictoria idè non simul procedere, quia Deus vetuit, ac potuisse Deum efficere jussu suo ut simul juncta irent? Præclarum enim verò paradoxum! sapienter fecit Malebrancus, aliam ineundo viam.

186. Ego ne hoc quidem mihi persuadere possum, Cartesium ita seriò sensisse, quamvis sectatores credulos habuerit, qui Magistrum bonâ fide secuti sunt quo ipse duntaxat ire simulabat. Crediderim hîc astum aut stratagema Philosophicum Cartesii subesse captantis aliquâ effugium, uti dum viam reperit negandi terræ morum, cum tamen devotissimus Copernico foret. Ac suspicor virum ad insolitum alium loquendi modum à se in vectum respexisse, quo dicebat affirmationes & negationes, & universum interna judicia, actus esse volu- is. Hac arte veritates æternæ, quæ ad Cartesii usque tempora fuerant intellectûs divini objectum, derepente voluntati divinæ objici cæperunt: atqui actus voluntatis sunt liberi, Ergo Deus est causa libera veritatum æternarum. En tibi nodi totius solutionem: *Spectatum admissi* &c. Exigua significationis vocum innovatio tantas turbas peperit. Verùm si veritatum necessariarum affirmationes forent actus voluntatis perfectissimi Spiritûs, actiones hæc nil minùs forent quam liberæ, nihil enim est hîc quod eligatur. Videtur Cartesius suam de libertatis natura mentem non satis explicasse, ejusque notionem fovisse satis inusitaram, cum libertatem tam latè extenderit ut ipsas etiam necessariarum veritatum affirmationes in Deo liberæ esse contenderet, quod erat solum eis libertatis

228 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei,*
libertatis nomen vindicare, rem ipsam tollere

187. Baylius, qui cum aliis loquitur de libertate indifferentiæ quâ Deus veritates numerorum vel similes statuerit, ac præceperit ut ter tria facerent novem, cum præcipere potuisset ut facerent decem, in hac opinione tam paradoxa, si defendi ullâ ratione posset, nescio quod adversus Stratonicos emolumentum sibi fingit. Strato ex Aristotelicæ Scholæ Coryphæis fuit, & Theophrasti successor, qui (ut refert Tullius lib. 1. de Nat. Deorum) hunc mundum qualis est, à natura vel causa aliqua necessaria omni sensu carente formatum fuisse contendit. Fateor hoc fieri posse, si Deus materiam, uti ad talem effectum per solas motûs leges producendum opus est, præformasset, dissimulatâ concursûs perpetui necessitate. Verùm sine Deo ne quidem ulla foret ratio existentiae, multoque minùs talis vel talis existentiae rerum, atque ita nihil est cur Stratonem formidemus.

188. Interim tamen Baylius ad hunc scopulum hæret: naturas plasticas cognitionis expertes à Cl. Cudwortho aliisque invecas repudiat, ne id Stratonis recentibus, id est Spinosis in emolumentum cedat. Hinc illæ cum Cl. Joanne Clerico contentiones. Hoc errore præoccupatus, quòd causa non intelligens nihil artificiosum producere possit, renuit mihi concedere *præformationem* animantium organa naturaliter producentem, ac Systema Harmoniæ, quam Deus in corporibus *præstabiliverit*, ut secundum proprias leges animarum cogitationibus & volitionibus attemperentur. Sed considerandum erat hanc causam non intelligentem, quæ in plantarum animaliumque gradibus seminibusque res tam præclaras procreat, & corporum actiones, prout à voluntate imperantur, producit esse Dei manibus efformatam, qui infinitè peritior est horologiorum artifice, quem tamen machinas & automata

lata fabricare videmus apta producere effectus non contemnendos, non aliter ac si intelligentiâ prædita erent.

189. Sed ad illud, quod Baylius à Stratonicis merit, accedamus : nempe si veritates à Dei voluntate independentes admittantur, vereri videtur ne Stratonicæ perfectam veritatum æternarum regularitatem suum commodum contra nos convertant : hæc amque regularitas, cum non nisi ex natura & necessitate rerum citra cognitionis ullius directionem oriatur, timet Baylius ne inde colligi cum Stratone possit, olâ cæcâ necessitate obstetricante mundum æquè regularem existere potuisse. Verùm facilè responderetur, in regione veritatum æternarum reperiri omnia possibilis & consequenter tam id quod regulare, quam quod irregulare est : aliqua ergo esse ratio debet, ob quam ordo & quod regulare est præ opposito extiterit, & hæc ratio non nisi in intellectu reperiri potest. Præterea hæ ipsæ veritates absque intellectu eas. connoſcente nullæ existunt, nam nisi divinus foret intellectus, in quo realizantur, ut ita loquar, non amplius subsisterent. Quare Strato scopum suum minimè assequitur, qui erat cognitionem à rerum principiis excludere.

190. Difficultas quam à Stratone sibi fingit Bayus, nimium subtilis, nimisque longè quæſita videtur. hoc scilicet est *timere, ubi non est timor*. Aliam sibi objicit non majore fultam fundamento : hac ratione videlicet Deum Fato cuidam subjiciendum esse. Ejus verba hæc sunt (pag. 555.) *Si dantur propositiones æternæ veritatis, quæ naturâ suâ, non verò divinâ institutione sînt tales, si non per liberum voluntatis divinæ decretum veræ sunt, sed potius Deus eas necessario verus cognovit, quia talis earum natura erat, habemus quandam fati speciem cui Deus sit obnoxius, habemus*

230 PARS SECUNDA De Bonitate Dei,
*necessitatem naturalem absolute insuperabilem, Præ-
 terea inde conficitur, Divinum intellectum in infinitis
 quas habet ideis perfectam earum conformitatem cum
 objectis semper & primo statim intuitu deprehendisse
 nullâ sibi prælucente cognitione, nam contradictio præ-
 ter dicere quòd exemplaris aliqua causa proposita fuerit
 actibus divini intellectus tanquam archetypum. Sic
 enim ideas aternas aut intelligentiam ullam primam
 reperiremus nunquam. Dicendum ergo erit quòd na-
 tura necessario existens viam suam nullo præmonstran-
 te semper inveniat eique insistat; quibus semel positis,
 quâ ratione Stratonici alicujus pertinaciam frangemus.*

191. Sed hîc iterum facilè respondetur: formi-
 datum illud fatum, quo Deus ipse tenetur, aliud nihil
 est quam ipsa Dei natura, proprius Ejus intellectus
 qui Ipsius sapientiæ bonitatiq; regulas præbet. Felix
 est illa necessitas sine qua neque bonus foret, neque
 sapiens. Quid enim? an velles Deum felicem perfe-
 ctumque esse non teneri? An conditio nostra quæ nos
 defectibus obnoxios facit invidenda est? nonne illam
 cum impeccabilitate, si liceret, commutare gaudere-
 mus? fastidium immodicum est libertatem optare per-
 eundi, & Dei vices dolere quòd illâ careat. Ita Bay-
 lius ipse differit alibi adversus illos qui immensus ex-
 tollunt laudibus libertatem exorbitantem, quam in
 voluntate sibi fingunt, dum eam à ratione independ-
 entem vellent.

192. De cætero miratur Baylius quòd *divinus in-
 tellectus in infinitis suis ideis perfectam earum confor-
 mitatem cum objectis semper & primo statim intuitu
 deprehendat nullâ cognitione prælucente.* Hæc obje-
 ctio prorsus nulla est: omnis idea distincta est obje-
 cto suo conformis, hoc ipso quòd distincta est: nulla
 autem in Deo dantur nisi distinctæ. Adde quòd ob-
 jectum nusquam ante ideam suam existat, & cum ex-
 istat.

Et, huic ideæ conformabitur. Præterea novit optime Baylius intellectum divinum non indigere tempore ut rerum nexum videat. Omnia ratiocinia sunt eminenter in Deo, servantque in Ejus intellectu ordinem inter se æquè ac in nostro. Sed apud Deum non estordo nisi *prioritatis natura* sive rationis, apud nos verò quædam *temporis, prioritatis* intercedit. Non itaque mirum est, Eum qui omnia primo intuitu perspicit, primo statim intuitu semper deprehendere debere veritatem. Nec dici potest quòd ad scopum suum nullà notitiâ duce pertingat, imò potiùs, quia notitia Ejus perfecta est, hinc etiam Eiusdem actiones voluntariæ sunt perfectæ.

193. Hactenus ostendimus Dei voluntatem à sapientiæ legibus independentem non esse, etsi mirum sit impositam fuisse nobis ea de re differendi necessitatem, ac pro veritate tantâ tamque explorata pugnandi, sed non minùs ferè mirum est, esse eruditos qui doceant, Deum has regulas dimidiatim observare duntaxat, nec optimum, quanquam à sapientia indicetur, eligere; verbo esse autores qui Deum melius facere potuisse putent. Qui ferè error fuit notissimè Castellæ Regis Alphonsi Romanorum Regis à septemviris quibusdam electi & Tabularum Astronomicarum, vulgò Alphoninarum autoris vel promotoris. Fertur hic Princeps dixisse, si à Deo mundum fabricareturo consultus fuisset, se monita Ei non pœnitenda, daturum fuisse. Verisimiliter Alphonfus systema mundi Ptolemaicum eo tempore receptum improbat. Putabat ergo concinnius aliquid confici potuisse, nec immeritò. Sed si Copernici Systema cum Kepleri inventis, gravitatis planetarum notitiâ jam auctis cognovisset, utique genuini Systematis inventionem esse admiratione dignissimam agnovisset. Patet itaque quòd non nisi de plus minusve perfecto agebatur, & conten-

232 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei*,
debat solum Alphonfus potuisse melius aliquid fieri,
quod ejus judicium à tora posteritate reprobaturum est.

194. Interim Philosophi quidam ac Theologi audent hujusmodi judicium tueri dogmaticè. Et miratus sum centies viros eruditos ac pios potuisse limites statuere bonitati perfectionique Dei. Nam dicere quòd optimum & sciat & facere possit, nec tamen faciat, quid aliud est quàm fateri quòd penes Ipsum fuerit mundum efficere meliorem quàm sit. Hoc verò tantundem est ac bonitate defici ac agere contra effectum jam supra indicatum, quod docet minùs bonum habere rationem mali. Si qui experientiam testem adducant, ut Deum melius facere potuisse probent, ridiculos se divinorum operum censors constituunt, iisque coggeretur quod responderetur Dei gubernationem carpentibus, qui ex hac ipsa hypothesi, id est ex imaginariis mundi defectibus colligunt Deum aliquem existere malum aut saltem neutrum sive medium inter bonum ac malum; & Regis Alphonfi exemplo judicium ferentibus meritò dicetur: Vos vix à triduo mundum nostis, vix ultra natum vestrum prospicitis & divina opera reprehendere audetis? discite priùs quæ vera sit rerum constitutio, & ante omnia considerate partes illas mundi, quæ totum aliquod completum exhibent (uti exhibent corpora organica) artem pulchritudinemque omni imaginatione superiorem monstrare: unde æstimabitis quanta esse debeat Autoris rerum sapientia bonitasque, etiam in iis quæ non perspexistis. Aliqua, non inficior, in mundo nobis minimè placencia reperiemus, sed noverimus mundum nostri solum gratiâ non esse conditum, quanquam & nostri gratiâ conditus est, si sapimus, nobis enim commodabit, si nos illi accommodamus, felices erimus si felices esse velimus.

195. Dicit quispiam impossibile esse produci
opti-

optimum, quia non datur Creatura perfectissima, potestque semper alia aliâ perfectior produci. Responzo, id quod de creatura vel substantia particulari dici potest, quæ semper ab alia potest superari, non debere toti universo applicari, quod, cum totam æternitatem futuram perseverare debeat, infinitum quoddam est. Præterea in minima materiæ particula infinitæ dantur creaturæ propter divisionem actualem Continui in infinitum : nec infinitum sive cumulus multitudinis infinitæ substantiarum propriè loquendo totum aliquod est, non magis quam numerus infinitus ipse, de quo dici nequit, parne sit an impar. Hac ipsâ ratione refutari possunt ii qui mundum faciunt Deum, aut qui Deum velut animam mundi concipiunt ; cum mundus sive universum considerari non possit tanquam animal unum vel una substantia, cujus (fateor) perfectio summa esse non potest.

196. Itaque non agitur hîc de creatura quapiam una ac singulari, sed de mundo seu universa creaturarum aliquando existentium collectione, cogeturque adversarius asserere possibiles esse mundos alios aliis perfectiores in infinitum, sed in hoc ipso hallucinabitur, nec unquam id assertum suum probare poterit. Et verò si hæc opinio vera foret, Deus mundum nullum condidisset, nequit enim Deus absque ratione agere, imò sic agendo, contra rationem ageret ; & perinde esset ac si fingeretur Deus spheram aliquam materialem construere decrevisse absque ratione ulla construendi eam tantæ vel tantæ magnitudinis ; decretum istud inutile foret & effectûs sui impedimentum secum afferret. Aliud esset si Deus statueret à puncto dato ducere lineam rectam ad aliam rectam datam absque ulla determinatione anguli, nec in decreto ipso, nec in decreti circumstantiis : hoc enim casu determinatio ex ipsa rei natura oriretur, & linea perpendi-

234 PARS SECUNDA. De Bonitate. Deū
saris prodiret, angulusque rectus, cum id solum deter-
minatum distinctumque remaneat. Hoc pacto concipi-
enda venit mundi possibilitium optimi creatio, maxi-
mè cum statuatur Deus non solum creare mundum, sed
etiam omnium optimum creare, nihil enim decernit
nisi clarâ cognitione præviâ, nec decreta cudit à se in-
vicem avulla, hæc enim voluntates solum anteceden-
tes forent, quas supra satis explicavimus, & à decretis
propriè dictis distinximus.

197. Cl. Diroyus Eminentissimi Cardinalis
Estræi Theologus mihi quondam Romæ notus librum
edidit in scriptum: *Argumenta & præjudicia pro Reli-
gione Christiana Parisiis*, excusum Anno 1683, ex
quo Baylius (Resp. ad Provinc. Cap. 165, pag. 105 &
Tom. 3.) refert objectionem quam sibi Autor ille
proponit. *Restat (inquit) alia difficultas, cui non mi-
nus quam precedentibus satisfacere oportet, cum mole-
stior sit eis qui purissimorum maximèque sublimium
effatorum consideratione nix de bonis malisque judi-
cant. Cum Deus sit suprema bonitas & sapientia, vi-
detur ipsis omnia facere debuisse, sicut homines sapien-
tes ac probi juxta sapientia bonitatisque regulas menti-
bus suis à Deo impressas facta fuisse optarent, & sic ut
tenerentur ipsi facere si penes ipsas foret. Unde viden-
tes hujus mundi negotia non tam belle procedere quam
ipsorum judicio procedere possent, quàmque processura
forent si ipsi curarent, inde concludunt Deum qui ipsis
infinite melior ac sapientior, vel potius sapientia & ho-
nitas ipsa est, mundum non curare.*

198. Diroyus hanc in rem præclara quædam
differit quæ non repero, cum huic objectioni non uno
in loco abunde satisfecerimus, isque præcipuus dia-
tribæ nostræ scopus fuerit. Sed addit non nihil quod
concedere nequeo, dum nempe objectionem nimium
probare contendit. Ipsa ejus verba profero cum

Baylio

lylio p. 105,9. Si sapientia bonitatieque suprema mi-
nime convenit non facere id quod optimum ac perfe-
ctissimum est, sequitur omnia entia ab aeterno immuta-
liter & essentialiter tam perfecta tamque bona esse
iam esse possunt, cum nihil mutari possit, nisi vel à
atque minus bona ad meliorem, vel à meliore ad minus-
onum transendo, id autem fieri nequit, si Deus opti-
mum ac perfectissimum amittere non potest. Oportebit
ergo omnia entia ab aeterno & essentialiter esse prae-
a cognitione & virtute tam perfectà quàm Deus eis
lare possit. Atqui id quod ab aeterno & essentialiter
tam perfectum est quàm Deus facere possit, essentiali-
ter à Deo procedit ab aeterno & essentialiter est bonum,
sicut Deus, atque adeò Deus est ipse. Ecce quo nos du-
cit sententia, quae repugnare justitiae & bonitati supre-
ma docet, res à Deo fieri minus perfectas quàm esse
possunt. Nam sapientia & bonitati essentialis est, remo-
vere quidquid ei absolute repugnat. Itaque inter pria-
mas veritates habendum est, bonitati sapientiaeque sum-
mae neutiquam repugnare, ut res sint minus quàm esse
possint perfecta, aut ut permittat Deus bona à se pro-
ducta vel penitus esse desinere, vel mutari, cum Deo
minime repugnet existere alia ab Ipso entia, hoc est talia
qua possint non esse id quod sunt, aut facere quod non
faciunt.

199. Baylius. hanc responsionem rectè miseram
vocat, sed quod tamen obmover, intricatum esse com-
perio. Vult Baylius eos, qui duo principia tuentur,
suppositioni summæ libertatis Divinæ potissimum in-
niti. Si enim ad producendum quidquid potest ne-
cessitaretur, etiam peccata doloresque produceret, ita
dualistæ & mali existentia nihil contra principii unita-
tem elicere possent, si principium illud in malum æquè
ac bonum ferretur. Verùm in hoc ipso notionem li-
bertatis plus nimio Baylius extendit. Licet enim Deus
summè

summè sit liber, non tamen sequitur Eum in æquilibrii indifferentia positum esse, & quamvis inclinatur ad agendum, non sequitur Eundem hac inclinatione necessitari ad producendum quidquid potest, nihil enim producet nisi quod volet, & inclinatione suâ fertur ad bonum. Non equidem summam Dei libertatem inficiamus, sed nec eam cum æquilibrii indifferentia confundimus, quasi temerè & sine ratione agere posset Deus. Concipit ergo Diroysius dualistas, dum ab unico principio bono malum produci nullum volunt, nimium postulare, nam eandem ob rationem deberent etiam, ipso iudice, postulare ut produceret maximum bonum, cum minùs bonum sit species quædam mali. Censeo Dualistas in priore sententiæ suæ parte errare, in posteriore autem verum tenere, ubi à Diroyso sine causa accusantur: malè postulant tolli omne malum; sed rectè desiderant produci maximum bonum, cum malum vel minus bonum in quibusdam partibus conciliari possit cum optimo in toto. Si Dualistæ postulant ut Deus optimum faceret, nihil nimium postulerent. Hallucinantur potiùs dum optimum in toto à malo in partibus immune esse volunt, atque ita, quod Deus fecit, optimum esse negant.

200. At contendit Diroysius, Deum, si semper optimum producit, alios esse Deos producturum, alioqui qualibet substantia quam produceret, non foret optima, nec perfectissima. Sed fallitur, quia rerum Ordinem nexumque non considerat. Si quælibet substantia sigillatim perfecta foret, omnes inter se similes forent, quod nec congruit, nec esse potest. Si diù forent, neque produci potuissent. Non itaque Systema rerum optimum complectetur Deos, sed semper manebit Systema corporum (id est rerum secundùm loca temporaque ordinarum) & mentium aharumve Monadum corpora repræsentantium atque percipientium,

num, secundum quas corpora magna ex parte gubernantur. Et sicut idea ædificii omnium optima esse potest, ad Scopum, impensam & circumstantias comparata, aut sicut figuratorum quorundam corporum tibi datorum coordinatio aliqua omnium quæ inveniri possint, optima esse potest; ita pariter facile concipi potest, structuram aliquam universi omnium optimam esse posse, nec tamen eam propterea Deum evadere. Rerum nexus ordoque efficit ut omnis animalis plantæque corpus ex aliis animalibus aliisque plantis aut aliis viventibus organicisque componatur, atque adeo semper sit subordinatio, utque corpus unum, una substantia commodet alteri, atque ita eorum perfectio nequit esse æqualis.

201. Baylio [pag. 1063.] videtur Diroyfius duas propositiones discrepantes confudisse, alteram quòd Deus omnia facere debeat uti homines probi sapientesque juxta regulas bonitatis ac sapientiæ sibi impressas fieri optarent, & sicuti tenerentur ipsi facere, si res in ipsorum potestate forent; alteram quòd supremæ sapientiæ bonitati que minimè congruat non facere quod est optimum atque perfectissimum. Diroyfius (Baylio iudice) priorem sibi propositionem objicit & posteriori respondet, sed non immeritò, ut mihi quidem videtur, namque duæ istæ propositiones mutuo inter se nexæ sunt, ac posterior est consecutaria prioris. Minus enim boni facere quàm fieri potuerit, est in sapientiam bonitatemque peccare. Esse optimum & à probioribus sapientioribusque desiderari prorsus idem sunt, dicique potest, si mundi universi structuram ac œconomiam intelligere nobis foret concessum, comperturos nos, eum, prout à sapientissimis probissimisque optari posset & esse factum & administrari, nec Deum committere posse ut aliter fiat. Hæc tamen necessitas solum moralis est, & fateor, si Deus
ad

ad id quod facit producendum metaphysicâ necessitate compelleretur, vel omnia possibilea producturum, vel nihil omnino, & hoc sensu valeret Baylii consequentia. Verùm quia possibilea omnia in eadem universi serie simul consistere nequeunt, ob id ipsum omnia possibilea non possunt produci, dicendumque metaphysicè loquendo Deum ad hujus mundi creationem necessitate adductum non esse. Dicit quoque potest, simul atque Deus aliquid condere decrevit, exoriri velut pugnam possibileum omnium existentiam appetentium ambientiumque, atque ea quæ simul juncta plurimum realitatis, perfectionis & intelligibilitatis conferunt, victoriam reportare & ad existentiam admitti. Verum quidem est, hanc pugnam omnem non nisi idealem esse, hoc est, non esse nisi conflictum rationum in intellectu perfectissimo qui infallibiliter acturus est modo perfectissimo, & quod inde fit, optimum electurus; tenetur tamen necessitate morali Deus ita res efformare, ut melius possit nihil; alioqui non solum alii ansam haberent carpandi quod facit, sed quod magis est, nec ipsemet opere proprio contentus foret ejusque imperfectionem improperaret sibi, quod naturæ Divinæ felicitati summæ adversatur. Hæc continua proprii defectûs sive imperfectionis conscientia inevitabilem ei dolorem afferret, ut differit Baylius aliâ occasione (pag. 953.)

202. In argumento Diroyssi falsum assumitur, dum dicitur, nihil posse mutari nisi transeundo à statu minus bono ad meliorem, vel à meliori ad minus bonum, atque ita, si Deus optimum fecerit, hoc productum mutari non posse, fore substantiam æternam, fore Deum; sed non video cur res aliqua speciem boni malive mutare non valeat retento gradu, sic transeundo à voluptate musices ad picturæ delicias vel viceversâ ab oculorum oblectatione ad blandimenta aurium,

idem

idem voluptatis gradus utrobique esse poterit, ita ut posterior præ priori solam habeat prærogativam novitatis. Si fieret quadratura circuli vel [ut similiter loquar) circulatoria quadrati, id est, si circulus in quadratum æquale mutaretur, vel quadratum in circum, difficile dictu esset absolute loquendo & nullum usum specialem spectando, lucrumne foret an damnum. Ita optimum in aliud prorsus æquivalens mutari potest, quod nec excedat, nec excedatur. Intercedet tamen in ipsa mutatione ordo & quidem optimus qui esse possit. Si totam rerum seriem sumas, optimum nihil habet æquale, sed pars aliqua seriei potest æquari alteri parti ejusdem seriei. Præterquam quòd dici posset totam rerum seriem infinitam esse posse possibilium optimam, quamvis id quod in quolibet temporis parte per totum mundum existit, non sit optimum. Fieri ergo posset ut mundus melius semper procederet, si talis esset natura rerum ut simul & semel attingi nequeat optimum. Verùm problematis hujusmodi difficilis est judicatio.

205. At Baylius (pag. 1064.) quæstionem an Deus res perfectiores quam condiderit, condere poterit etiam esse difficillimam, & rationes in utramque partem militare validissimas. Sed, me judice perinde est ac si quærebatur, an Divinæ actiones perfectissimæ sapientiæ, maximæque bonitati congruant. Res oppidò mira est, mutatis aliquantùm vocibus dubia reddi ea quæ bene intellecta sunt clarissima. Nec rationes in contrarium militantes ullius sunt roboris, cum in sola defectuum apparentia fundentur. Objectio qua Baylius probare contendit, quòd lex optimi veram Deo metaphysicam necessitatem imponeret, illusio mera est è solo vocabulorum abusu profecta. Aliter aliàs sentiebat Baylius, cum R. P. Mallebranci sententiæ non multùm hâc à mea discrepanti applaudebat

240 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei*,
debat, sed postquam Antonius Arnaldus Mallebrancum scriptis impetivit, mutavit mentem Baylius, & suspicandi ratio est, dubitandi pruritus qui in ipso crevit cum ætate, non parum ponderis ad hanc mutationem habuisse. Vir sine dubio magnus fuit Arnaldus, & autoritatis ejus non parvum est momentum, nec pauca bene notavit adversus Mallebrancum, sed immeritò oppugnavit ea quæ præclarus ille scriptor nostris de optimi regula jam dictis affinia docuit.

204. Nempe excellens librorum de inquisitione veritatis Autor, à Philosophia gradum faciens ad Theologiam, denique tractatum insignem edidit de Natura & Gratia, in quo more suo ostendit (quemadmodum à Baylio in Cogitationibus diversis circa Cometas Cap. 234. explicatum est) eventus è legum generalium executione prodeuntes non esse objecta voluntatis alicujus divinæ particularis. Equidem qui vult rem aliquam, vult etiam quodammodo omnia illi rei necessariò annexa, & consequenter Deus leges naturales velle nequit, quin etiam quodammodo velit omnes particulares effectus inde necessariò pullulatos. Semper tamen verum manet, effectus illos particulares propter se sui que gratiâ non intendi, & hoc ipsum significatur dum dicitur eos *voluntate particulari* & directâ non intendi. Minimè dubium est, quin Deus extrorsum acturus modum agendi elegerit ente summè perfectò dignum, id est infinitè simplicem & uniformem & nihilominus infinitè fecundum. Imò concipi potest juxta Mallebrancum, quod hic per regulas generales agendi modus, quanquam ex illo oriri deberent aliqua superflua (imò mala, si seorsim sumantur, quod addo) potior Deo visus sit modo magis composito magisque regulari [quanquam meo judicio modus regularis etiam voluntatibus generalibus magis debeat esse conformis.] Judice Baylio dum

sum suas de Cometis cogitationes scriberet, nihil est hac hypothefi accommodatius ad sexcentas difficultates contra Providentiam enodandas: *Interrogare* (inquit) *quare Deus tam multa hominibus magis depravandis idonea condiderit, idem foret ac querere, quare Deus mediatum opus suum, quod non nisi infinite pulchrum esse potest, per vias simplicissimas maximeque uniformes perfecit & cur non potius per decreta sibi mutuo obstantia libri arbitrii humani abusu sum impedierit.* Addit miracula, ut pote voluntates particulares finem Deo dignum habere debere.

205. His fundamentis insignes animadversiones superstruit (Cap. 23 1.) circa injustitiam eorum qui de improborum prosperitate conqueruntur. *Ausum dicere* (inquit) *eos omnes, quibus mira accidit improborum prosperitas, Dei naturam esse parum meditato & causa cuncta gubernantis officia ad providentiam prorsus subalterna modulum exegisse, quod est pusilla mentis.* *Quid ergo? An postquam Deus causas, alias liberas, alias necessarias mixtura manifestandis infinita sua sapientia miraculis idonea condidit, oportebit Eum leges constituere liberarum causarum indoli conformes illas quidem, sed adeo instabiles, ut vel minimum quod homini accedere possit incommodum eas cum libertate humana ruina funditus everteret? Ridetur aliquis Urbis Praefectus, qui praescriptiones & mandata mutaret quoties alicui contra ipsum murmurare liberet. Et Deus cujus leges bonum tam universale respiciunt, ut fortasse quidquid nobis aspectabile est instar appendix a duntaxat legum illarum particeps sit, legibus suis derogare tenebitur, quia hodie uni, cras alteri minus iridebunt; & nunc superstitiosus aliquis falso judicans monstro aliquo funesti quidpiam portendi, ab errore suo ad nefarium sacrificium faciet gradum, nunc bona quapiam anima, quae nihilominus non tanti vir-*

242 PARS SECUNDA, Super Bonitate Dei,
 tutem aestimat, ut satis esse supplicii judicet virtute
 vere, scandalum patietur, hominem improbum dite-
 sentem & firmâ valetudine utentem videns? Quis
 falsus de generali providentia judicari potest? Cumque
 apud omnes in confesso sit hanc naturæ legem, ut debili
 fortiori cedat, sapienter esse sancitam, & ridiculum
 fore velle ut dum lapis in vas aliquod testaceum ac fra-
 gile, domini sui delicias cadit, Deus illi legi derogat, ut
 vasis istius Dominum à mœrore absolvat, nonne faten-
 dum est etiam esse ridiculum velle, ut Deus eandem
 infringat legem, quò impediatur, ne improbus probi spoliis
 ditescat? Sanè quò magis improbus ad conscientia &
 honoris stimulos occalluit, eò viribus est homine probi
 superior, ita ut si virum probum aggrediatur, hunc spe-
 ctato naturæ cursu succumbere necesse sit; & si aræ
 publico admoveantur ambo, secundum eundem naturæ
 cursum necesse est improbum magis ditescere quam
 probum, prorsus sicut ignis vehemens plus ligni devorat.
 Qui vellent improbum aliquem in morbum incidere,
 perinde iniqui sunt, ac ii qui lapide in vitrum delapso
 vitrum manere illasum vellent, nam ejus organa sunt
 ita temperata & composita, ut nec alimenta que su-
 mit, nec aër quem respirat, secundum naturæ leges ejus
 valetudinem labefactare queant; atque adeò qui de ejus
 sanitate queruntur, Deum leges à se statutas non vir-
 lasse conqueruntur; in quo tantò sunt iniquiores quò
 per combinationes & concatenationes miras, quarum
 Deus solus autor esse poterat, saepe contingat ut natu-
 ræ cursus peccati punitionem adducat.

206. Magnopere dolendum est, Baylium tam-
 tò viam deserere quam tam præclare de Providentiâ
 differendo feliciter ingressus fuerat, nam fructum mi-
 nimè pænitentium fecisset, & pulchra dicendo simi-
 quoque bona dixisset. Ego Mallebranco assentior
 Deum res facere modo se dignissimo; sed circa

voluntates generales & particulares paulò longiùs quàm ipse progredior. Cum Deus nihil sine ratione facere possit, etiam dum agit miraculosè, sequitur nullam Eum circa eventus individuos habere voluntatem quæ non sit veritatis alicujus vel voluntatis generalis confectarium. Unde dicerem, Deum nunquam habere *voluntates particulares*, quales Mallebrancus intelligit, hoc est, *particulares primitivas*.

207. Imò arbitror miracula nihil in hoc habere, quo à cæteris eventis distinguantur, namque rationes ordinis naturali superioris Deum ad miracula pandenda permovent. Unde nollem cum Mallebranco dicere Deum legibus generalibus derogare, quotiescumque ordo exigit, non enim derogat unj legi nisi per aliam legem magis applicabilem, & quod ordo postulat, non potest non esse conforme regulæ ordinis quæ ex legibus generalibus infima non est. Miraculorum (rigidissimè sumptorum) Character est, ut per rerum conditarum naturam explicari non possint. Quare si Deus legem generalem conderet (ut exemplum afferam) vi cujus corpora se mutuò attraherent, ejus executionem nisi per miracula perpetua obtinere non posset. Pariter si Deus corporum humanorum organa vellet animæ voluntatibus conformari, juxta *systema causarum occasionalium*, hæc quoque lex non nisi per miracula perpetua executioni mandaretur.

208. Itaque existimandum est inter regulas generales non absolutè necessarias à Deo eligi illas quæ magis naturales sunt & quarum ratio faciliùs reddi potest, quæque ad reddendam etiam aliarum rationem magis deserviunt. Et hoc dubio procul omnium pulcherrimum est maximèque placet. Et quamvis *Harmonia præstabilita Systema* non aliunde necessarium foret [uti certè est, dum miracula superflua removet]

244 **PARS SECUNDA, Super Bonitate Dei,**
mover] Deus illud elegisset, quia maximè harmoni-
cum est. Viæ Dei simplicissimæ sunt & maximè un-
formes, nempe quia regulas eligit mutuo se quæ
minimum limitantes. Sunt etiam *facundissima* omni-
um, spectatâ *simplicitate viarum*: perinde ac si dicitur
ædificium fuisse optimum omnium quæ eâdem ex-
pensâ fieri potuerunt. Imò possunt hæ duæ conditio-
nes *simplicitas* scilicet atque *fecunditas* ad unicam
reduci, nempe quòd possibilium maximam perfectio-
nem producat, & hoc pacto R. P. Mallebranci syste-
ma in meum recidit. Nam si effectus supponeretur
major, viæ autem minùs simplices, censeo posse dici
quòd omnibus computatis atque perpensis effectus
ipse foret minùs magnus, habitâ ratione non modò
effectus finalis, sed etiam effectus mediù, nam sapien-
tissimus facit quoad potest, ut media sint, quodammo-
do fines, hoc est desiderabilia non solùm quia *faciunt*,
sed etiam quia *sunt*. Viæ magis compositæ nimium
fundi, nimium spatii, nimium loci, nimium temporis
occupant, quæ meliùs impendi potuissent.

209. Jam si ad perfectionem summam omnia re-
ducantur, ad nostram legem optimi reditur. Perfe-
ctio enim complectitur non solùm *bonum morale bo-*
namque physicum creaturarum intelligentium, sed
etiam *bonum* illud quod non nisi *metaphysicum* est,
quodque creaturas ratione destitutas etiam respicit.
Unde efficitur, malum quod in creaturis rationalibus
supèrest, evenire solùm concomitanter, nec per volun-
tates antecedentes, sed per voluntatem consequen-
tem tanquam involutum in opere sive idea possibili
optima; bonum autem metaphysicum est causa cu-
dandus aliquando locus sit malo physico maloque
morali, uti non semel explicavi. Ab hoc systemate non
multùm alieni fuisse Stoici veteres comperiuntur, uti
Baylius ipse advertit Dictionarii Articulo Chrysippus

Lit. T.

it. T. Juvat ejus verba referre ut eum ſibi quando-
que opponamus & ad præclaras ſententias olim à ſe
ſertas reducamus. *Chryſippus* (inquit pag. 930.) in
o de Providentia opere hanc inter alias queſtionem
icit, an natura ipſa rerum vel Providentia mundi
generis humani conditrix morbos etiam, quibus
mines obnoxii ſunt, produxerit? Reſpondet præci-
uum natura ſinem non fuiſſe, homines reddere morbo-
s, id enim bonorum omnium cauſa minimè congrue-
t, ſed dum magna multa optimè ordinata ut utilis-
na molitur ac producit, comperit adnaſci quadam in-
nvenientia, atque adeò hæc primigenio Ejus conſilio
ſcopo non fuere conformia; occurrerunt enim in ſe-
e operis & tanquam conſectaria duntaxat extite-
unt. Quod corporis humani formationem attinet (in-
uebat *Chryſippus*) ſubtilior idea ipſaque adeo utilitas
eris exigebant ut caput ex offiſculorum tenuium
xtura conſtaret, ſed ex hoc ipſo, illud capiti incom-
rdum ingruerat, quòd icibus non poſſet reſiſtere. Pa-
bat natura ſanitatem, ſimulque debuit oſtium ape-
i morbis, quaſi concomitanter. Eadem eſt de vir-
te ratio; actio directa natura, que virtutem pro-
mit, vitia concomitantia præparavit; verbum ver-
non reddidi, quare ipſa *Auli Gellii* verba ſubdo
Aulus Gellius lib. 6. Cap. 1.] idem *Chryſippus*
n eodem libro (quarto Περὶ Προνοίας) tractat con-
ideratque dignumque eſſe id quaeri putat ἢ αἰ τῶν
ἀνθρώπων νόσοι κατὰ φύσιν γίνονται id eſt naturane
pſa rerum vel providentia, quæ compagem hanc
mundi & genus hominum fecit, morbos quoque &
debilitates & ægrotudines corporum, quas patiun-
tur homines, fecerit. Exiſtimat autem non fuiſſe hoc
principale naturæ conſilium, ut faceret homines
morbis obnoxios. Nunquam enim hoc conveniſſe
naturæ auctori parentique rerum omnium bonarum

» sed cum multa, inquit, atque magna gigneret pa-
 » reretque aptissima & utilissima, alia quoque simul
 » agnata sunt incommoda, iis ipsas quæ faciebat co-
 » hærentia: eaque non per naturam, sed per sequelas
 » quasdam necessarias facta dicit, quod ipse appellat
 » Κατὰ Παρακολούθησιν, sicut, inquit, quum corpora
 » hominum natura fingeret, ratio subtilior & utilitas
 » ipsa operis postulavit ut tenuissimis minutisque ossi-
 » culis caput compingeret. Sed hanc utilitatem rei
 » majoris alia quædam incommoditas consecuta est
 » ut fieret caput tenuiter munitum & ictibus offenso-
 » nibusque parvis fragile. Proinde morbi & ægritu-
 » dines partæ sunt, dum salus paritur. Sic hercle, in-
 » quit, dum virtus hominibus per consilium naturæ
 » gignitur, vitia ibidem per affinitatem nata sunt. Non
 » arbitror (addit Baylius) *Ethnicum hominem lapsus*
primi hominis ignarum, quem non nisi revelatione di-
scere potuimus, quique vera miseriarum nostrarum
origo est, quidquam rationi magis consentaneum dice-
re potuisse; quòd se ejusmodi plura operum Chryssippi fra-
gmenta, aut potius si ipsa Chryssippi opera extarent, mi-
liorem de viri ingenio opinionem haberemus.

210. Nunc conversam in Baylio mutato Scenam
 videamus, qui postquam in Responsione ad quæsitam
 Provincialis Cap. 155. (pag. 962. Tom. 3.) retu-
 lisset hæc Cl. Jaquelotii verba, quæ mihi valdè pro-
 bantur. *Ordinem mundi universi mutare res est mo-*
menti infinitè majoris quàm hominis prohi prosperitas.
 Addit. *Hæc cogitatio primâ fronte perstringit oculos*
mentis, & in pulcherrima luce collocata est à Mal-
branco qui lectoribus quibusdam persuasit Systema sim-
plex & fecundissimum Dei sapientia convenire magis
quàm Systema magis compositum, & proportionem spe-
ctatâ minùs fecundum, sed præveniendis anomalis
magis idoneum. Baylius è numero illorum fuit, qui

hoc pacto nodum à Mallebranco mirabiliter solvi censuerunt (Baylius ipse loquitur) sed vix acquiescere his potest, qui libros Arnaldi adversus hoc Systema legerit. & vastam immensamque Entis perfectissimi ideam perpenderit. Hac idea docemur nihil esse Deo facilius, quam opus simplex, facundum, regulare & simul creaturis omnibus commodum designare & exequi.

211. Cum olim in Gallia versarer, Dialogum latinum à me conscriptum de causa mali, deque Justitia Dei cum Arnaldo communicavi, idque non modò ante inchoatas ipsum inter & Mallebrancum contentiones, sed etiam ante vulgatum Mallebranci de Inquirenda Veritate librum. Eo Dialogo principium illud, quod hìc à me propugnatur, nempe, peccatum ideo permissum fuisse quia in òptima mundi idea involvebatur, jam tunc usurpabam; nec eo efferari visus est Arnaldus; sed subnatæ deinde cum Mallebranco contentiunculæ talia attentius expendendi, severiusque dijudicandi ansam ei præbuerunt. Interim non usquequaque placet mihi modus quem hìc exprimit Baylius, nec opinor *Systema magis compositum, minusque facundum preveniendis anomalis magis accommodatum esse posse.* Regulæ sunt voluntates generales, & quò plures observantur regulæ, eò plus obtinetur regularitatis; simplicitas facunditasque sunt scopus regularum. Si opponas, systema valdè uniforme fore sine anomalis, Respondeo, ipsam uniformitatem nimiam fore anomaliz genus, & repugnaturum harmoniz legibus. *Et Cytharadus videtur, Chordâ qui semper oberrat eadem.* Censeo itaque Deum sequi posse ideam simplicem, facundam, regularem; sed non arbitror, eam, quæ òptima maximèque regularis est, simul esse semper creaturis omnibus commodissimam, & hoc à posteriori sive effectu colligo, quia illa, quam Deus elegit, talis non est.

Id ipsum etiam ostenditur à priori seu causâ in exemplis è mathesi petitis, quorum unum statim dabo. Originista aliquis qui creaturas omnes rationales demum fore felices volet, facilius adhuc acquiescet: dicet enim, uti de passionibus hujus temporis dicit Apostolus, ærumnas finem habituras, non posse cum æterna felicitate comparari.

212. Illud hac in re fallit, uti aliàs notavi, quòd facile existimemus id quod in toto optimum est, etiam esse inter possibilia omnia optimum in partibus singulis. Sic enim in Geometria differimus ubi de Maximis & Minimis agitur. Si via ab A ad B. est possibilium omnium brevissima, & hæc via transit per C. necesse est hanc viam ab A ad C etiam esse possibilium omnium brevissimam. Verùm à quantitate consequentia non semper valet ad qualitatem, uti nec ea quæ ab æqualibus ducitur ad similia. Nam æqualia sunt, quorum quantitas est eadem; similia quæ secundum qualitates non differunt. Joannes Christophorus Sturmius celebris Alstorffii Noricorum Mathematicus, cum in Batavis ageret juvenis, libellum edidit inscriptum, *Euclides Catholicus*, in quo, hortatu Cl. Erhardi Weigeli sui quondam Præceptoris exactas & generales in rebus non Mathematicis regulas tradere conabatur. In hoc libro transfert Cl. Sturmius ad similia quod de æqualibus ab Euclide fuerat enunciatum, & hoc axioma procludit: *Si similibus addas similia, tota sunt similia*; Sed ad novam hanc regulam vindicandam tot limitationibus opus fuit, ut fatius fuisse futurum arbitrer si statim cum restrictione dixisset: *Si similibus similia addas similiter, tota sunt similia*. Hinc etiam postulare solent Geometræ non tantum similia, sed & similiter posita.

213. Porrò discrimen inter quantitatem & qualitatem in re præsentî elucescit. Pars viæ brevissimæ
inter

inter duo extrema est etiam via brevissima inter extrema hujus ipsius partis ; sed pars totius optimi non necessarîo est optimum quod ex hac parte effici poterat, cum pars rei pulchræ non semper pulchra sit, nam ex toto extrahi, vel in toto sumi modo irregulari potest. Si bonitas & pulchritudo semper in aliquo absoluto & uniformi consisterent, uti extensio, materia, aurum, aqua, aliaque corpora quæ homogenea vel similaria supponuntur ; dicendum esset partem boni & pulchri fore bonam ac pulchram, uti est ipsum totum, cum pars quælibet semper similis toti foret ; sed aliud est in relativis. Exemplum è Geometria depromptum mentem meam declarabit.

214. Est quædam Geometriæ species quam Cl. Jungius Hamburgensis, vir inter ævi sui, medio scilicet superiore sæculo, præstantissimos meritò numerandus Empiricam nuncupabat. Utitur illa experimentalibus demonstrationibus, & plurimas Euclidis propositiones, eas præcipuè, quæ duarum figurarum æqualitatem spectant, comprobat secundo unam in frustra, eaque rursus jungendo ad construendam alteram. Hac ratione si duorum laterum trianguli reſtanguli quadrata in partes seces, uti oportet, & has partes debito modo ordines, fiet inde quadratum hypotenusæ, & hoc ipsi est quadragesimam septimam libri I. Euclidis propositionem empiricè demonstrare. Jam posito, quòd horum frustorum è duobus quadratis minoribus excisorum aliqua intercident, deerit aliquid quadrato majori inde efformando, & compositum illud defectuosum non modò non placebit, sed potiùs erit insigniter deforme. Quòd si frustra quæ remanserunt, & compositum illud vitiosum construunt, absque respectu ad majus illud quadratum, ad quod conflandum adhibendæ erant, sumerentur, aliter omnino coordinari inter se deberent ut compositum

250 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei,*
 situm intolerabile conflaretur : sed simul atque frustra illa deperdita rursus comparuerint & compositi vitiosi lacunam repleverint , prodibit inde res quaedam pulchra atque regularis , nempe majus quadratum integrum, & compositum hocce completum tolerabili illo composito longè pulchrius erit, quod ex solis frustis non deperditis coaluerat. Compositum completum mundo integro responderet ; vitiosum, quod est completi pars, parti universi in qua defectus deprehendimus à rerum Autore toleratos , quia cæteroqui si vitiosam hanc partem reformare ac compositum inde tolerabile efformare voluisset , totum ipsum non æquè fuisset elegans ; nam vitiosi compositi partes melius dispositæ ad conflandum ex illis tolerabile compositum particulare, non potuissent adhiberi, ut oportet, ad compositum totale perfectumque construendum. Hæc per transennam videbat S. Thomas Aquinas, dum dixit : *Ad prudentem gubernatorem pertinet negligere aliquem defectum bonitatis in parte, ut faciat argumentum bonitatis in toto* (S. Th. contra gent. lib. 3. Cap. 71.) Thomas Gatakerus in notis ad librum Marci Aurelii (lib. 5. Cap. 8. apud Baylium) citat etiam Autorum loca dicentium , sæpe malum partium esse bonum totius.

215. Nunc ad instantias Baylii redeamus : fingit ille animo Principem (pag. 963.) qui civitatem conditurus ex pravo judicio , magnificam illam & architecturâ audaci singularem , quam incolis usquequaque commodam esse malit. At si hic Princeps verè magnanimus foret , opus commodum magnifico præferret. Ita quidem judicat Baylius. Crediderim tamen ego contingere aliquando posse, ut palatii structura elegans quorundam è famulitio commodis jure merito præferatur. Sed fateor ædificium quantumvis concianum , si incolis morbos afferat, vitiosum fore,

atque

modò habitâ simul ratione elegantiz, commoditatî atque valetudinis melius aliquid construi potuisset. Fieri namque potest ut hæc omnia simul obtineri nequeant, utque arcem, quæ si ad boreale montis latus, quod salubrius habetur, extruatur, inconcinna prorsus & inamæna esse debeat, ad meridiem præstet collocari.

216. Objicit præterea Baylius : verum quidem esse quòd legislatores nunquam leges singulis privatis commodas comminisci possint ; *nulla enim lex satis commoda omnibus est ; id modò quaritur si majori parti & in summam prodest.* (Cato apud Livium l. 34. circa initium) sed hujus rei causam esse, quia legislatores ob circumscriptam ingenii sui perspicaciam coguntur ad leges confugere, quæ pensatis omnibus utiles magis sunt quam noxiæ. Quorum nihil in Deum cadere potest, ut pote qui potentiâ intelligentiâque non minùs quam bonitate ac verâ magnitudine infinitus est. Respondeo, cum Deus optimum possibilem eligit, nullam ei perfectionum suarum circumscriptionem objici posse, & in mundo non modo bonum esse malo potius, sed etiam malum ipsum augendo bono prodesse.

217. Observat etiam Stoicos ex hoc principio impietatem hausisse quandam, dum toleranda æquanimiter esse mala dicebant, ut pote necessaria non solum sanitati & integritati mundi totius, sed etiam perfectioni & conservationi Dei mundum gubernantis. Quod Marcus Aurelius Imperator soliloquiorum lib. 5. Cap. 5. expressit. *Duplici ratione, inquit, diligas oportet, quidquid evenerit tibi, alterâ, quòd tibi vatum & tibi coordinatum & ad te quodammodo affectum est, alterâ quòd universi Gubernatoris prosperitatis & consummationis, atque adeò permansionis ipsius* τῆς τοῦδίας καὶ τῆς συντελείας καὶ συμμονῆς αὐτῆς) *ex parte causa est.* Non admodum, fateor, laudabile est hoc

hoc magni illius Imperatoris præceptum, qui alioqui multa præclara præcepit. Illud : *diligas oportet* (*σίγηται χρῆ*) malè sonat, non enim ideò res quæpiam amabilis evadit quia necessaria est aut alicui destinata vel affecta, nec quod mihi malum esset, ideo malum esse cessabit, quia Domino meo bonum est futurum, nisi bonum istud in me redundet. Non satis animadvertisse videtur, hoc inter cætera boni reperiri in universo, quod generale bonum verè sit eorum proprium, qui boni omnis autorem diligunt. Sed Marci Aurelii & Stoicorum præcipuus error in eo situs erat, quòd universi bono delectari Deum debere putabant, quia Deum tanquam mundi animam concipiebant, Nihil nostro dogmati cum errore isto commune est. Deus juxta nos est intelligentia *extramundana*, uti Martianus Capella vocat, vel potiùs *supramundana*. Præterea Deus agit ut beneficiat, non ut sibi bene sit. *Beatius est dare quam accipere*. Ejus beatitudo usquequaque perfecta est, augmentique sive intus, sive foris incapax.

218. Veniamus ad præcipuam objectionem, quam in nos Arnaldo duce Baylius intorquet. Bicornis est; contendunt enim aut Deum esse necessitati obnoxium & necessariò agere si optimum creare teneatur, aut saltem futurum fuisse impotentem, si aptiorem ad peccata aliaque mala excludenda viam reperire non potuisset. Hoc qui objicit, eo ipso negat hunc mundum esse optimum, aut Deum in optimum ferri debere. Variis in locis huic argumento occurrimus, ac Deum non posse non producere optimum probavimus. Quo posito sequitur mala omnia non potuisse sapienter è mundo excludi, cum esse in mundo mala constet. Videamus nihilominus quid egregii hi duumviri nobis opponant, aut potiùs videamus quid objiciat Baylius, qui se ex Arnaldi ratiociniis profecisse profitetur.

219. *Fierine posset,* (inquit Cap. 151. Respons. ad Provinc. Tom. 3. pag. 890.) *ut natura illa, cujus bonitas, sanctitas, sapientia, scientia, potentia sint infinita, qua virtutem amet summè & summè vitium odere, uti idea Ejus clara distinctaque nobis ostendit, & omnis ferè scriptura pagina testatur, nullam in virtute rationem finibus suis obtinendis congruam proportionatamque reperire potuerit? fierine posset, ut hanc ei rationem suppeditaverit solum vitium? Atqui potius econtra credidissemus, nihil huic natura convenire magis, quàm virtutem in opere suo constabilire, vitio prorsus excluso.* Baylius hîc justos excedit limites. Concedo vitium aliquod cum optimo mundi systemate cõhærere, non tamen ipsi largior, quòd Deus nullam viam aut rationem finibus suis accommodatam in virtute reperire potuerit. Hæc objectio locum haberet, si virtus nusquam, vitium ubique dominaretur. Dicit Baylius satis esse quòd vitium regnet, & virtus cum vitio comparata valde sit modica & infrequens. Sed hoc ipsum nunquam ei largiar, ac revera arbitror, si res rite perpendatur, in creaturis ratione utentibus, quarum paucissimæ nobis notæ sunt, longè plus esse boni quàm mali moralis.

220. Imò nec inter homines quidem tantum est mali & improbitatis quantum passim dicitur. Soli homines indolis malignæ, aut ærumnis effecti Myfanthropi, qualis ille Luciani Timon, pravitatem ubique reperiunt & optimas quasque actiones sinistris interpretationibus depravant. De iis loquor qui datâ operâ id factitant, ut malas inde sequelas eliciant, suisque criminibus patrocinentur quasi naturæ consensancis, nonnulli enim ingenii solùm ostentandi gratiâ id faciunt, quod in Tacito culparum fuit. Hoc ipsum Cartesius in quadam epistola reprehendit in Hobbesii libro de cive, cujus, tum temporis pauca duntaxat
ex-

254 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei,*
 exemplaria lucem viderant inter amicos distribuenda,
 sed qui in altera editione quam habemus, Autoris ipsi-
 us notis auctior prodiit. Nam licet Cartesius librum
 hunc acuti viri opus esse fateatur, observat tamen in
 eo principia quædam effataque periculosissima, eò
 quod vel homines omnes improbos esse ponat, vel eis
 improbitatis ansam præbeat. Cl. olim Jacobus Tho-
 masius in elegantibus quas edidit Philosophiæ practi-
 cæ tabulis, ajebat Πρώτων ψεύδος, sive principium
 errorum libri hujus Hobbesiani esse, quòd statum le-
 galem pro naturali sumat, id est quòd status corru-
 ptus ei sit pro mensura & regula, cum potiùs conve-
 nientiore[m] hominum naturæ statum, quem Aristoteles
 spectavit, præ oculis habere debuisset, nam secun-
 dùm Aristotelem id naturale dicitur, quòd perfectio-
 ni naturæ magis congruit; Hobbesius verò statum na-
 turalem vocat eum, qui minus artis continet, fortasse
 non reputans in humanæ naturæ perfectione artem
 ipsam includi. Sed hoc de voce dissidium, quid natu-
 rale dicendum sit, tanti non esset, nisi Aristoteles &
 Hobbesius suo quisque sensui juris naturalis notio-
 nem alligarent. Supra dixi in libro de falsitate virtu-
 tum humanarum idem à me vitium observatum, quòd
 Cartesius in Hobbesiano de Cive libro observârat.

221. Sed ponamus in humano genere plus esse
 vitii quàm virtutis, uti reproborum numerus electo-
 rum numero potior esse ponitur. Nullatenus tamen
 hinc sequetur plus in universo vitii miseræque esse
 quàm virtutis ac felicitatis; imo judicandum potiùs
 contrarium, quia civitas Dei quavis aliâ Republicâ
 perfectior esse debet, ut pote à Monarcharum omni-
 um optimo maximoque condita & assiduè gubernata.
 Hac responsione confirmatur id quòd observavi
 supra, dum de conformitate Fidei cum Ratione lo-
 quebar; videlicet objectionum paralogismos ex eo
 potissimam oriri, quòd apparens cum vero confun-
 ditur.

ditur, apparens, inquam, non quale ex accurata factorum discussione emergeret, sed quale è nostrarum experientiarum tenuitate erutum est; iniquum enim foret demonstrationibus Rationis & Fidei revelationibus apparentias tam mancas tamque parùm accuratas æquiparare velle.

222. De cætero jam notavimus virtutis amorem & odium vitii, quæ ad virtutem producendam & vitium impediendum indefinitè tendunt, non esse nisi voluntates antecedentes, qualis etiam est voluntas procurandæ felicitatis omnium hominum, & impediendæ omnium miseriarum. Et hæc voluntates antecedentes, non nisi partem faciunt omnium voluntatum Dei antecedentium simul sumptatum, ex quarum summa resultat voluntas consequens sive decretum creandi optimi: vi hujus decreti, amor virtutis felicitatisque creaturarum rationalium de se indefinitus, qui quam potest longissimè se protendit, modicas aliquas limitationes accipit ob respectum boni generalis quod præ oculis haberi debet. Et sic intelligendum est quòd Deus amet summè virtutem, & summè vitium odes rit, & nihilominus vitium permitti debeat.

223. Arnaldus ac Baylius videntur velle quòd hæc methodus explicandarum rerum, & statuendi inter omnia mundorum systemata optimi, quod ab alio nullo superari possit, Dei potentiam circumscribat. *An ritè perpendisti*, (inquit Arnaldus ad Mallebrancum, Animadversionum in novum systema Naturæ & Gratia Tom. 2. pag. 385.) *quòd, dum talia proferis, primum Symboli Apostolici articulum convellendum suscipias, quo nos in Deum Patrem omnipotentem credere profiteamur?* Dixerat ante (pag. 362.) *Quis, nisi se ipse excacare voluerit, contendere potest, eâ administratione, quæ nisi cum funesta illa aterna hominum plerorumque perditionis appendice stare nequibat, boni-*
tatem

256 PARS SECUNDA De Bonitate Dei,
*tatem Divinam manifestari magis, quàm aliâ quavis
 administratione, qua si usus fuisset Deus, omnes sal-
 vandi fuerant? Et quia Cl. Jaquelotius à principis
 à me positus minimè alienus est, Baylius ei paria objicit
 [Resp. ad Provinc. Cap. 151. pag. 900. Tom. 3.]
 Hujusmodi enodationes (inquit) si adoptamus, evi-
 dentissimis, quas de Entis summè perfecti natura ha-
 bemus, notionibus remittere nuncium cogimur. Ha-
 quippe nos edocent, omnia qua contradictionem non
 implicant, Ipsi possibile esse, atque adeò posse ab ipso
 salvari homines, quos tamen non salvat. Quid enim
 contradictionis oriretur ex eò, quòd numerus electorum
 major foret quam nunc sit? Docemur præterea Ens
 summè perfectum, utpote summè beatum nullas habere
 voluntates, quas exequi non possit, quo igitur pacto per-
 cipiemus, velle Eum omnes homines salvos facere, nec
 tamen id posse? lucem quarebamus qua nos iis expedi-
 ret nodis, quibus constringimur, dum ideam Dei cum
 generis humani conditione comparamus, Ecce expli-
 cationes nobis obtruduntur, qua nos in tenebras densio-
 res conjiciant.*

224. Omnes istæ machinæ expositione jam à no-
 bis datâ difflantur. Admittimus principium Baylii
 quod etiam meum est, nempe omne, quod contra-
 dictionem non implicat, esse possibile. Verùm enim-
 verò juxta nos, qui Deum quàm fieri poterat opti-
 mum fecisse aut melius quàm fecerit, nihil facere po-
 tuisse asserimus, censemusque quòd aliter de universo
 Ejus opere judicare sit Ejus sapientiam bonitatemque
 lædere, dicendum est contradictionem implicare ut
 efficiatur, quidquam quòd bonitate superet ipsum
 optimum. Hoc enim perinde foret ac si quis Deum
 ab uno puncto ad aliud ducere posse lineam brevio-
 rem rectâ contenderet, idque negantes accusaret everi-
 fidei articuli quo in Deum Patrem omnipotentem cre-
 dimus.

225. Possi-

225. Possibilium infinitudo, quantacumque sit, sapientiæ Deiabilia omnia cognoscentis infinitudine major non est, imò dici potest, quòd si sapientia Deiabilia extensione non superat, cum objecta intellectûs non possint ultra possibile progredi, quòd aliquo sensu solum est intelligibile, superet tamen ea in-
tensione, ob combinationes infinitè infinitas, quas facit, & totidem reflexiones, quas super combinationibus struit. Sapientia Dei non contentaabilia omnia complecti, ea ipsa penetrat, confert & ponderat alia cum aliis, ut perfectionum imperfectionumque quas habent, gradum, robur imbecillitatemque, bonum malumque æstimet. Ultra ipsas adeò combinationes finitas progressa infinitè infinitas instituit, hoc est infinitas universi series posibles expendit quarum quælibet infinitas continet creaturas. Hac ratione sapientia Divina omniaabilia jam priùs considerata separatim in totidem universalia systemata digerit, quæ rursus singula cum singulis comparat. Ex his denique comparationibus ac reflexionibus resultat electio optimi inter hæc omniaabilia systemata, quam sapientia demum statuit, ut bonitati plenè faciat satis. Porro omnes hæc Divini intellectûs operationes, quantum ordinem aliquem ac naturæ sive rationis prioritatem inter sese habeant, simul tamen omnes existunt, absque ullâ prioritatem temporis.

226. Hæc attentè consideranti observaturam spero ideam magnitudinis perfectionum Divinarum & maximè sapientiæ bonitatisque longè aliam ab illa quam habere possint ii qui Deum quasi fortuitò ac temere & sine ratione agentem faciunt. Nec video quomodo sententiam tam absouam effugere possint, nisi agnouerint esse quasdã electionis divinæ rationes, easque ab Eiusdem bonitate desumptas. Ex quo necessario sequitur id quòd electum fuit, præ cæteris

258 PARS SECUNDA *Super Bonitate Dei*,
 omnibus quæ neglecta sunt, bonitatis habuisse pr
 rogativam, atque adeò possibilium omnium fut
 optimum. Porrò id quod est optimum, bonitate
 perari nequit. Neque Dei potentiam circumscribitur
 dicendo quod impossibile nequeat efficere. Estne po
 sibile, inquiebat Baylius, ut idea mundi nulla meli
 sit eâ quam Deus in opus deduxit? Respondetur,
 vel maximè esse possibile, imò necessarium, scilicet
 nullam esse, alioqui Deus illam protulisset.

227. Et jam satis, ut opinor, confirmasse videmus
 inter omnes mundorum ideas possibles unam ceteris
 omnibus meliorem, & à Deo infallibiliter electam
 fuisse. Sed Baylius inde colligit, Deum ergo non esse
 liberum. En ejus verba (ubi supra Cap. 151. pag. 99.)
*Cum viro disputare rebar, qui Dei bonitatem poten
 tiamque equè ac sapientiam infinitas esse nobiscum p
 neret, at video nunc virum istum, ut propriè loquar,
 assumere quòd Dei bonitas atque potentia limitibus suis
 angustis coërceatur.* Huic quidem argumento jam sa
 perius occurrimus. Nullatenus arctamus Dei poten
 tiam, cum eam ad maximum, ad omnia contradic
 tionem non implicantia se protendere agnoscamus, sed
 nec arctamus bonitatem cum tendat ad optimum. Se
 pergit Baylius. *Nulla igitur in Deo libertas, sapien
 tiâ namque suâ necessitatur ad creandum, & ad cre
 andum precisè tale opus, & denique ad creandum
 precisè per tales vias. Tres ista servitutes fatum pl
 quam Stoicum invehunt, efficiuntque impossibile, quod
 quid intra eorum spheram non continetur. Videntur
 Deus secundum hoc systema dicere potuisse etiam ante
 quam hæc decreta formaret: non possum salvare hunc
 hominem, nec illum alium damnare: quippe veteris
 tatis, non hoc mea finit sapientia.*

228. Respondeo Deum suâ bonitate moveri
 creandum ut se communicet. Porrò hæc ipsa boni
 jud

juncta sapientiæ movet Eundem ad creandum optimum. Hoc totam seriem, effectum viasque completitur, movet, inquam sed non necessitat, nec enim impossibile reddit, quod non facit eligi. Id si *fatum* vocas, vocem istam usurpabis sano sensu qui non ad-versatur libertati. Fatum à fando ductum significat judicium, decretum Dei, sententiam divinæ sapientiæ. Dicere quòd *quis rem quampiam facere non possit, solum quia facere non vult*, est abuti vocibus. Sapiens non vult nisi bonum. Hæccine servitus est, cum voluntas in agendo sapientiæ ductum sequitur? quis minùs servus esse potest, quàm qui ex propria electione agit secundùm rationis perfectissimæ normam? Dicebat Aristoteles eum esse naturâ servum qui prudentiâ caret & rectore indiget. Servitus foris venit & movet ad ea quæ displicent, maximè verò ad ea quæ meritò & cum ratione displicent. Aliena vis affectusque proprii nos servos efficiunt. Deus nunquam movetur ab ulla re quæ extra Ipsum sit, sed nec affectibus internis obnoxius est, nec ad ea quæ molestiam sibi creare possint unquam adducitur. Patet itaque Baylium odiosa nomina rebus optimis imponere & notiones evertere, dum statum maximæ perfectissimæque libertatis *servitutem* vocat.

229. Etiam paulò ante dixerat (Cap. 151. pag. 891.) *Si virtus vel quaecumque aliud bonum equè ac vitium finibus Creatoris accommodata fuissent, Deus vitioprime neutiquam concessisset. Oportuit ergo vitium fuisse medium quod unum adhibere creator potuerit, ergo ex merâ necessitate adhibitum fuit. Cum igitur gloriam suam diligat, non libertate indifferentia sed necessario, debet amare omnia media sine quibus gloriam suam manifestare nequiret. Jam verò si vitium quatenus vitium unica fuerit via seu medium pertinenti ad scopum istum, fiet, Deum necessario amare vi-*

260 PARS SECUNDA Super Bonitate Dei,
vium quatenus vitium est, quod sine horrore cogi
non potest, & revelationi Ejus omnino repugnat. Ne
insuper Doctores quosdam Supralapfarios (Et
Retorfortium) negasse quòd Deus velit pecca
quatenus peccatum est, etfi faterentur Eum velle
missivè peccatum in quantum est punibile & con
nabile; sed objicit illis, actionem aliquam nec pun
lem nec condonabilem esse nisi in quantum vitios

230. Baylius in verbis jam adductis falsum ad
mit, & falsas inde consequentias elicit: nec enim
rum est, Deum amare necessariò gloriam suam, si
hoc intelligatur gloriam sibi necessariò per creaturam
procurare. Hoc enim si foret, hanc gloriam sibi
per & ubique procuraret. Decretum creandi liberum
est: Deus in omne bonum fertur; bonum, imò opti
mum Eum ad agendum inclinatur, sed nequaquam
cessitat, nam ipsius electione non efficitur impossibilis
quod non est optimum: non enim efficit Dei electio
ut quod Deus omittit, implicet contradictionem.
itaque in Deo libertas, non solùm à *coactione*, sed etiã
à *necessitate*. Intelligo à necessitate metaphysica, me
ralis enim necessitas est, ut sapientissimus optimam
eligere teneatur. Idem est de mediis, quæ Deus
gloriam suam obtinendam deligit. Quòd ad vitium
attinet, superiùs ostensum est illud non esse objectum
decreti divini tanquam *medium*, sed tanquam con
tionem sine quâ non, & ideo duntaxat permitti. Per
adhuc dicitur quòd vitium sit *medium unicum*:
summum enim foret unum è mediis, & quidem è
nimis inter alia infinita.

231. *Aliam consequentiam horrendam viae* (per
sequitur Baylius) *redit omnium rerum fatalitas*,
non fuerit liberum aliã ratione ordinare eventa, quod
quidem via manifestanda glorie sue, quam eligat
Ejus sapientia sola congruat. Jactata illa fatalitas

essitas, non nisi moralis est, uti modo ostendebatur, nec libertati præjudicat, quin potius optimum status usum ponit, nec facit objecta, quæ Deus non esse impossibilia. *Quid ergo fiet arbitrio libero*, subdit Baylius, *nonne fatum & necessitas erit* *re Adamum? Si enim non peccasset, unicum,* *Deus sibi necessario informârat systema, distur-* *bat.* Hoc iterum est abuti vocibus. Adam liberè trans in ideis possibilitum à Deo videbatur, Deus quem videbat, ad existentiam admittere decrevit. hoc decreto nec objectorum natura immutatur, nec necessarium efficitur id quod in seipso continebat, nec impossibile quod erat possibile.

82. Pergit Baylius (pag. 892.) *Subtilis Scotus* *cum judicio affirmavit, si Deus indifferentia li-* *beræ careret, nullam creaturam hac libertatis specie* *gaudere.* Assentior, modò non intelligatur indifferentia æquilibrii, in qua ratio nulla ad unam potiusquam alteram inclinet partem. Baylius [infra pag. 168. p. IIII.] agnoscit, id quod *indifferentiam* vocant, non excludere inclinationes prævenientes. Sufficit ergo necessitatem metaphysicam non esse actioni quæ libera dicitur, id est sufficit, ut fiat inter plura possibilea. (Et ita talis utique necessitas in Deum cadit.

83. Pergit adhuc (Cap. 157. pag. 893.) *Si* *non libero bonitatis sua motu ad mundum con-* *stitutus impulsus est, sed quia gloria sua intererat, quam* *necessario amat, quamque solam amat, neque enim à* *gloria Dei diversa est; si amor quo se amat Eum* *gloriam suam viâ congruentissimâ manifestandam* *efficitur, si denique lapsus hominis fuit illud ipsum* *malum sive via; evidens est, lapsum istum evenisse* *non necessario, & obedientiam quam Protoplasti* *adato Divino prestare debebant, impossibilem fuisse.*

Idem semper abusus vocum. Amor quidem quod Deus amat Ipsi essentialis est ; amor verò gloriæ sicut eius procurandæ voluntas non item. Amor ipsius non necessitavit Eum ad actiones externas, quippe liberæ fuerunt, eumque suppeterent systemata possibilis in quibus primi parentes peccaturi non fuerant, necessarium eorum peccatum non fuisse conicitur. Denique reapse dicimus id ipsum quod Baylius agnoscit, Deum ad condendum mundum fuisse libero motu suæ bonitatis inductum ; & addimus eodem motu inductum fuisse ad eligendum optimum.

234. Eadem responsio valet contra id quod Baylius ait Cap. 165. pag. 1071. *Optissima ad finem quempiam obtinendum via est necessario unica* (bellidictum, in iis saltem casibus in quibus Deus eligit) *et si Deum ineluctabiliter impulsus fuit ad hanc viam adhibendam, hanc necessario adhibuit.* Impulsus quidem certò fuit, determinatus fuit, vel potius ipse determinavit ad illam. Sed id quod certum est, non semper est necessarium vel absolute ineluctabile, potest enim res aliter evenire, sed non evênit, idque est causam. Deus inter diversa, quæ omnia possibilis erant, elegit : atque ita, si metaphysicè loquamur, eligere potest facere poterat quod non fuit optimum, moraliter tamen loquendo id non poterat. Comparatione Geometricâ rem explico. Optima ab uno puncto ad aliud punctum [per se loquendo & abstrahendo animum ab impedimentis aliisque mediis considerationibus adventis] est unica, nempe tendens per lineam brevissimam quæ est recta. Atqui tamen infinitis viis ab uno puncto ad aliud pervenitur, nullâ igitur necessitate lineam rectam insistere teneor ; at quamprimùm id quod optimum est eligo, hoc ipso determinor ad tendendum per brevissimam, quamvis non nisi moralis

sente sit necessitas. Unde sequentes consequentiam
cidunt] *ergo non potuit facere nisi quod fecit, ergo
d non evenit nec unquam eveniet, est absolute im-
ibile* [hæc, inquam, consequentia concidunt, cum
m multa, nec evenerint nec eventura sint unquam,
etamen distinctè intelligi possunt, nec ullam con-
ditionem implicant, quâ ratione dici poterunt ab-
utè impossibilia? Baylius ipse id confutavit loco
odam supra laudato, ubi Spinositas impugnat,
toitque non semel nihil esse impossibile nisi quod
atradictionem involvit: nunc verò Stylum & vocas
la mutat (*ergo Ada perseverantia in statu innocen-
semper fuit impossibilis, ergo lapsus ejus erat abso-
è inevitabilis, etiam ante decretum Dei, nam
atradictionem implicaret, Deum aliquid sapientia
& contrarium velle. In idem recidit, sive dicas: hoc
impossibile Deo, sive dicas: Deus id posset si vellet,
& id velle non potest.*) (Vocabulis aliquo sensu abu-
ur, dum hîc dicit, *potest velle, vult velle.* Potentia
fertur hîc ad actiones quas vult; Interim tamen non
plicat contradictionem, quòd Deus velit [vel di-
ctè, vel permissivè) rem quampiam quæ contra-
dictionem ipsa non implicat, & in hoc sensu dicere fas-
t; Deum posse eam velle.]

235. Verbo, ubi de rei possibilitate sermo est, non
gitur de causis quæ efficere possunt ut res illa existat,
at impedire ne existat, alioqui vocabulorum natura
mutaretur, inutilisque redderetur distinctio inter pos-
sibile & actuale, uti faciebat Abaelardus. & post illum
icisse Wicleffus videtur. Quod illos in locutiones in-
commodas offensivasque minimè sanè necessarias im-
egit. Iraque si quæris, si ne res aliqua possibilis aut
ecessaria, & ei quæstioni considerationem eorum quæ
Deus vult & eligit, involvis, statum quæstionis mutas,
Deus enim eligit inter possibilia, & ideo liberè eligit.

264 PARS SECUNDA *De Bonitate Dei,*
neque necessitatur. Tum demum nulla foret electio,
libertas nulla, si unicum tantum foret possibile.

236. Superest ut Baylii Syllogismis respondeam,
ne quidquam negligatur eorum quæ Vir tam eruditus
obmovit. Extant hi Cap. 151. Responsionis ad Qua-
sita Provincialis pag. 900. 901. Tom. 3.

Prior Syllogismus.

*Deus nihil potest velle quod amari necessario quo
fertur in sapientiam suam adverteretur.*

*Atqui salus omnium hominum adverteretur amari
necessario, quo Deus fertur in suam sapientiam.*

*Ergo Deus omnium hominum salutem velle ne-
quit.*

Major propositio per se evidens est, nemo enim
quidquam potest, cujus oppositum est necessarium,
sed assumptio sive minor transmitti nequit, nam li-
cet Deus sapientiam suam amet necessario, non tamen
actiones ad quas sapientia permovet ideò liberæ non
sunt, nec objecta, ad quæ sapientia non permovet, ideo
possibilia esse definunt. Præterea sapientia Deum reve-
ra permovet ad volendam omnium salutem, sed non
voluntate consequente seu decretoriâ. Hæc verò vo-
luntas consequens cum nihil sit nisi resultans è volun-
tatibus liberis antecedentibus, nec ipsa potest non esse
libera.

237.

Alter Syllogismus.

*Opus Dei sapientiâ dignissimum omnium, comple-
ctitur inter alia peccatum omnium hominum & eter-
nam damnationem plerorumque hominum.*

*Atqui Deus vult necessario opus omnium dignissi-
mum suâ sapientia;*

*Ergo necessario vult opus quod inter cetera pecca-
tum omnium hominum & eternam plerorumque dam-
nationem complectitur.*

Tran-

Transcat major, negatur minor. Decreta Dei semper sunt libera, quanquam Deus ad illa rationibus inani intuitu consistentibus semper moveatur: nam à necessitate necessitari moraliter, obligari boni consideratione, est esse liberum, est non necessitari metaphysice. Sola autem necessitas metaphysica, uti toties indicavimus, repugnat libertati.

238. Supersedeo Syllogismos expendere quosilius capite sequenti (152.) contra supralapsarian systema, & speciatim contra sermonem in colloquio Montis Pelicardi à Theodoro Beza Anno 1586. bitum intorquet. Hi Syllogismi eodem ferè vicio lant, quo jam à me discussi. Fateor tamen ipsa systema minimè satisfacere. Et sanè Colloquium ud non nisi ad exulcerandos partium animos valuit. *Deus ad gloriam suam condidit mundum, Ejus gloria (si Bezam audimus) non innotescit, nisi Ejus misericordia justitiaque declaratur. Hinc certos quosdam mines mere gratuito declaravit seu destinavit ad vitam eternam, quosdam justo judicio ad eternam damnationem Misericordia ponit miseriam, justitia culm (addere poterat, quòd etiam miseria culpam nat) Deus tamen, bonus cum sit, imò bonitas ipsa, savit hominem bonum & justum, quique liberà voluntate suà peccare posset. Nec homo fortuito vel temelapsus est, neque per causas ab altero Manichaorum eo, sed à Dei providentia constitutas, sic tamen ut Deus culpà non involvatur, quia homo non cogebatur peccare.*

239. Hoc systema non admodum scitè excogitum fuit, ut pote demonstrandæ bonitati justitiæque Dei non valdè idoneum. Et commodum hodie tantum non antiquatum est. Si aliæ nullæ rationes supererent, quæ Deum ad peccatum, qui miseriæ fons & permittendum impulissent, nulla foret in mundo

culpa, nulla miseria, quæ enim hîc adducuntur, minime sufficiunt: Misericordiam nempe suam impediendâ culpâ, justitiam verò promovendâ præmiandâque virtute luculentius declararet. Nec etiam apparet quò pacto is qui non solum homini dat posse labi, sed etiam circumstantias ita disponit, ut lapsus ejus adjuvent, in culpa non sit, nisi aliæ superiores, quæ illum huc adigant, rationes patrocinentur. At verò quando mente reputamus à Deo perfectè bono perfectèque sapiente, virtutem, bonitatem ac felicitatem, quantam illa universi optima capere poterat, produci debuisse, & malum in quibusdam partibus ad majus bonum totius conferre sæpe posse, facile judicamus, Deum reprehendi non posse quod cuidam infelicitati locum dederit, atque adeo permiserit peccatum. Hoc unico remedio suppletur omnia, quæ cæteris systematis desunt, quomocumque demum decreta digerantur. Favet hisce cogitatis Augustinus: & de Eva dici potest, quod de Mutii Scævola: dextra cecinit Poëta:

Si non errasset, fecerat illa minus.

240. Celebris Antistes Anglus qui de *Origine Mali* librum ingeniosum elucubravit cujus loca nonnulla Responsionum ad Quæsitâ Provincialis tomo altero Baylius impugnavit, à quibusdam sententiis à me hîc assertis alienus esse, & ad potestatem despoticam quandoque recurrere videtur, putat enim Dei voluntatem sapientiæ leges circa bonum malumque non sequi, sed potius arbitrario decreto facere ut aliquid sit bonum vel malum. Imò statuit creatam voluntatem in quantum est libera, non quia objectum ei bonum apparet, sed per determinationem purè arbitriariam ab objecti representatione independentem eligere, & eligendo facere ut objectum sit bonum. Aliis tamen locis inspergit nonnulla, quæ meæ doctrinæ magis favere videntur, quàm talibus placitis ipsiusmet. Ait enim,

enim, id quod causa infinite sapiens elegit, melius esse illo quod non elegit. An non id est agnoscere quòd bonitas sit objectum & ratio Divinæ electionis? hoc sensu optimè dicitur:

Sic placuit superis; querere plura, nefas

TENTAMINUM

*Super Bonitate Dei, Libertate Hominis
& Origine Mali.*

PARS TERTIA,

241. **E**Xpedivimus tandem moralem causam mali moralis: Nunc malum Physicum, id est dolores, ærumnæ, miseriam, ut pote mali moralis appendices, minus negotiù nobis faceissent. *Pœna*, auctore Grotio, est malum passionis quod infligitur ob malum actionis, patimur quia egimus, malum toleramus, quia malum fecimus.

Nostrorum causa maiorum

Nos sumus.

Equidem sæpe ob actiones alienas patimur, sed si sceleris participes non sumus, pro certo habendum has ærumnas [à Deo immittas] melioris fortunæ nobis esse sementem. Controversia de *Malo Physico*, id est de origine miseriarum difficultates habet cum quaestione de mali metaphysici origine communes, cujus posterioris exempla habemus in monstris, aliisque mundi, quæ apparent anomalis. Sed judicandum est ipsas quoque miseras & monstra ordini supremo congruere, considerandum enim est, non solum hos defectus, hæc monstra potius admittenda quam violandas leges naturæ generales, uti Mallebrancus quandoque disserit; verùm etiam hæc ipsa monstra

legibus

legibus ordinis esse consentanea, quamvis modum conformitatis nexumque discernere non satis valeamus. Prorsus sicut in mathematicis quædam anomala apparent, quæ ubi penitus expensa fuerint, ordinatissimè denique desinunt. Hac de causa observavi supra, è meis principiis omnes effectus individuos, nullo excepto, esse voluntatum generalium seu rationum meliora suadentium sequelas.

242. Nec mirum esse debet, quòd res istas similitudinibus à Mathesi pura accersitis interdum illustrare conntar, quia in ea non tantùm omnia ordinatè procedunt, sed & via suppetit ordinis agnoscendi ope accuratæ meditationis, quæ divinas ideas sub aspectum nostrum quodammodo collocat (quod in aliis scientiis non æquè facile est.) Sic proponi potest series numerorum in speciem prorsus irregularis in qua variabiliter crescant decrescantque numeri, ita ut ordo nullus appareat, & tamen qui clavem ænigmatis istius nôrit, & seriei originem constructionemque intellexerit, dare leges poterit, quibus ritè perspectis eam prorsus regularem esse, & insignes proprietates habere demonstrabit (Et tale quid quadrata magica exhibent.) Hoc idem adhuc clariùs sensui subijci potest in lineis. habere potest linea circuitus reditusque summa & ima, puncta regressûs, puncta flexûs contrarii; interruptiones, aliasque varietates, ita ut in ea (præsertim partem consideranti) harmonia nulla appareat. Et tamen ejus æquatio constructioque dari potest, in qua Geometra istarum omnium anomaliarum apparentium rationem convenientiamque reperiat. Idem iudicium de monstrorum anomaliis aliisque creditis in universo defectibus ferendum est.

243. Arque hoc sensu usurpari potest insigne illud S. Bernardi pronunciatum [Epist. 276. ad Eugenium III.] *Ordinatissimum est minùs interdum ordinate*

nate

natè fieri aliquid. Imò dici potest, exiguam hanc in parte inordinationem esse duntaxat apparentem in toto, imò ne apparentem quidem fore, nisi ad tempus, relatione factâ ad felicitatem eorum qui se ordini conformare student (his enim cuncta tandem cedunt in bonum.)

245. Quod dixi de monstris, id ipsum de variis defectibus aliis etiam intelligo qui nobis apparent. Solum ferè globi nostri superficiem novimus, ultra centenas aliquot hexapedas in terræ viscera vix penetravimus: id quod in globi cortice reperimus, ingentium quarundam conversionum effectus esse videtur. Verisimile est hunc globum aliquando prorsus ignitum fuisse, & rupes, quæ hujus terræ corticis basin constituunt, esse scorias post magnam aliquam fusionem relictas. In earum visceribus repetiuntur metallorum ac mineralium genimina persimilia iis quæ nostræ fornaces proferunt: Mare verò integrum, genus quoddam olei per deliquium esse posset, uti oleum Tartari in locis humidis nascitur: postquam enim terræ superficies à magna deflagratione refrixerat, humor, quem ignis in aërem expulerat, in terram relapsus superficiem ejus eluit & dissolvit, imbibitque salem fixum in cineribus residentem, ac denique magnum illud superficiem globi nostri cavum implevit, ut oceanum aquâ falsâ plenum exhiberet.

245. Sed post ignem, nihilominore à terra & aqua illatam esse vastitatem judicandum est. Fortasse crusta per refrigerationem efformata quæ sub se magnas cavitates habebat, collapsa est, ut non nisi in rudibus habitemus, prout inter alios Cl. Thomas Burnetus, Guilielmi Magnæ Britannæ Regis Capellantis egregiè animadvertit. Tum deinde plura diluvia atque inundationes dejecerunt diversa sedimenta, quorum vestigia & reliquæ reperiuntur, certo argumento mare ali-

aliquando fuisse in locis hodiernum à mari remotissimis. Sed hæ conversiones finem habuere denique, & globus eam, quam nunc cernimus, faciem induit. Ingentes hæc mutationes paucis verbis insinuavit Moyses. Separatio luminis à tenebris indicat fusionem ab igne factam. Separatio humidi à sicco (maris ab arida) inundationum effectus denotat. Quis verò non videt has inordinationes rebus ad statum in quo nunc sunt adducendis profuisse, his divitias, his commoda nostra deberi, harum ope denique globum hunc culturæ patientem evasisse? Hæ inordinationes ordine processerunt. Inordinationes, quas eminus videmus, sunt maculæ solis & cometæ, sed quos usus afferant, aut quid in iis statum fixumque sit, necdum novimus olim planetæ pro stellis errantibus habebantur, hodie motum earundem regularem esse compertum est. Idem fortean de cometis verum est; posteritas sciet.

246. Inter inordinationes non numeratur conditionum inæqualitas, & meritò Jaquelotius quærit ab iis qui omnia æquè perfecta esse vellent, quare rupes floribus foliisque non niteant? cur formicæ non sint pavones? si omnia æqualia esse necesse foret, jure in divitem insurgeret pauper, servus in herum. Non oportet æquales esse organi musici tubos. Dicit Baylius esse discrimen inter simplicem privationem boni & depravationem seu inordinationem, item inter inordinationem in rebus inanimatis vel brutis quæ purè metaphysica est, & inordinationem, inter creaturas rationales quæ in culpa miserisque consistit. Jure quidem ista distinguit ipse; nos verò vicissim ea meritò conjungimus. Deus inanima non negligit: Sensu carent illa quidem, sed Deus suo sensu hunc eorum defectum supplet: nec animalia negligit: carent intellectu, at Deus eorum vice intelligit. Ipse sibi defectum quemcumque verum & minimum in mundo re-

pertum

pertum exprobraret, quamvis à nemine observaretur.

247. Videtur Baylio non probari quòd quæ in rebus inanimatis occurrere possunt inordinationes, cum iis quæ creaturarum rationalium pacem felicitatemque perturbant, comparentur, aut quòd vitii permissio in perturbationis legum motûs evitandæ cura ex parte fundetur. *Ex hoc enim (si ipsum audimus Responſionis Posthumæ ad Jaquelotium pag. 18. concludi posset, Deum non condidisse mundum, nisi ut infinitam architectura, mechanicæque scientiam ostentaret, nullâ in magni hujus operis constructione bonitatis & amoris in virtutem habitâ ratione. Hujusmodi Deus, laudem duntaxat ambiret scientia, malletque totum genus humanum interire, quàm pati ut atomi paucula præter leges generales moverentur.* Hac objectione supersedisset Baylius, si quod informavi generalis harmoniæ systema satis fuisset edoctus, vi cuius duo, hinc causarum efficientium, inde finalium regna inter sese parallela sunt; nec Deus optimi Monarchæ minùs quàm Architecti scientissimi laudem obtinet; materia ita disposita est, ut leges motûs optimæ spirituum gubernationi subserviant, ex quibus denique Deus quantum plurimum boni potuit, obtinuisse comperietur; modo bona metaphysica, physica ac moralia simul computentur.

248. Verùm (inquiet Baylius) Deus exiguo miraculo mala infinita poterat averruncare, cur ergo miraculum non adhibuit? tam multa hominibus lapsis auxilia extraordinaria largitur; atqui modicum hujus generis auxilium Evæ concessum ejus lapsum impediobat, & tentationem serpentis reddebat irritam. Hujusmodi objectionibus abunde occurrimus hæc generali responſione, nempe Deum non debuisse alium eligere mundum cum elegerit optimum, nec debuisse

buisse miracula, nisi in talis mundi idea præscripta, adhibere. Responderat nescio quis, naturalem totius universi ordinem miraculis immutari: reponit Baylius, hallucinationem hanc esse, & miraculum quod in nuptiis in Cana Galilææ Christus patravit, non aliam in aëre triclinii mutationem effecisse, nisi quòd in poros suos, quibus ante quædam aquæ corpuscula inerant, postea vini corpuscula receperit. Sed considerandum est, ubi semel optimum systema rerum electum fuit, nihil, ac ne minimum quidem in eo posse immutari.

249. Quod miracula attinet (de quibus jam supra nonnihil diximus) non sunt illa fortasse classis & generis unius. Eorum non pauca substantiarum invisibilium, quales sunt Angeli, ministerio procurari à Deo verisimile est, uti Mallebrancus etiam censet; & hi Angeli, sive hæ substantiæ agunt secundùm naturæ suæ leges consuetas, cum corporibus jungantur subtilioribus magisque activis, quàm ea quæ à nobis tractari possunt. Hujusmodi miracula non sunt miracula nisi comparatè & respectu nostri, sicut opera nostra apud belluas miraculosa reputarentur, si de illis judicium aliquod ferre possent. Ad hanc miraculorum classem spectare fortasse posset aquæ in vinum mutatio. At Creatio, Incarnatio aliæque nonnullæ Dei actiones, omnem creaturarum virtutem transcendunt, & verè sunt miracula, imò ex parte mysteria. Si tamen aquæ in vinum mutatio ad veròrum miraculorum genus pertinebat, Deus hac mutatione totam universi seriem immutasset ob connexionem mutuam corporum, aut certè debuisset hanc connexionem impedire alio miraculo, & corpora nullam in priore partem habentia movere, perinde ac si miraculum nullum contigisset. Unde liquet miraculum verum plura, quàm primâ fronte appareat, postulare.

250. Quod attinet malum creaturarum physicum, est ærumnas, impugnat vehementer Baylius illos, i. divinam circa illud administrationem adhibitis rationibus particularibus exculpate nituntur. Bruto- rum incommoda hîc præteribo; video enim Baylium inanis humanis insistere potissimum, fortasse quia ita sensu carere autumat. Et ex hoc ipso quod pativas iniquum foret, Cartesiani complures evincere contenderunt eas nihil esse nisi mera automata *quorum sub Deo justo nemo innocens miser est.* Principium hoc approbo, non tamen arbitror inde posse colligi quod bruta perceptione careant, quia censeo perceptionem, si proprie loquamur, ad inducendam sententiam non sufficere nisi animi reflexio in seipsum sit & idem est de felicitate; nulla sine tali reflexione licitas.

O fortunatos nimium sua qui bona norint!
abitari prudenter non potest, quin dolorem bruti recipiant; sed & voluptates & dolores non æquè ac homine vivaces esse apparet; nam cum reflexionis & conscientia sint expertes, neque tristitia neque lætitiæ, quarum hæc voluptatem, illa dolorem comitant, sunt capaces. Homines ipsi nonnunquam à beluarum conditione non procul absunt, agunt enim in actu ferè solo & propter solas sensuum impressio- nis [ut lunatici ambulare dicuntur semitomnes] & hoc statu voluptates eorum doloresque sunt admodum exiles.

251. Sed omiſſis belluis ad creaturas racionales vertamur. De his agit Baylius, dum quærit, plusne uni an mali physici sit in mundo [Respons. ad quæst. a Provincialis Cap. 75. Tom. 2.] Hanc quæstionem ut rite decidamus, explicandum est in quo hæc mala que sita sunt. Convenit inter nos, malum physicum aliud nihil esse quàm displicentiam, sub

274 PARS TERTIA, *Super Bonitate Dei*,
quo vocabulo dolorem, molestiam aliudve quodvis
incommodum comprehendo. At bonum physicum
an in sola voluptate collocandum est? Ita quidem
sentire videtur Baylius, ego verò etiam in statu quo-
dam medio, quæ talis est sanitas, consistere arbitror. Sic
satis bene est ei cui malè non est:

Sapientia prima est

Stultitiâ caruisse.

Sicuti laudabilis est qui jure non potest reprehendi
[in iis in quibus facilis erat lapsus]

Si non culpabor, sat mihi laudis erit.

Hac ratione perceptiones omnes quæ non displicent,
omnia virium exercitia, quæ non incommodant, quæ-
que impedita incommodarent, bona physica sunt
etiam dum nullam nobis afferunt voluptatem, eorum
namque privatio malum est physicum. Hinc sanita-
tis bonum aliaque hujusmodi nonnisi post eorum ja-
cturam persentiscimus. Hac ratione ausim asserere in
præsenti etiam vita, bona malis, commoda incommo-
dis esse potiora, nec abs re scripsisse Cartesium (Tom.
1. Epist. 9.) *naturali ratione nos edoceri, quòd plura
nobis in hac vita bona quàm mala suppetant.*

252. Adde quòd voluptatum usus nimis frequens,
magnitudoque malum foret maximum. Quasdam
voluptates malo caduco comparavit Hippocrates &
sine dubio passeribus invidere se Scioppius tantum
simulabat, ut in opere erudito quidem illo, sed plus
quàm nugaci lepidè nugaretur. Exquisiteioris saporis
cupediæ valetudini nocent, & delicati palati acumen
obtrundunt; ac generatim corporeæ voluptates quæ-
cumque virium impendia sunt, etsi alii aliis meliùs im-
pensam illam reparare possint.

253. Interim ut bonum malo prægravari probe-
t Baylius, Mottam Vajerium (Epist. 134.) producit, qui
si impositam sibi à Providentiâ jam ante personam

sur-

rursus agere debuisset, ad vitam hanc inortalem redire semel mortuus recusasset. Verum, ut jam supra dixi, propositam ab eo qui ruptum parcarum filum redintegrare posset, conditionem accepturum fuisse reor, si nova quamvis pristina nihil melior persona promissa fuisset. Itaque ex hoc Mottæ Vajerii dicto non sequitur, eum quam egerat ante personam recusaturum fuisse, quod esset mala, uti Baylius interpretari videtur, sed tantum quod non esset nova.

254. Mentis voluptates omnium purissimæ sunt & ad gaudii perpetuitatem utilissimæ. Cardanus jam Senex, ita sorte suâ contentus erat, ut juratus asseveraret, non se eam cum juvene quantumvis opulento, sed inerudito permutaturum, quod Vajerius ipse refert, nec improbat. Illecebras habet eruditio, quas qui non degustarunt, cogitando nunquam assequantur: Non hinc factorum notitiam rationum scientiâ nudatam intelligo, sed qualem Cardanus habuit, vir verè magnus, etiam cum vitiis suis, maximus futurus si illis caruisset:

*Felix qui potuit rerum cognoscere causas
Ille metus omnes & inexorabile fatum
Subjecit pedibus.*

Non parva res est esse Deo mundoque contentum, non metuere fata nostra, neque de eventis conqueri. Tunc nobis fructum longè alium ab eo quem Epicurei Stoicique à Philosophia sua hauriebant, genuinum principiorum notitia conciliat. Tantum inter veram sinceramque disciplinam moralem & Stoicam Epicureamve interest, quantum lætitiâ inter & patientiam, nam istorum tranquillitas solâ necessitate nitatur; nostra verò in perfectione pulchritudineque rerum, in nostra denique vera felicitate fundatur.

255. Sed quid de doloribus corporeis dicemus? an non tam acuti esse possunt, ut sapientis tranquillitatem

276 PARS TERTIA *Super Bonitate Dei,*
 interrumpant? Fatetur Aristoteles; Stoici, ipsique
 Epicurei aliter sentiebant, quorum opinionem Ca-
 sius instauravit: ait enim epistolâ paulò ante laudatâ
etiam inter funestissimos casus & dolores acerrimos
se quem semper esse contentum, modò ratione nisi
verit. Sed hoc Baylius (Responf. ad Provinc. Te
 3. Cap. 157. pag. 991.) *inane esse ait, nam rem*
diu nobis à Cartesio indicari, quod parare nemo se
sciat. Ego rem non esse prorsus impossibilem at-
 tror, ac homines meditatione usuque assiduo illuc po-
 se pertingere, nam, ut de veris Martyribus extraor-
 nem divinitus adjutis taceam, fuere Pseudomartyres
 qui veros imitarentur: ac Hispanus ille servus, qui
 herum ulcisceretur, Præfectum Carthaginensem in-
 teremit, eoque factò inter atrocissima tormenta tri-
 umphavit, ruborem incutere Philosophis posset. Quis
 enim paria facere non liceat? in utramque fortis
 partem valet illud Poëtæ verbum.

Cuius potest accidere, quod cuiquam potest.

256. Quid quod hodieque Gentes integræ, præter
 Hurones Hiroquosii, Galibii, alique Americæ populi
 magnum nobis ea in re documentum præbent: non
 sine admiratione legimus, quàm intrepidè ac propè
 dolenter hostibus, à quibus lento igne torrentur &
 frustatim devorantur, insultent. Hujusmodi homines
 si corporis dotes animique robur servare & nos
 cum notitiis conjugare possent, sanè nos usquequaque
 superarent:

Extat ut in mediis turris aprica casis.

Nobisque forent, quod gigas nano, mons est
 culo:

*Quantus Eryx, & quantus Athos, gaudetque
 Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.*

257. Quidquid in his Barbaris inusitato quod
 astro gloriolæ percitis mirificus vigor corporis an-

que præstat, id totum nobis præstare possent educatio tanto molimini conveniens, , opportunè circumspèctæque adhibitæ corporis afflictationes, gaudium dominans rationi innixum & magnus præsentis animi medias inter distractiones affectusque quantumvis turbulentos conservandi usus. Affine quidpiam narratur de veteribus Assasinis, qui sub Vetuli, vel potius Domini (Senioris) de Montanis imperio disciplinæque vivebant. Hujusmodi Schola (sed meliorem in finem) opportuna foret excolendis Missionariis, si qui Japoniz ingressum denuò tentare vellent. In dorum veterum Gymnosophistæ fortassis ab hac disciplina non abludebant, & Calanus ille qui se vivum comburendum Alexandro Magno in spectaculum præbuit, utique magnis magistrorum suorum exemplis animatus fuerat, & magnarum ærumnarum toleratione didicerat non pertimescere dolorem. Eorundem Indorum uxores, quæ cum virorum suorum cadaveribus hodieque conflagrare ambiunt, antiquiorum Gentis suæ Philosophorum fortitudinem adumbrare videntur. Non equidem expecto ut tam facilè instituarur religiosus aliquis ordo, cui propositum sit hominem ad tantum perfectionis apicem evehere: id hominum genus mortalibus cæteris nimium quartum præcelleret, & Potestatibus nimis metuendum foret. Et cum tantæ animi fortitudinæ rarè admodum sit opus, nemo facile de comparandis sibi cum suetorum commodorum lætura præsidii hujusmodi cogitabit, tametsi compendium dispendio longè majus inde proventurum foret.

258. Interim vel inde efficitur boni plus esse quam mali, cum tanto remedio nihil opus sit. Accinit Euripides.

Πλὴν τὰ χρεῖα τῶν κακῶν εἶναι βροτῶν.

Mala nostra longè judico vinci à bonis.

S 3

Home

Homerus aliique Poëtæ complures aliter censuere, quibus vulgus assentitur, quia videlicet malum mentes nostras ferit acrius quàm bonum: sed hæc ipsa ratio malum esse bono rarius evincit. Non ergo tetricis Plinii dictis habenda fides, qui naturam veluti nocivam traducit, hominemque rem esse rerum omnium conditarum miserrimam & vanissimam contendit. Hæc duo epitheta *non bene conveniunt* & *in una sede morantur*, nec enim satis est miser qui seipso turgidus est. Equidem homines plùs nimio naturam humanam deprimunt; fortasse quia nullas alias creaturas æmulatione suâ dignas vident; verùm enimvero ipsi sese pluris quàm satis est æstimant, & facillimè unusquisque sibi ipse privatim placet. Itaque cum Emerico Casaubono sentio qui in suis ad Diogenis Laërtii Xenophanem notis egregias Euripidis sententias ita extollit, ut quædam *quæ spirant* *Διογενεωσιν* *pectus*, ei tribuere non vereatur. Seneca (libro 4. Cap. 5. de Beneficiis) eleganter differit de beneficiis quibus natura nos cumulavit. Baylius Dictionarii Articulo Xenophanes, multas in contrarium adducit autoritates interque cæteras Diphili Poëtæ testimonium apud Stobæum quod ex Græco sic latinè reddi posset:

Fortuna cyathis bibere nos datis jubens

Infundit uno terna pro homo mala.

259. Existimat Baylius, si de solo malo culpæ si-
ve malo morali ageretur, litem pro Plinio adver-
sus Euripidem esse brevi decidendam. Non repugno:
vitia nostra sine dubio virtutes nostras prægravant,
idque originali peccato in acceptis referendum. Sed
tamen in hoc ipso immodicum est vulgus, & non-
nulli adeò Theologi hominem ita deprimentes, ut in
Autoris nostri Providentiam sint injurii. Quare non
assentior illis qui de Religione præclare se mereri cre-
dunt dum dicunt Ethnicorum virtutes nihil esse nisi

splen-

Respondide peccata : quæ S. Augustini exaggeratio , nec in sacris codicibus fundamentum habet, & rationi adversatur. Verùm satis de malo morali supra , hîc de bono maloque physico duntaxat agimus , ac conferenda sunt speciatim hujus vitæ prospera cum adversis. Vellet Baylius nullam ferè sanitatis haberi rationem, eamque comparat cum corporibus raris quæ sensum leviter afficiunt , ut aër ; at dolorem & voluptatem corporibus admodum densis assimilat, quæ in modico volumine multam habent gravitatem; Verùm sanitatis præstantiam satis indicat dolor ipse, quem sentimus cum illâ sumus orbati : & jam supra notavi voluptates corporis, si nimix sint, verum esse malum, nec aliter esse decebat ; tanti enim interest liberam esse mentem. Lactantius Divin. Institut. lib. 3. Cap. 19.) dixerat tam delicatos esse homines ut de minimo malo quasi omnia bona absorbente conquerantur; respondet Baylius satis esse quod homines ita sentiant , ut judicetur iis esse malè, cum sensus sive perceptio sit boni malique mensura. Verùm ego respondeo perceptionem præsentem minimè veram esse boni malique præteriti ac futuri mensuram. Concedo malè cuiquam esse quamdiu tristes has cogitationes fovet, sed hoc nihil obstat quominus antea fuerit ei bene, & omnibus pensatis bonum malo prævaleat.

260. Non miror Ethnicos diis suis non admodum contentos de Prometheo & Epimetheo questos esse quòd hominem animal adeò imbecille finxissent, & fabellæ de Sileno plausisse, qui cum à Mida captus esset, hoc ei tanquam munus pro sua missione dedisse scribitur documentum : *non nasci homini longè optimum esse, proximum autem quamprimum mori* (Cicero Tulcul. 1.). Plato animos in statu feliciori fuisse credidit, & è Veteribus non pauci, quos inter Cicero in Consolatione suâ (teste Lactantio) putaverunt ani-

animas luendorum scelerum causa in hoc veluti corporis ergastulum coniectas fuisse. Hoc pacto malorum nostrorum rationem reddebant aliquam, & sua contra vitam humanam præjudicia confirmabant : nullus est carcer amœnus. Sed præterquam quòd his ipsis Ethnicis autoribus, hujus vitæ mala præteritæ & futuræ vitæ bonis compensarentur, si rem ipsam sine præoccupatione mentis expendimus, ausim dicere nos comperturos, humanam vitam, adæquatis rationibus, esse plerumque tolerabilem, & si suppeditatæ à Religione considerationes accedant, nos ordine à Deo constituto contentos esse posse. Ut autem de bonis malisque nostris æquiores ferre sententiam liceat, iuverit legere Cardanum *de utilitate ex adversis capienda* & Aloysium Novarinum *de occultis Dei Beneficiis*.

261. De Magnatum ærumnis, qui mortaliū felicissimi vulgò reputantur, latè differit Baylius. Affidus fortunæ lætioris usus boni sensum apud illos obrundit, malum magnopere exasperat exæcitatque. Dicit aliquis tantò pejus eos sibi consulere tantòque magis culpabiles esse, si naturæ fortunæque muneribus frui nesciant: an propterea alterutra culpam habeat? Magnates tamen haud pauci sapientiores reperiuntur, qui donis à Deo sibi concessis uti rectè noverint, qui in adversis facitè consolationem admittunt, æque propriis ad eò erratis ac peccatis commoda eliciunt. Hæc non attendit Baylius mavultque Plinio auscultare qui Octavianum Augustum Principem fortunatissimum saltem non pauciora mala quàm bona per sensisse ar-
tumat. Fateor Augustum domi suæ segetem molestis amplam reperisse, & oppressæ Reipublicæ conscientia fortassis fuisse vexatum; sed sapientiorem fuisse arbitror quàm ut Juliæ flagitiis magnopere cruciaretur, crediderimque effecisse Mecenatem ut Romam Do-

noindigere agnosceret. Sanè si Octaviano scrupu-
: ille adhuc hæfisset, nunquam de quodam apud
feros damnato cecinisset Virgilius:

*Vendidit hic auro patriam, Dominumque potentem
Imposuit, fixit leges pretio atque refixit;*
m se Juliumque Cæsarem Augustus designari cre-
disset iis verbis, qui impositi libero populo Do-
ini minimerant. Sed verisimile est, eum regno suo
iod tanquam sociabile cum libertate, ac veluti ma-
rum publicorum medelam necessariam spectabat,
as versus tam parùm applicasse quam parùm hujus
tatis Principes sibi dictum interpretantur quod de il-
udatis Regibus legitur in Illustrissimi Cameracensis
rchiepiscopi Telemacho: nam quisque æquitatem
se stare credit. Tacitus, autor à partium studio alie-
us Augusti Apologiam verbis paucis complectitur
iurio Annalium; sed Augustus ipse meliùs quàm alius
iivis de fortuna sua judicare potuit. Certè deces-
sse vitâ suâ contentum inde colligas, quòd moriens
micòs græco compellavit versiculo qui tantundem
ignificat ac, plaudite, solennis illa fabularum clausula
jæ placuisse credebantur. Eum refert Suetonius.

λότε Κρότον, & Πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε.

262. Sed dato, mali plus quàm boni humano ge-
neri obvenisse, fatis est ex parte Dei, quòd longè plus
n mundo universo boni quam mali reperiat. Rabbi
Maimonides, qui infra meritum laudatur, dum dicitur
Rabbinorum primus ineptire desisse, præclarè de hac
tota quæstione judicavit. Sic enim loquitur in *Docto-
re perplexorum* (p. 3. Cap. 12.) *sæpe in hominum ma-
le doctorum mendibus cogitationes exurgunt, quibus
plus in mundo mali, quàm boni esse persuadentur, &
passim in Ethnicorum Poëmatibus carminibusque incub-
catur, miraculi instar esse, si quid boni accidat; cum
econtra mala passim obvia sint & continua. Hic error*

282 | PARS TERTIA Super Bonitate Dei,
 non modò vulgi mentibus inſedit , ſed etiam ad illos
 qui ſapientes haberi volunt permanavit. Alraſi cele-
 bris autor, in ſuo Sopher Elokat, ſive Theoſophiâ, præter
 alia multa abſurda illud etiam inſeruit, bona malis eſſe
 pauciora , Et ſi rectè actiones ac gaudia, quibus tran-
 quillitatis tempore fruſtur homo , cum doloribus , tor-
 mentis, perturbationibus, defectibus, ſollicitudinibus,
 tædiis, afflictionibus quibus opprimitur componantur,
 compertum igit, quòd vita noſtra ingens malum ſit,
 verumque ſuplicium nobis in pœnam inſlictum. Ad-
 dit Maimonides inſani hujus erroris cauſam eſſe quòd
 naturam ſibi ſoli eſſe conditam arbitrentur , & quid-
 quid à ſe diſtinctum eſt, pro nihilo habeant , ex qua
 conficiunt ſi quid contra votum ſibi acciderit , in
 mundo malè procedere omnia.

263. Baylius hanc Maimonidæ animadverſionem
 à ſcopo deviare contendit, quærit enim, an inter ho-
 mines bonum malo prævaleat nec ne. Verum, dum
 verba Rabbini expendo, quæſtionem ab eo generatim
 efformari comperio, utrum bonum vel malum in
 mundo prævaleat ; eumque refutandos ſuſcepiffe il-
 los qui eam decidunt particulari aliqua ratione è ge-
 neris humani malis depromptâ adducti, quaſi homi-
 nis gratiâ condita forent univerſa : Ei videtur Autor
 quem refutat etiam locutus fuiſſe de bono & malo ge-
 neratim. Meritò dicit Maimonides , ſi hominis exili-
 tas cum univerſi mundi mole conferatur, fore ut evi-
 denter pateat , mali præponderationem, etiam ſi inter
 homines locum haberet, non ideo tamen inter Ange-
 los, inter cæleſtia corporea , inter elementa & mixta
 animata, aut denique inter plurimas animantium ſpe-
 cies debere locum habere. Oſtendi alibi quòd conces-
 dendo damnandos plures eſſe ſalvandis (quod ta-
 men non eſt uſquequaque certum, cum futuros gene-
 ris humani ſtatus ignoremus) admitti poſſit plus eſſe
 mali

li quàm boni in humano genere ; Sed simul mo-
hoc nihil obstare, quominùs in creaturis rationa-
is generatim immenso excessu amplius sit bonum
im malum, & quominùs Dei Civitas omnes istas
aturas complexa rerumpublicarum omnium sit
fectissima:denique si bonum malumque metaphy-
m consideretur quod omnibus substantiis tam in-
gentiâ præditis quàm destitutis inest, quodque hac
tudine sumptum bonum physicum, bonumque
rale complecteretur, dicendum est, mundum, qua-
nunc est, omnium systematum optimum esse de-
re.

264. De cætero Baylius, ubi de ærumnis nostris
mo est, culpæ nostræ rationem haberi non vult
re id quidem, si tantùm de æstimandis agatur ; se-
is verò dum quæritur, an ærumnæ nostræ Deo in-
ceptis referendæ sint, qui præcipuus difficultatum à
aylio motarum scopus est, cum Religioni Rationem
ve experientiam opponit : Scio illum dicitare, fru-
ra ad liberum nostrum arbitrium recurri, cum argu-
enta ipsius contendant, abusum liberi arbitrii Deo
ermittenti & concurrenti non ideò minùs esse impu-
ndum. Et axiomatis instar ab eo venditatur ob-
nam plus minusve difficultatem ab aliquo systemate
on esse recedendum. Quod ipsum in gratiam rigi-
arum præsertim methodorum & supralapsariorum
ogmatis enunciat, ratus eorum sententiæ stari posse,
quamvis difficultates integras relinquat, quia cætera
ystemata, tametsi difficultates nonnullas tollant, non
amen omnes dissolvere valent. Ego quidem censeo
genuinum, quod explicavi systema, omnibus difficul-
atibus occurrere, sed quamvis res ita se non habe-
ret, fateor illud Baylii axioma mihi neutiquam pro-
bati posse, & systema potiores difficultates diluens al-
teri nullam tollenti semper anteferam (tanquam gra-
dum

284 PARS TERTIA De Bonitate Dei,
dum ad perfectam sublucionem.) Certè consideratio
nequitie hominum, à qua pleraque eorum mala pul-
lulant, saltem evincit eos non habere quòd querantur.
Et cum de pœna infligenda agitur, justitia non qua-
rit quomodo reus in pravitatem inciderit seu animum
corruerit, sufficit esse corruptum: sed causæ cor-
ruptionum quærentur cum de peccatis vitandis qua-
stio est. Constat indolem pessimam, educationem
pravam, conversationem cum pravis plerùmque, ca-
sum persæpe ad facinus valuisse, an ideo minùs ani-
madversione dignum censebitur?

265. Fateor aliam adhuc supereffe difficultatem:
nam etsi Deus improbis de ipsorum malitia rationem
reddere non teneatur, videtur tamen ipse sibi sequa-
colentibus & animantibus debere ut in vitio peccato-
que permittendo viarum suarum æquitatem osten-
dat. Verùm officio isto, quantum quidem hîc in ter-
ris necesse erat, perfunctus est, dumque rationis lumen
largitus est nobis, necessaria difficultatibus omnibus
removendis præsidia subministravit, quod quidem
hac in dissertatione ostendisse me spero, remque to-
tam quantum ferè per rationes generales fieri pote-
rat, in præcedenti horum tentaminum parte illu-
strasse. Posthæc purgatâ semel permissione peccati,
cætera mala, quæ sunt peccati effectus, non magnam
habent difficultatem, nec ultra malum culpæ progre-
di tenemur ut mali pœnæ rationem reddamus. Atque
hîc etiam sistunt sacri codices, omnesque ferè Eccle-
siæ Patres & Concionatores omnes. Ne verò hæc ratio
ad conciones duntaxat utilis esse dicatur (*per la predi-
ca*) ut Itali proverbio dicunt de phaleris ad populum;
sufficit considerare, quòd post solutiones à nobis alla-
tas, nihil hac methodo æquius, nihil exactius debet
videri. Nam cum inter possibilia Deus hominem li-
berate suâ aburentem, malumque sibi accersentem

ante omne decretum suum actuale repererit, non potuit non eum ad existentiam admittere, quia optimum systema generale id postulabat. Ut posthac necesse non sit dicere cum Juræo, dogmatizandum quidem esse cum S. Augustino, at cum Pelagio concionandum.

266. Hæc malum pœnæ à malo culpæ derivandi methodus, quæ reprehendi non potest, præcipuè inservit ad reddendam rationem mali Physici, scilicet damnationis æternæ. Ernestus Sonerus, olim Philosophiæ Professor Altorfii [quæ est Reipublicæ Noricorum Academia] qui Aristotelicus insignis habebatur, sed demum occultè Socino favere agnitus est, dissertatiunculam evulgavit inscriptam : *Demonstratio contra aternitatem pœnarum*. Hæc principio satiscrito nitebatur : quòd nulla sit inter pœnam infinitam & culpam finitam proportio. Nactus sum illam, apud Batavos, uti videtur, excusam. Respondi amico, considerandum hîc aliquid esse quod Sonerum effugisset, nempe durationem culpæ causam esse durationis pœnæ; damnatos, ut pote in malitia sua perseverantes, à miseria liberari non posse; atque ita ad ostendendam continuandæ illorum infelicitatis æquitatem, nihil esse necesse ponere, quòd peccatum sit valoris infiniti ob offensum bonum infinitum, nempe Deum. Hanc enim Thesin non satis expenderam ut judicare de illa possem. Scio Scholas duce Magistro sententiarum communiter sentire quòd in altera vita nec meritum sit neque demeritum; sed hanc opinionem, si rigidè sumatur, pro fidei articulo habendam esse non arbitror. Cl. Fechtius, nobilis apud Rostochiensis Theologus in libro suo de statu damnatorum eam validè confutavit. Falsissima est, inquit, (§ 59.) Deus naturam suam mutare non potest, Justitia ipsi essentialis est. Janua gratiæ morte clausa est, non item justitiæ.

267. Animadverti complures eruditos Theologos durationis pœnæ damnatorum rationem eo quem jam dixi modo reddidisse. Joannes Gerhardus, Augustanæ Confessionis Theologus celebris (in locis Theol. loco de Inferno §. 60.) inter argumenta cætera, hoc etiam proponit : quòd damnati semper habeant malam voluntatem, desitque gratia quæ bonam efficere possit. Zacharias Ursinus Heidelbergensis Theologus, cum (in tractatu de Fide) quæsiuisset cur peccatum mereatur pœnas æternas, postquam protulisset vulgarem rationem, quòd persona offensa sit infinita, hanc etiam secundam adducit, quòd non cessante peccato non potest cessare pœna. Quid quòd Hieremias Drexelius è Societate JESU, libro cui titulus, Nicetas sive Incontinentia triumphata (libro 2. Cap. 11. §. 9.) *nec mirum, inquit, damnatos semper torqueri, continuè blasphemant, & sic quasi semper peccant, semper ergo plectuntur.* Eandem rationem refert & approbat in libro quem inscripsit: *Infernus Carcer damnatorum (Cap. 15. §. 1.) sunt, inquit, qui dicant, nec displicet responsum: scelerati in locis infernis semper peccant, ideo semper puniuntur.* quibus verbis innuit hanc opinionem apud Ecclesiæ Romanæ Doctores satis esse receptam. Addit quidem aliam rationem adhuc subtiliorem è S. Gregorii Magni Pontificis Dialogorum libro quarto Cap. 44. depromptam, quòd damnati pœnas æternas luant, quia Deus per scientiam quandam mediæ affinem prævidit semper fuisse peccaturos, si semper victuri fuissent. Verùm hac super hypothese multa dicenda forent. Fechtius insuper plures celebres Theologos Protestantes pro Joannis Gerhardi sententia producit, quanquam alios etiam referat aliter sentientes.

268. Baylius ipse duorum eruditorum partis suæ Theologorum loca dictis sat consona mihi suppeditat.

Ju-

uriazus libro de Unitate Ecclesiæ, quem Nicoliano
isdem argumenti Tractatui opposuit, censet (pag.
79.) dictare nobis rationem, quod creatura, quæ
reatu cessare nequit, etiam cessare à miseria nequeat.
quelocius libro de conformitate Fidei & Rationis
pag. 220.) existimat damnatos debere perpetuò ma-
re Beatorum gloriâ privatos, & hanc privationem
univm quas patiuntur arumnarum originem & cau-
m esse posse, dum scilicet infelices ista creatura crimi-
a sua mente revolvent, propter quæ aternâ felicitate
excidère. Notum est enim, quàm acerbos animi dolo-
s, quantos cruciatus invidia asserat iis, qui se bono
liquo insigni, puta, honoribus amplis & à se repudiatis
batos vident, maximè ubi alios iisdem insignitos in-
sentur. Hæc expllcandi ratio à Juriazî modo aliquan-
um discrepat, uterque tamen in eo conveniunt, quòd
amnati suppliciorum suorum continuationem sibi-
et ipsis procurent. Nec Origenista Joannis Clerici
enitus ab hac sententia recedit, dum [Bibliothecæ
lectæ Tom. 7. pag. 341.) dicit. *Deus qui lapsurum
avidit hominem, non idcirco illum damnat, sed tan-
im quia cum possit resurgere, non resurgit, sed usque
d vita metam in pravis suis habitibus liberè perse-
erat.* Quòd si hoc ratiocinium ultra vitam prove-
at, continuatas impiorum pœnas, continuatis eorum-
em culpis adscribet.

269. Baylius [Resp. ad Provinc. Cap. 175. pag.
188. Tom. 3.] ait, *illud Origenista dogma hereti-
um esse in quantum docet damnationem non nudè in-
ccato sed in voluntaria impœnitentia fundari* : at
pœnitentia ista voluntaria, nonne peccati conti-
ratio est? Nollem tamen simpliciter dicere, idcirco
amnari hominem, quia cum possit resurgere, non
surgit, sed adderem etiam idcirco damnari quia
on uritur auxilio gratiæ ad resurgendum. At post
hanc

hanc vitam quamvis hoc auxilium cessare ponatur, peccante, etiam dum damnatus est, semper aliquam perseverat libertas quæ eum fontem facit, uti & potentia aliqua, etsi remota, resurgendi, quamvis nunquam ad actum reducatur, nihilque vetat, quominus dici possit, illum gradum libertatis à necessitate, non item à certitudine immunem remanere in damnatis æquæ ac in beatis. Præterquam quòd damnati aliquo auxilio, quo hac in vita indigemus, non egeant, nimis quippe, sed serò sciunt, quid hîc credendum sit.

270. Illustris Anglicanæ Ecclesiæ Præsul qui de mali Origine nuper vulgavit librum, in quem Baylius animadversiones edidit Tomo secundo Responsionis ad Quæsitam Provincialis, perquam ingeniosè loquitur de pœnis damnatorum. Ejus opinio (ex autore novellarum Reip. literariæ in Junio 1703.) à Baylio sic exhibetur, quasi faceret è *damnatis totidem insanos, qui miseriam suam sentiant quidem vehementer, plaudant tamen ipsi sibi, nec tantùm malint esse, & esse quod sunt, quam penitus non esse, sed etiam amant conditionem suam quamvis miseram, prorsus uti irati, amantes, ambitiosi, invidi iis ipsis, quæ ipsorum augent miseras, delectantur. Addit, impios mentem suam iis falsis assuefecisse judiciis, ut aliter quàm falso posthac judicaturi non sint, & ab uno errore in alium perpetuò transeuntes, non possint non perpetuò desiderare ea, quibus nunquam frui licebit, quorum privatione in desperationem conjicientur nullâ cogitatione assequendam, nec experientiâ magistrâ unquam sapere discant imposteros, quia propriâ culpâ intellectum corruerint, & ferendo nulla de re iudicio sano ineptum reddiderint.* [sed de hac explicatione meritò dubitatur cum in Scriptura sacra exhibeantur, quasi error serò agnoscant.)

271: Dudum Veteres quidam animo concepti

D.

Diabolum mediis in tormentis voluntariè segregatum à Deo manere, & finxere datam à Deo Anachoretæ cuidam (S. Macario in Ecstasi posito) fidem, fore ut Cacodæmonum Principem in gratiam reciperet, si ipse culpam suam agnoscere non detrectaret, sed mediatorem illum à Diabolo fuisse cum stomacho rejectum. Saltem Theologi ferè consentiunt à Diabolo & damnatis odio haberi Deum & blasphemari, cujusmodi conditio non potest non trahere post se miseræ continuationem. Hac de re legi potest eruditus Cl. Fechtii Tractatus de statu damnatorum.

272. Fuit, cum credebatur impossibile non esse salvari damnatum: nota est fabula de erepta ab inferno Gregorî Magni precibus anima Trajani, cujus bonitas tantopere celebrabatur, ut recens inauguratis Imperatoribus voveretur, Augustum fortunâ, Trajanum bonitate superare. Movit hæc bonitas misericordiam sancti Pontificis, & Deus, ut ajunt, ejus precibus annuit quidem, sed vetuit eum post hac similia postulare. Juxta hanc fabulam sancti Gregorî preces parem Æsculapii remediis vim habuerunt, qui Hypopolitum revocavit ab inferis. Quod si talia postulare perrexisset Gregorius, indignatus ei fuisset Deus, uti Jupiter Æsculapio apud Maronem.

*At Pater omnipotens aliquem indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,
Ipse repertorem medicina tatis & artis
Fulmine Phæbigenam stygias detrusit ad undas,*

Godescalcus noni Sæculi Monachus, qui ætatis suæ imò & nostræ Theologos invicem collisit, volebat reprobos à Deo pœnarum suarum mitigationem postulare. Verùm quamdiu vitam hanc ducimus, nemo se reprobum credendi jus habet. Melius Missa defunctorum, alicubi damnatorum pœnas diminui petit, & juxta hypothesein jamjam à nobis expositam, melio-

290 PARS TERTIA *Super Bonitate Dei*,
rem ipsis mentem optare oporteret. Cum Origenes
pro se adduxisset locum è Psalmo 76. v. 10. *Nun-*
quid obliviscetur misereri Deus, aut continebit in ira
sua misericordias suas? Respondet S. Augustinus (En-
chiridii Cap. 112.) fieri posse ut damnatorum pœnz
durent æternùm, & tamen certis temporum interval-
lis aliquatenus mitigentur. Si Textus eò collimaret,
diminutio tenderet in infinitum per totam æternita-
tem, ita tamen ut infra certum gradum non descende-
ret, uti in Geometria figuræ quædã asymptotæ dantur,
in quibus longitudo infinita non nisi spatium finitum
conficit; ita diminutio licet perpetua suum haberet non
plus ultra quoad gradum, etsi non quoad tempus. Si
in Divitis Epulonis parabola veri damnati status ex-
hiberetur, hypotheses quæ damnatos tam stultos, tam-
que sceleratos faciunt, locum non haberent. Verùm
fraterna charitas, quam illi parabola largitur, in eum
qui damnatis tribuitur nequitiz gradum convenire
omnibus non videtur. S. Gregorius Magnus [lib. 9.
Moral. Cap. 39.] existimat Epulonem timuisse, ne fra-
trum damnatione augeretur sua; sed hic metus indoli
hominis insigniter scelerati non admodum congruit.
S. Bonaventura in Magistrum sententiarum censet di-
vitem Epulonem optavisse quidem ut omnes homines
damnarentur, sed cum id futurum non esse nosset,
fratrum potius quam aliorum optavisse salutem. Hæc
responsio non usquequaque solida videtur. Imò potius
Lazari missio, quam optabat Epulo, multorum saluti
ex ejus sententia profutura fuerat; & qui aliorum
damnatione tantopere delectatur, ut omnes damnari
cupiat, optabit forsitan horum potius quam illorum
damnationem sed absolute loquendo nullius saluti
procurandæ studebit. Quidquid sit, hæc omnia in
utramque partem probabilia esse fatendum est; cum
Deus nobis revelaverit quidquid sufficit ad malorum
omnium

inimicum maximum metuendum, non item quidquid
us est ad capiendum.

273. Porro cum in reddenda cæterorum malo-
rum ratione fas jam sit ad abusum arbitrii liberi pra-
terque voluntatem confugere, postquam divinam
jus abusus permissionem omni culpâ vacare satis
videns demonstratum est, eâdem operâ commune
theologorum systema erroris expers esse comproba-
tum. Et nunc tandem mali originem in libertate crea-
tæ securè possumus investigare. Nota nobis est
causam primam malitiam, Diaboli scilicet & Angelorum
libertatis. *Diabolus peccat ab initio: in hoc apparuit Filius
ei ut dissolvat opera Diaboli* 1. Joan. 3. v. 8. *Di-
abolus pater mendacii est, ille homicida erat ab initio &
veritate non stetit.* Joan. 8. v. 44. *Et idè Deus
angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni
tractos in tartarum tradidit cruciandos in judi-
cio reservari.* 2. Petri. 2. v. 4. *Angelos, qui non ser-
vaverunt suum principatum* (originem sive dignita-
tem) *sed dereliquerunt suum domicilium, in judicium
agni diei vinculis æternis sub caligine reservavit.*
2. Petri. 2. v. 6. Unde alterutram harum Epistolarum ab al-
terius Autore visam fuisse faciliè agnoscitur.

274. Quod cæteri scriptores Canonici obscurum
viderent, id Apocalypseos Autor elucidare videtur
voluisse. Narrat *prelium in celo factum. Michael &
Angeli ejus preliabantur cum Dracone & Draco pu-
nxit & Angeli ejus, & non valuerunt, neque locus
ventus est eorum amplius in celo. Et projectus est
draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Dia-
bolus, & satanas qui seducit universum orbem, &
projectus est in terram & Angeli ejus cum illo,* Apocal.
12. v. 7. 8. 9. Nam licet hæc narratio post fugam mu-
ltis in solitudinem collocetur, eâque rerum con-
fessio Ecclesiæ favorabilis indicetur, viderur tamen

Autor facer eâdem operâ & antiquum primi hostis
 psum, & recentem novi hostis ruinam denotare
 luisse. Mendacium sive malitia ex eo quod Diaboli
 proprium est, *ἐκ τῶν ἰδίων*, ex ejus, inquam, voluntate
 ortum habet, quia in veritatum æternarum libro etiam
 impossibilia ante decretum complexo scriptum erat
 hanc creaturam, si crearetur, liberè declinaturam
 malum. Idem dicendum de Adamo & Eva, quod
 quamvis à Diabolo seducti, liberè tamen peccaverunt.
Tradit Deus impios in reprobum sensum, Rom. 1. v.
 28. Dum eos sibimet ipsis relinquit, & gratias denegat,
 quas non debet, imò quas debet denegare.

275. In sacris litteris legitur Deus *indurare*, Exod.
 4. v. 21. & 7. v. 3. Isai. 63. v. 17. *dare spiritum mendacii*;
 3. Reg. 22. v. 23. *mittere operationem erroris ut credant mendacio*,
 2. Thessal. 2. v. 10. *decepisse Prophetam*, Ezech. 14. v. 9. *præcepisse Semei ut malediceret*,
 2. Reg. 16. v. 10. *Filii Heli non audierunt vocem patris sui, quia voluit Dominus occidere eos*, 1. Reg.
 2. v. 25. *Dominus abstulit fortunas suas Jobo quamvis id latronum injuriâ factum esse constet*,
 Job. 1. v. 21. *Idcirco posuit. (Deus) Pharaonem ut ostendat illi
 fortitudinem suam*, Exod. 9. v. 15. Rom. 9. v. 17. *Affirmatur Deus
 figulo facienti vas in contumeliam*, Rom. 9. v. 21. *Abcondit veritatem à
 sapientibus & prudentibus*, Matt. 11. v. 25. *In parabolis loquitur
 ut ii qui foris sunt videntes videant & non videant, & audientes
 audiant & non intelligant, ne quando convertantur & dimittantur eis
 peccata*, Marci 4. v. 11. Luc. 8. v. 10. *Jesus definito consilio & præscientiâ
 traditus*, Act. 2. v. 23. *Herodes & Pontius Pilatus cum Gentibus &
 populo Israël fecerunt ea que mandata Dei & consilium ejus decreverunt
 fieri*, Act. 4. v. 29. *Domini sententia fuit ut indurarentur corda
 eorum & pugnarent contra Israël, & caderent*.

non mererentur ullam clementiam & perirent, Joluë
11. v. 20. Dominus miscuit in medio Egypti spiritum
vertiginis, & errare fecerunt Egyptum in omni
opere suo sicut errat ebrius, Isai 18. v. 14., Roboam
, non acquievit populo quoniam averfatus fuerat eum
, Dominus ut fuscitaret verbum suum, 3. Reg. 12. v.
15. *Convertit (Deus) cor Egyptiorum ut odirent populum
Ejus & dolus facerent in servos Ejus, Pl. 104.
v. 25.*

276. Verùm omnes istæ locutiones, aliæque si-
miles duntaxat innuunt res à Deo conditas anîm de-
disse ignorantia, errori, malitiæ pravisque actibus, &
ad eos contulisse, Deo id prævidente & ad fines suos
destinante, ut pote quem Superiores rationes sapien-
tiæ perfectæ ad permissionem horum malorum, imò
ad concursum permoverunt: *Sed non sineret bonus
feri malè, nisi Omnipotens etiam de malo posset facere
bene,* ut cum Augustino loquamur. Hæc jam fusiùs
parte secundâ explicavimus.

277. *Creavit Deus hominem ad imaginem suam,*
Gen. 1. v. 27. *Fecit eum rectum,* Eccles. 7. Sed & fe-
cit liberum, homo libertate malè usus est, lapsus est,
manet tamen semper, etiam post lapsum libertas ali-
qua. Moyses dicit Dei nomine: *Testes invoco hodie ca-
elum & terram, quòd proposuerim vobis vitam & mor-
tem, benedictionem & maledictionem; elige ergo vi-
tam,* Deut. 30. v. 19. *Hæc dicit Dominus: ecce ego do-
coram vobis viam vitæ & viam mortis,* Jerem. 21. v.
8. *Reliquit (Deus) illum (hominem) in manu consi-
lii sui, adjecit mandata & præcepta, si volueris manda-
ta servare, servabis ea (vel conservabunt te) apposui
tibi aquam & ignem, ad quòd volueris, porrige manum
tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum,
quòd placuerit ei, dabitur ei,* Sirac sive Ecclesiastici 15.
v. 14. 15. 16. Homo lapsus non regeneratus, est sub

294 PARS TERTIA *Super Bonitate Dei,*
peccati & Satanæ dominatu quia sic lubet; Servus est
voluntarius ob pravam suam concupiscentiam. Ita his
liberum arbitrium & servum arbitrium idem sunt.

278. *Nemo, cum tentatur, dicat quoniam à Deo
tentatur . . . unusquisque verò tentatur à concupiscentia
sua abstractus & illectus.* Jac. I. v. 14. Cooperatur
Satanas : *Deus hujus sæculi excæcat mentes infidelium.*
2. Cor. 4. v. 4. Sed homo per concupiscentiam
suam sese tradidit dæmoni: delectatio in malo reperta
hamus est quo se capi sinit. Hoc ipsum dixerat jam
ante Plato & inculcat Tullius : *Plato voluptatem dicebat
escam malorum.* Gratia pravæ voluptati delectationem
majorem opponit, uti notavit S. Augustinus. Omnis
delectatio est perceptio alicujus perfectionis, objectum
amatur juxta mensuram perceptionis perfectionum
suarum. Nihil autem perfectiones Divinas superat; ex
quo fit, caritatem & amorem Dei maximam quæ
concupisci potest parere voluptatem apud eos, quorum
mens melioribus sensibus imbuta est. Sed eorum
nimis exiguus est numerus, quia plerique objectis
affectibus morventibus occupantur, quibus mens à
pura ratione desciscit.

279. Porro cum corruptela nostra non sit prorsus
insuperabilis, neque necessariò peccemus, etiam
dum sub peccati servitute gemimus, dicendum pariter
nos non invincibiliter adjuvari, & quantumcumque
gratia divina sit efficax, ei resisti posse, sed quando res
apse victrix futura est, jam ante certum & infallibile
fuit, nos ejus illecebris cessuros, siue gratia vim
efficaciamque suam habeat à seipsa siue circumstantiarum
congruitate uratur ad triumphum. Atque ita inter
infallibile & necessarium semper statuere discrimen
oportet.

280. Eorum qui se discipulos Augustini prædicant
systema non usquequaque recedit ab his, modo
odiosa

iosa quaedam tum in phrasibus, tum in dogmatis
 sis semoveantur. *Ac in phrasibus* quidem comperio
 tum præcipuè vocabulorum, qualia sunt, *necessari-*
n aut contingens, possibile vel impossibile acculationibus
 ansam dare & turbas non modicas excitare,
 ac de causa, quemadmodum Cl. Læscherus Junior
 erudita sua dissertatione de Decreti absoluti paro-
 smis optimè observavit, Lutherus libro de servo ar-
 trio cupiebat aptius aliquod explicandæ menti suæ
 vocabulum suppetere quàm est *necessitas*. Generatim
 loquendo, rationi magis conveniens videtur ut dica-
 tur observatio divinorum mandatorum semper *possibi-*
lis, ipsis etiam non regeneratis; gratia semper *resis-*
ibilis, etiam in viris sanctissimis; libertas immunis,
 non solum à *coactione*, sed etiam à *necessitate*, etsi
 nunquam sit à *certitudine* infallibili aut à *determina-*
tionem inclinante sejuncta.

2. & 1. Interim ex altera parte sensu aliquo fas est
 quibusdam in casibus dicere quòd *potentia* bene agen-
 ti sæpe desit, etiam justis, quòd peccata sæpe sint ne-
 cessaria, etiam in *regeneratis*; quòd interdum *impos-*
ibile sit non peccare quòd gratia Dei sit *irresistibilis*;
 quòd libertas non sit immunis à necessitate. Sed locu-
 tiones istæ & minùs exactæ sunt, & circumstantiis ho-
 liernis minùs accommodatæ & simpliciter loquendo,
 magis obnoxia abusibus, & aliunde populare quid-
 lam sonant, ubi voces valdè latè sumuntur. In qui-
 busdam tamen circumstantiis admittendæ imò utiles
 sunt, itaque ab Autoribus sanctis & Orthodoxis imò
 & à sacris Codicibus utriusque partis locutiones adhi-
 sitæ fuisse reperiuntur, absque ulla vera utrimque
 opposizione, non magis quàm inter sanctos Jacobum
 Paulumque, & sine ullo utrobique errore ob voca-
 bulorum ambiguitatem. Atque diversis istis loquendi
 modis ita passim assuevimus, ut sæpe vix dici præcisè

possit quis sit sensus magis naturalis. obvius, intell
tus, cum idem Autor diversus in locis diversa
ctet, eademque locutiones plus minusve receptæ
aut recipi possint ante vel post decisionem magni
cujus viri vel autoritatis quam reveremur & sequi
mur. Unde fit, ut pro re nata certis que temporibus
certæ quædam locutiones autoritate publicâ appro
bari vel improbari possint; Verùm nihil hoc ad sen
sum aut ad fidem facit, nisi sufficientes vocabulorum
explicationes adjungantur.

282. Itaque ad controversias verborum dirimen
das non nisi bene perceptis distinctionibus opus est,
qualis est illa quam sæpissimè inculcavimus inter ne
cessarium ac certum, inter necessitatem metaphysicam
ac moralem, & idem est de possibilitate atque impos
sibilitate, cum eventus cujus oppositum est possibile
contingens; uti e contra necessarius est, cujus opposi
tum est impossibile. Meritò etiam statuitur discrimen
inter potentiam proximam & remotam, ac juxta di
versos istos sensus modò dicitur res, fieri posse, modò
non posse. Quodam sensu dici potest, necesse esse
non peccent beati, ut diaboli damnatique peccent, ut
Deus ipse eligat optimum, ut homo parti magis in
clinanti adhæreat, sed hæc necessitas non est opposi
tæ contingentia; neque enim est necessitas logica, Geo
metrica aut metaphysica cujus oppositum implicat
contradictionem. Nicolius alicubi comparatione vitæ
est non ineptâ. Impossibile reputatur ut Magistrum
aliquis sapiens, gravis & compos rationis aliquid val
de indecorum insulsumque faciat, puta, ut per com
pita nudus cursaret risûs captandi causâ. Idem est
quodammodo de Beatis qui minùs adhuc sunt cap
ces peccati, & necessitas eos peccare prohibens
idem genus pertinet. Denique competio voluntatis
vocabulum perinde æquivocum esse ac potentia &
accidit

necessitatis. Jam enim notavi eos qui hoc axioma-
utuntur : *quis vult & potest ille facit*, indeque colli-
gunt, Deum non velle salutem omnium, *voluntatem*
decretoriam intelligere, quo sensu duntaxat sustineri
potest hæc propositio, quòd sapiens nunquam velit
id quod noverit nunquam esse futurum; cum e contra
si voluntas sensu latiori & ad usum magis accommo-
dato sumatur, dici possit, sapientis voluntatem in
omne bonum esse antecedenter inclinatum. quamvis
demum non nisi quod maximè congruit facere decer-
nat. Atque ita iniquum esset denegare seriam hanc,
imò vehementem omnes homines salvandi volunta-
tem ac inclinationem, quam Ipsi sacra Scriptura tri-
buit, imò tribuere ipsi odium antecedaneum salutis
plurimorum; asserendum potius sapientem pro men-
sura cognitionum ac virium suarum ferri in omne
bonum quatenus bonum est, sed nihil producere nisi
quod est optimum factu. Id qui admittunt, & nihilo-
minus antecedentem omnes homines salvandi volun-
tatem Deo denegant, solâ vocum abusione peccant,
modò aliunde agnoscant Deum omnibus auxilia suffi-
cientia impertire, quibus si voluerint uti, salutem con-
sequi possunt.

283. Inter ipsa discipulorum S. Augustini dogma-
ta probare non possum infantium non regenerato-
rum damnationem, nec generatim ullam perditionem
è solo originali peccato proventem. Adduci pariter
nequeo ut credam à Deo damnari eos, quibus lumina
sive notitiæ necessariae desunt. Nec quicquâ vetat cum
Theologis haud paucis statuere, hominem plura
quàm nobis constet auxilia, saltem in mortis articulo
consequi. Sed neque necesse est omnes qui salvantur,
salvari per gratiam seipsâ & independentem à circum-
stantiarum ratione efficacem nec pariter necesse,
omnes infidelium virtutes spurias dicere & adulteri-

nas, aut omnia eorum opera pro peccatis habere, quamquam verum sit quidquid non est ex fide vel recta conscientia coram Deo, esse peccato inquinatum, saltem virtualiter, ut sic dicam, seu quodam cum ceteris pravis nexu. Denique censeo Deum agere non posse fortuito, ut sic dicam, seu per decretum usquequaque à causis impulsivis absolutum, aut per voluntatem à rationibus moventibus prorsus independentem. Mihique persuasum est in gratiarum dispensatione rationibus objectivis, id est naturam objectivis deficientibus Deum moveri, alioqui secundum sapientiam non ageret. Concedo tamen hasce rationes bonis vel minus malis hominum qualitatibus nequaquam esse prorsus affixas, quamvis censeam, uti supra explicavi, has quoque perinde ut alias omnes circumstantias in considerationem venire: cum suprema sapientia suis in consiliis nihil omnino negligere possit.

284. Hæc capita si exceperis aliaque paucula in quibus S. Augustinus vel obscurus vel durivisculus videtur, usurpari posse reor ejus systema, quo assertur: è Dei substantia nil nisi Deum egredi posse, atque ita creaturam è nihilo esse productam. S. Aug. de lib. arb. lib. 1. Cap. 2. Hinc creaturæ imperfectio & corruptibilitas. De Genes. ad lit. Cap. 15. Contra Epistolam Manichæi Cap. 36. Malum non à natura sed à mala voluntate oriri, Aug. toto libro de natura boni. Deum impossibilia jubere non posse: *Firmissimè creditur, Deum justum & bonum impossibilia non potuisse præcipere, lib. de nat. & grat. Cap. 43. Cap. 69. Nemo peccat in eo quod cavere non potest, Lib. 3. de lib. arb. Cap. 16. 17. lib. 1. retract. Cap. 11. 13. 15. Neque sub Deo justa miser esse quisquam, nisi mereatur, potest, Lib. 1. operis imperf. Cont. Julian. Cap. 39. Liberi arbitrium sine auxilio gratiæ Dei mandata adimplere non potest, Epist. ad Hilar. Syracul. Scimus gratiam*

non dari secundum merita. Ep. 106. 107. 120. Homo in statu integritatis habebat adiutorium necessarium ad posse bene agere, si vellet, sed velle pendebat à libero arbitrio, *habebat adiutorium per quod posset, & sine quo non vellet, sed non adiutorium quo vellet,* lib. de corrept. Cap. 10. 11. 12. Deus voluit Angelos & homines experiri quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset sua gratia beneficium justitiaeque iudicium. *Ibid.* c. 10. Peccatum avertit hominem à Deo, ut converteretur ad creaturas lib. 1. qu. 2. ad Simplic. delectari peccato libertas est servi, *Enchir.* Cap. 103. Liberum arbitrium usque adeo in peccatore non perit, ut per illud peccent maximè omnes qui cum delectatione peccant, lib. 1. ad Bonifac. Cap. 2. 3.

285. Dicit Deus Moyse: *misereror cuius misereror, & misericordiam prestabo cuius misereror* (Exod. 33. v. 19.) *Igitur non volentis neque currentis sed miserantis est Dei.* Rom. 9. v. 15. 16. Quod non vetat quominus omnes qui bonam voluntatem habent in eaque perseverant, salventur, sed Deus dat illis velle & agere. *Ergo cuius vult miseretur, & quem vult, induvat.* Rom. 9. v. 18. Et tamen idem Apostolus dicit *Deum velle omnes homines salvos fieri & ad agnitionem veritatis pervenire.* Quòd quidem interpretari nollem secundum quaedam S. Augustini loca, quasi significaret, nullos fore salvos nisi quorum salutem voluerit, aut quasi vellet salvare *non singulos generum, sed genera singulorum*: Sed dicere malim, neminem esse cuius non velit salutem, quantum; majores rationes patiuntur, ob quas fit ut Deus non salvet nisi eos (saltem adultos) qui oblatam sibi fidem accipiunt, & que per gratiam sibi divinitus concessam obtemperant, prout scilicet totius rerum operis, quo melius designari nullum poterat, integritati congruere visum fuerit.

286. Ipsa verò ad salutem Prædestinatio secundum S. Augustinum, complectitur ordinem mediorum quibus ad salutem pervenietur. *Prædestinatio Sanctorum nihil est aliud, quam præscientia & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicumque liberantur. Lib. de persever. Cap. 14.* Notamen reperio S. Augustinum uspiam satis expressisse, quòd hæc gratia, quæ cor subigit, sit seipsâ semper efficax, nec scio, an non salvâ ejus sententiâ afferi potest eundem interioris gratiæ gradum in uno victoriosum esse, cum circumstantiis adjuvatur, in alio non item.

287. Voluntas cognitionis, quâ bonum percipimus, mensuræ respondet, ejusque prævalentiam sequitur. *Si utrumque tantundem diligimus, nihil horum dabimus. Item. Quod amplius nos delectat, secundum id operemur necesse est in Cap. 5. ad Gal. explicavi jam supra quo pacto nihilo fecius verè magnâ in voluntatem potestate præditi simus. S. Augustinus paulò aliter & sensu parùm proficiente dictum illud accipere videtur, uti dum ait: Nihil tam in nostra potestate est quàm ipsa voluntas, ubi rationem reddit; aliquantum identicam, ea enim (inquit) mox ut volumus præsto est Lib. 3. de Lib. Arbit. Cap. 3. Lib. 5. de Civit. Dei Cap. 10. Sed hoc solùm efficit nos velle, dum volumus, quod per se patet, non verò nos velle quod velle optamus. Istud magis adrem dicit: aut voluntas nos est, aut libera dicenda est. d. lib. 3. Cap. 3. & ideo quod voluntatem ad bonum infallibiliter aut certe movet, non obstare vult, quominus libera sit. Perquam absurdum est, ut ideo dicamus non pertinere ad voluntatem (libertatem) nostram quòd beati esse volumus, quia id omnino nolle non possumus nescia quâ boni consuetudine natura. Nec dicere audeamus: ideo Deus non voluntatem (libertatem) sed necessitatem habet iustitiæ quia non potest velle peccare. Certè Deus ipse.*

unquid quia peccare non potest, ideo liberum arbitrium habere negandum est? De Nat. & Grat. Cap. 46. 47. 48. 49. Dicit etiam optimè Augustinus, primum bonum motum à Deo indi, sed hominem etiam deinde agere *Aguntur ut agant, non ut ipsi nihil agant;* de Corrupt. Cap. 2.

288. Liberum arbitrium proximam mali culpæ, tum deinde mali pœnæ causam esse statuimus, quamquam Originalis creaturarum imperfectio, quam idem Divinæ repræsentant, utriusque mali prima & remotissima ratio sit. Baylius verò semper hunc liberi arbitrii usum repudiat, nec vult mali causam ei acceptam referri. Audiendæ sunt ejus objectiones, sed prius naturam libertatis adhuc magis elucidare juvabit. Ostendimus libertatem, qualem Theologicæ Scholæ postulant, consistere partim in *intelligentia* involvente distinctam satis objecti de quo deliberatur cognitionem, partim in *spontaneitate*, qua nos ipsi determinamus, partim denique in *contingentia*, hoc est exclusionem necessitatis, nempe absolutæ, cujus oppositum contradictionem involvat. *Intelligentia* est velut anima libertatis, reliqua duo sunt veluti corpus & basis ejusdem: substantia libera seipsam vi suâ determinat, idque secundum motionem boni ab intellectu percepti, inclinantis, non necessitantis. Paucis hisce verbis omnia ad libertatem requisita comprehenduntur. Juvat tamen ostendere quòd cognitionis nostræ & spontaneitatis imperfectio, ac determinatio infallibilis in contingentia nostra involuta, neque contingentiam, neque adeò libertatem destruant.

289. Duplex est *cognitionis* nostræ genus, distincta alia, alia confusa. Cognitionis distincta sive *Intelligentia* in vero legitimoque rationis usu locum habet, sed cogitationes confusæ à sensibus proficiuntur. Eatenus à servitute immunes dici possumus, quatenus
noti-

notitiâ distinctâ prælucente operamur ; eatenus verò affectibus nostris mancipati , quatenus perceptiones confusæ nobis insunt. Atque hoc sensu non omnem, quæ optanda foret mentis libertatem habemus, possumusque dicere cum S. Augustino quòd mancipati peccato servorum libertatem habeamus. Attamen servus, quantumlibet servus sit, non idcirco eligendi pro captu suo caret libertate, quamvis plerùmque in dura necessitate unius è duobus malis eligendi constituitur ; quia scilicet vis quædam superior eum ad quæ aspirat bona attingere non sinit. Quod vincula coactioque efficiunt in servis, hoc in nobis peragunt affectus, quorum violentia suavissima quidem est, sed non idèò minùs damnosa. Non equidem nisi quod placeat nobis, volumus, sed (quæ nostra miseria est, quod nobis nunc placet, sæpe postea displicebit ; nec rarò verum est malum, nobis displiciturum, si apertos mentis oculos haberemus, Interim tamen miser ille servi status, ac noster etiam non obstat, quominùs nos æquè ac ille pro statu illo misero secundùm præsentem quas habemus vires cognitionesque, quod nobis placet, eligamus.

290. Porro *spontaneitas* ad nos pertinet, quatenus actionum nostrarum principium in nobis est, uti Aristoteles optimè perspexit. Equidem rerum externarum impressiones nos à via abducunt sæpius, & communis opinio fuit hac saltem ratione nostrarum actionum principia aliqua extra nos esse, nec diffiteor sic esse loquendum juxta sermonem popularem, quod aliquo sensu fieri potest sine læsione veritatis. Sed si accuratè loquendum est, assero spontaneitatem nostram nullâ exceptione restringi, & res externas, si dicta nostra ad amissim philosophicam exigamus, nullo in voluntatem influxu pollere.

291. Ut res hæc tota meliùs intelligatur, sciendum est,

perfectam spontaneitatem nobis cum substantiis omnibus simplicibus esse communem, & hanc ipsam substantia intelligente sive libera transire in imperium aliquod in proprias actiones, id quod melius explicari non potest quam ope *Systematis Harmonia constituta* pluribus abhinc annis à me propositi. Ubi tendo substantiam quamlibet simplicem esse naturaliter perceptivam, & individualitatem ejus consistere in lege perpetua ex qua nascitur series præceptionum ipsi affectarum, quæ naturaliter aliæ ex aliis progignuntur ad repræsentandum corpus ei assignatum, usque ope totum universum pro modulo cuilibet simplici substantiæ proprio, sine ulla influxûs physici corpore recepti necessitate : quemadmodum viceversa corpus etiam ipsum vi legum propriarum seu regularum motûs voluntatibus animæ sese attemperat, & consequenter non paret animæ, nisi quantum leges istæ ferunt. Unde fit, animæ ipsi perfectam in se spontaneitatem, ut à nullo nisi à Deo & seipsâ inderando pendeat.

292. Cum systema hoc antehac ignotum esset, viri à labyrintho isto se extricandi viæ quæsitæ sunt, sique Cartesiani circa liberum arbitrium hæserunt inditi. Non contenti Scholæ facultatibus, animadvertunt omnes animæ actiones ab eo quod per impressiones sensuum extrinsecus advenit, determinatas viri, ac denique omnia quæ in mundo sunt, à Divina providentiâ dirigi; sed inde statim nascebatur hæc rejectio, nullam igitur esse libertatem. Respondebat Cartesius, divinam providentiam lumine rationis demonstrari nobis, nos itidem de libertate certitudinem percipi per intimam experientiam, & utramque credendum esse, etsi utriusque conciliandæ via nulla suppetat.

293. Hoc enim verò erat nodum Gordium secare, non solvere, & conclusioni argumenti respondere

non

304 PARS TERTIA De Bonitate Dei,
non præmissarum discussione, sed contrario argu-
mento, quòd Philosophicorum certaminum legibus
neutiquam congruit. Huic tamen responsioni acquiri
vere Cartesiani plerique, quanquam intima illa, quam
allegant, experientia id quod ipsi contendunt minime
evincent, uti egregiè monstravit Baylius. Petrus Sylva-
nus Regis (Philos. Tom. 1. Metaph. Lib. 2. part. 2.
Cap. 22.) Cartesii doctrinam hæc uberiùs explicat.
*Plerique Philosophi, inquit, hallucinati sunt in eo, quòd
alii quidem concordiam quæ inter actiones liberas Dei
que providentiam intercedit, percipere non valentes
Deum liberi arbitrii causam primam efficientem esse
negaverunt, quod est Sacrilegium; alii verò non ca-
pientes quomodo cum efficacia Dei consistere possit
actionum libertas, hominem negaverunt esse liberum,
quod est impiam. inter hæc duo extrema medium est
ut dicamus (id. ibid. pag. m. 248.) quòd quamvis non
omnem quæ inter libertatem Dei que providentiam in-
tercedit coherentiam capere possimus, adhuc tamen nos
et liberos et à Deo dependentes agnoscere teneremus,
quia binæ hæc veritates aequaliter nobis notæ sunt, altera
quidem per experientiam, altera verò, per rationem,
vetatque prudentia veritates certò notas deserere, quæ
quomodo cum veritatibus itidem notis consentiant,
percipere non possumus.*

294. Optimè Baylius ad marginem adnotat. *Hæc
Petri Silvani Regis locutiones nequaquam indicant,
quòd aliquos inter actiones humanas et Dei providen-
tiam respectus cognoscamus qui cum libertate nostra pug-
nare videntur. Addit hæc esse locutiones arte tempo-
ratas, quæ statum quæstionis enervent. Ponunt Au-
tores, inquit, oriri unice difficultatem ex rationum po-
nuntia, cum potius dicere deberent, oriri præcipue em-
pitiis quas habemus, quasque cum mysteriis nostris
(Baylii sententiâ) conciliare non valeamus. Atque id
ipsum*

plum est, quod hujus operis principio dicebamus, i mysteria conciliari non possent, si objectiones inso- ubiles occurrerent, non jam mysterium incompre- hensibile fore, sed potius ejus falsitatem à nobis com- prehensum iri. Quamquam hîc non de mysterio ali- quo, sed de naturali duntaxat religione sermo sit.

295. Porrò has experientias sive conscientias in-ernas, in quibus Cartesiani libertatem fundant, oppu- nat Baylius, sed incipit ab observationibus quibus assentiri nequeo. *Hi* (inquit Diction. art. Helen. lit. Δ) *qui quod intra se geritur non scrutantur penitus, acilè se liberos esse sibi persuadent, & si voluntas sua eratur in malum, id fieri culpâ suâ & electione, qua n potestate sua sit. At qui secus judicant, viri sunt utimos actionum suarum recessus & circumstantias clerter perscrutati, & mentes sua motuum seriem to- am non perfunctoriè meditati. Hi de arbitrii sui li- bertate plerùmque dubitant, quin eò progrediuntur, ut rationem mentemque suam mancipia esse sibi per- uadeant, qua vi invitata trahenti resistere non possint. Atque hoc præsertim hominum genus pravæ actionum suarum causam in Deos referebat.*

296. Hæc Baylii verba Francisci Baconis à Veru- mio Angliæ Cancellarii dictum in memoriam mihi evocant; agebat ille, Philosophiam mediocriter deli- atam à Deo nos alienate; profundius haustam ad Deum adducere. Idem valet de iis, qui actiones suas mente recogitant, quibus apparet primâ fronte, quid- uid agimus, non nisi aliquo impellente fieri, quid- uid cogitamus, extrinsecus venire per sensus, & in mente nostra vacua tanquam in tabula rasa designari. sed si rem penitus scrutemur, comperiemus ipsas per- ceptiones ac passiones omnimodâ cum spontaneitate fundo nostro prodire.

297. Interim Poëtas Baylius laudat, qui, dum

Tomus I.

V

homi-

306 PARS TERTIA, *Super Bonitate Dei*
homines absolvere à culpa volunt, eam in Deos reſi-
ciunt. Sic apud Naſonem Medea :

Fruſtra Medea repugnas,

Nescio quis Deus obſtat, ait.

Et paulò poſt :

*Sed trahit invitam nova vis, aliudque Cupido,
Mens aliud ſuadet : video meliora proboque,
Deteriora ſequor.*

Verùm Ovidio poterat opponi Virgilius, apud quem
Niſus longè potiori cum ratione dicit :

*Di-ne hunc ardorem mentibus addunt,
Euryale, an ſua cuique Deus ſit dira cupido ?*

298. Cl. Wittichius videtur exiſtimari in dependentiam noſtram eſſe duntaxat apparentem. Nam in diſſertatione de Providentia Dei actuali (n. 61.) liberum arbitrium in eo conſtituit, ut cauſam non ſentiamus, quæ mentem noſtram ad affirmandum vel negandum, amandum vel odio habendum impellit. Addit, quando Deus ipſe noſtræ voluntatis actus producit, nos tum maximè agere liberè, & quò Dei actio in nos efficacior & potentior eſt, eò nos eſſe magis actionum noſtrarum Dominos. *Quia enim Deus operatur ipſum velle, quo efficacius operatur, eò magis volumus, quod autem cum volumus facimus, id maximè habemus in poteſtate noſtra.* Equidem dum Deus velle in nobis operatur, actionem in nobis liberam producit, ſed arbitror non hîc agi de univerſali cauſa, deque ea voluntatis dependentia quam habet communem cum omni creatura, per quam fit, ut omnis realitas abſoluta rerum per Dei concurſum continuo efficiatur. Sed agitur hîc de rationibus volendi, deque viis ſive mediis, quibus utitur Deus, cum bonam voluntatem nobis donat, vel malam permittit. Nos ſemper ſive bonam ſive malam producimus, eſt enim actio noſtra; ſed adſunt etiam ſemper rationes quæ
illos

illæ sâ spontaneitate vel libertate nostra faciunt nos operari. Gratia ipsa impressiones duntaxat suppeditat, quæ nos impellant ad agendum per congruas rationes, veluti cum attentio in nobis excitatur, cum nobis ingeritur istud, *dic cur hic*, cum delectatio quædam præveniens ex boni veri consideratione in nobis exoritur: Et liquet non magis obesse libertati, quàm obesse amicus aliquis, dum suadet, & agendi causas atque rationes proponit. Itaque Wittichius æquè ac Baylius ad quæsitum non rectè responderunt, neque hic ad Deum confugere quidquam juvat.

299. Sed jam alium ejusdem Baylii locum haud paulò rectiorem proferamus, quo existimatam illam libertatis conscientiam, præcipuum liberii arbitrii apud Cartesianos argumentum impugnat. Verba ejus sanè plena sunt ingenio dignaque consideratione. Extant in Responsione ad Quæsitâ Provincialis Cap. 140. (Tom. 3. pag. 761. seqq.) ubi sic ferè ratiocinatur: *Ope clarâ distinctaque perceptionis, quam de existentia nostra habemus, discernere non valemus, utrum à nobis ipsi existamus, an verò id quod sentimus, habeamus ab alio. Hanc dependentiam non intimo aliquo sensu, sed meditationum ac ratiocinationum ope demum deprehendimus, dum scilicet nobiscum habitantes consideramus, quàm parum conservatio nostra in nostra potestate sita sit, & quàm multis rebus nos circumstantibus egeamus &c. Quin etiam certum est Ethnicos (idem de Socinanis dicendum, cum creationem insipientur) nunquam ad dogmatis hujus verissimi notitiam pervenisse, quòd è nihilo simus, & quolibet durationis nostræ momento è nihilo educamur. Crediderunt igitur falsò, quidquid in mundo universo substantiarum est, existere à seipsis, nec in nihilum reverti posse, atque ita ab aliis rebus non pendere nisi quoad modificationes, quæ per actionem externa cause possunt destrui. Hic error*

nonne oritur ex eo quòd non actionem creatricem, quòd conservamur, sed existentiam solam nostram percipimus, atque ita, nisi alia notitia præsto essent, existentia nostra causam essemus æternum ignoraturi? Eodem modo dicendum est, ope clara distincteque perceptionis quàm nostræ voluntatis actus percipimus, non posse nos discernere utrum illos à nobis ipsis, an verò ab eadem, quæ existentiam nobis largitur causam habeamus. Hæc ut discernamus, meditatione nobis ac ratiocinatione opus est. Et asserere ausim, per meditationes merè philosophicas nunquam certò sciri posse quòd volitionum nostrarum causa efficiens ipsi simus. Quisquis enim sedulo rem expendet, evidenter cognoscet, si actuum voluntatis passivum duntaxat subjectum essemus, nos eadem perceptiones experimentales habituros, quas modo habemus, dum nos liberos esse credimus. Finge, si lubet, leges unionis inter corpus & animam ita constitutas, ut omnes animæ modalitates, nullam exceptam intericem colligata sint interpositis cerebri modalitatibus; Intelliges nihil tibi eventurum, nisi quòd nunc experimur, eritque eadem mentis nostræ cogitationum series, inde à perceptione objectorum sensibilium, qui est prima anima motus, usque ad volitiones maximè deliberatas ac firmas, qui est postremus. Erit in hac serie idearum perceptio, erit perceptio affirmationum negationumque, erit hesitationum ac dubitationum, erit denique velle tantum ac volitionum, nam sive volendi actum causa nobis externa imprimat, sive producamus ipsi, æque verum erit velle nos & percipere quòd volumus. Cumque hæc externa causa volitioni, quam nobis imprimis, quantum sibi libet voluptatem admiscere possit, interdum percipere poterimus, nos actibus nostræ voluntatis immensum quantum delectari, & iisdem secundum vehementissimarum affectionum nostrarum pondus ferri declives. Nec verò coactionem perciperemus: Nostri

axioma:

axioma: voluntas non potest cogi. Si Bractea versatili ventorum indici simul & semper daretur & motus versus determinatum aliquod punctum horizontis, & desiderium illud se movendi (ita tamen ut desiderium se movendi prioritatem naturæ, vel, si mavis, prioritatem etiam instantis realis præ motu ipso retineret) an non clare intelligis bracteolam sibi sponte & à seipsa moveri visum iri ad exequenda quæ concepisset desideria? præsertim si ponas eam ignorare, num ventus ullus existat, nec de externa ulla causa & sitûs & desiderii sui mutationem inducente cogitare. Sic prorsus nos ipsi naturaliter sumus constituti: nescimus an invisibilis aliqua causa nos ab una cogitatione ad aliam per gradus traducat. Est igitur ita naturâ comparatum, ut homines sibi persuadeant se à semetipsis determinari, sed indagandum superest, utrum hac in re, quemadmodum in sexcentis aliis hallucinentur rebus, quas per quandam speciem instinctus nulla adhibita meditatione affirmant. Cum itaque circa ea quæ in homine geruntur duæ sint hypothese, una quæ hominem non nisi subjectum passivum esse statuit, altera quæ virtutes ei concedit activas, æquum non est posteriorem præferre priori, quamdiu alia nulla proferri possunt argumenta, quam quæ ab intima experientia deproveniunt, nam perinde sentiremus nos velle, sive volitiones omnes menti nostræ causa aliqua invisibilis & externa imprimat, sive nos ipsi producamus.

300. Præclara quædam ratiociniâ locus iste complectitur, quæ adversus systemata vulgaria valent, non idem contra systema Harmoniæ præstitutæ, quæ nos longiùs ducit quàm antehac progredi liceret. Baylius inter alia asserit, *per meditationes merè philosophicas certò sciri non posse, nos ipsos esse volitionum nostrarum causas efficientes.* Verùm hoc sanè caput ipsi neutiquam concedo, nam systematis hujus constitutio

indubitatè ostendit, quamlibet in natura substantiam [simplicem scilicet] esse omnium suarum operationum causam unicam, & ab omni influxu phisico cuiusvis alterius substantiæ immunem, si ordinarium Dei concursum excipias. Hoc nempe systema efficit, veram & genuinam esse spontaneitatem nostram, nec tantum apparentem, uti Wittichrius crediderat. Pugnatur etiam Baylius easdem ob rationes (Cap. 170. pag. 113, 2,) fato Astronomico (si daretur) libertatem non esse destruendam; nec diffireor ita esse, si libertas in sola spontaneitate apparente consisteret.

301. Itaquestrarum actionum spontaneitas in dubium revocari nequit, uti Aristoteles definiit. *Spontaneum est cujus principium est in agente.* Et sic operationes nostræ actusque voluntatis in nostra sunt potestate. Equidem actus nostræ voluntatis non omnino Domini sumus, quanquam ejus causa simus, neque enim uti actiones nostras externas per actus voluntatis, ita & ipsos voluntatis actus egimus [quod iret in infinitum] aliquam tamen in voluntatem etiam nostram habemus potestatem, quia obliquè nos præparare ac disponere possumus ad volendum aliquando, quod jam nunc vellemus velle, uti supra ostendi, quod tamen propriè loquendo non est velleitas illa de qua aliàs sermo est. Atque ita præter illam actionum nostrarum à nostra substantia dependentiam habemus peculiare aliquod & perceptibile in eas imperium nostræ voluntatis, sed quod ex spontaneitate intelligentiæ juncta resultet, cum prior dependentiæ spontaneitate solâ nascatur.

302. Hactenus duas libertatis conditiones ab Aristotele memoratas explicavimus. *Spontaneitatem* scilicet, & *intelligentiam* quæ in nobis inter deliberandum conjunctæ reperiuntur, cum belluæ secundâ conditione careant. At Scholastici tertiam insuper exigunt

quam *indifferentiam* nominant, & reverà admittenda est illa, si *indifferentia* tantundem significat ac *contingentia*; nam ut supra dixi, libertas omnem absolutam necessitatem, (hoc est metaphysicam aut logicam] excludere debet. Verùm, ut jam explicui non semel, hæc *indifferentia*, hæc *contingentia*, hæc non necessitas, ut ita loquar, quæ est *characteristicum* libertatis attributum, non prohibet, quominus agens in partem quam eligit vehementius inclinetur, nec ullatenus postulat ut absolutè indifferentes simus, & æquè ad utramque partem nos habeamus.

303. Itaque *indifferentiam* non admitto nisi eo sensu quo *indifferentia* tantundem significat atque *contingentia* sive non necessitas, at juxta ea quæ sæpissime iteravi, *indifferentiam* æquilibrii non agnosco, nec arbitror unquam eligi ab eo qui sic sit *indifferens*. Talis electio species, quædam meri casus esset sine omni ratione determinante tam apparente quàm occulta. Atqui ejusmodi merus casus, eventus ejusmodi purè forruitus, non manifestat tantum sed omni causâ destitutus, commentum est quod nunquam in natura deprehendas. Concors sapientum omnium sententia est, casum esse duntaxat rem apparentem (uti fortuna) à causarum ignorance in nostra mente exortam. Si verò talis *indifferentia* vaga daretur, aut si nullâ ratione ad eligendum impellente eligeremus, jam casus aliquid reale foret, simile exiguæ illi declinationi atomorum, quam temere & sine causa invehebat Epicurus, ut necessitatem vitaret, quod meritò tanto opere Tullius irrisit.

304. Hæc atomorum declinatio in Epicuri mente causam finalem habebat quidem, scopus enim ipsius erat homines à fato absolvere, sed nullam habebat in rerum natura causam efficientem. Hoc commentum impossibile, si quod aliud, Baylius ipse præclare refuta-

tat, uti mox dicemus. Et tamen (quod mirum esse videtur ipse famosæ illi declinationi simile quidpiam admittere. Sic enim loquitur (Diction. Art. Buridanus lit. 13.) *qui liberum arbitrium propriè dictum tenentur, in homine potentiam admittunt se determinandi vel dextrorsum vel sinistrorsum, etiam dum ex parte utriusque objecti propositi rationes moventes perfectè sunt æquales. Afferunt enim mentem nostram solâ libertatis, exercenda gratiâ posse dicere: malo hoc potius quàm illud, quamvis nihil in hoc magis quàm in illa electione dignum videam.*

305. Sed non omnes, qui liberum arbitrium propriè dictum admittunt, determinationem hanc à causa indeterminata perfectam idcirco Baylio concedent. S. Augustinus nec non Thomistæ omnia esse determinata judicant, quin & adversarios eorum ad circumstantias electioni nostræ congruas confugere videmus. Quid quòd neque Chimæricæ æquilibrii indifferentiæ favet experientia, possitque hic usurpari ratiocinium quod contra modum quo Cartesiani libertatem ex independentiâ nostræ conscientia intima eliciunt, Baylius ipse paulò ante usurpabat. Nam licet non semper videam rationem inclinationis, quâ ad unum è duobus, quæ æqualia videntur, eligendum permovear, aderit tamen semper impressio quædam, et si imperceptibilis quæ me determinet. Velle simpliciter exercere libertatem, nihil habet quod actum specificeet, aut nos ad alterutrius præcisè partis electionem moveat.

306. Pergit Baylius: *Duplici minimùm viâ sese ab æquilibrii laqueis expedire homo potest. Altera est, quam jam adduxi, nempe ut gratiâ sibi imaginationi blandiatur, quòd domi suæ regnet, nec aliè objectis dependeat. Viâ hæc obstructa est: quantumvis domi tuæ imperare velis, nihil inde determinans elicies, nec*

hoc

se uni parti potius quam alteri favet. Prosequitur
aylius: *Nempe hunc actum eliciet: volo hanc rem illi
referre quia mihi sic placet.* Verum, hæc ipsa verba,
nam mihi sic placet, mihi sic lubet, jam tum aliquam
a *objectum* placens propensionem includunt.

307. Immerito itaque sic prosequitur Baylius:
*Imque id quod determinaret, non ab objecto ipso, sed
a ideis quas homines de perfectionibus ac facultatibus
naturaliter habent, desumeretur.* [pro ideis illis Bay-
lius inclinationes sæpe occultas nominare debebat]
*Utera via (Baylio), est sortis sive casus. Hic alea li-
m dirimeret.* Via hæc exitum habet, sed à scopo ab-
errat, hoc enim est mutare statum quæstionis, quippe
unc homo ipse non decidit, aut si hominem nihilomi-
nus sorte decidere contendis, jam homo ipse non am-
liusest in æquilibrio, cum fors æquilibris non sit, &
homo sorte se addixerit. Semper in natura rationes
occurrent quæ causæ sunt eorum quæ casu vel sorte
accidunt. Miror Baylium eâ sagacitate virum tanto-
ere à scopo aberrare potuisse. Alibi responsionem
juridano, Sophismate plenè satisficientem dedi,
empe quòd casus perfecti æquilibrii sit impossibilis.
um mundum nunquam ita bipartiri quis possit ut im-
refliones, utrobique æquipolleant.

308. Videamus nunc quid Baylius ipse adversus
indifferentiam istam commentitiam vel prorsus inde-
nitam alibi opponat. Dixit Cicero [lib. de Fato]
iquid atomorum declinatione acutius invenisse Cat-
eadem, dum motus animi voluntarios indifferentiæ
lius, omnino indefinitæ causam esse statuebat. *Vo-
untatis enim nostræ motuum, ut pote à natura nostra
rosectorum non esse causas externas & antecedentes.*
ed Baylius (Diction. artic. Epicurus pag. 1143.)
ræclare respondet, quidquid à rei cujuscumque natura
roficiscitur, eo ipso esse determinatum: atque ita

314. PARS. TERTIA Super. Bonitate Dei,
semper determinatio suppetit, nec quidquam iuxta
Carneadis effugium.

309. Ostendit alibi (Resp. ad Provinc. Cap. 90.
l. 2. pag. 229.) libertatem quò magis ab isto equilibrio
remota sit, eò esse præstantiorem. Intellego, inquit, li-
bertatem qua mentis iudicia sequatur semper, nec obje-
ctis clarè cognitis ut bonis reluctari possit. Neminem
reperio qui non fateatur, veritatem clarè cognitam ex-
torquere vel necessitare (determinare potius nisi de
necessitate morali sermo sit) mentis assensum; idem
confirmat experientia. In Scholis constanter docetur,
sicut verum est objectum intellectus, ita bonum esse obje-
ctum voluntatis, & sicut intellectus nunquam affirma-
re potest nisi quod sub veritatis specie proponitur, sic vo-
luntatem nihil unquam amare posse, quod sibi bonum
non appareat. Nunquam assentimur falso, ut falsum
est, neque malum unquam ut malum est amatur. In-
tellectus naturaliter determinatur ad verum in genere,
& ad verum quodlibet particulare clarè cognitum. Si-
militer voluntas ex natura sua determinatur ad bo-
num in genere, unde complures Philosophi concludunt,
statim atque bona particularia clarè cognoscuntur à
nobis, ad ea amanda nos compelli. Nec intellectus hoc
actus suspendit nisi quando objecta sese obscure præsentant,
ita ut locus sit dubitandi verane sint an falsa que ap-
parent: & inde plures colligunt voluntatem in equi-
librio non manere, nisi dum mens incerta hæret an obje-
ctum propositum sibi sit bonum: quamprimum verò par-
tem affirmativam amplectitur, necessario in illud fertur
donec alia iudicia mentis eam aliter determinent. Quæ
libertatem hoc pacto explicant, satis amplum in-
meriti demeritique campum reperire se autumant, quæ
statuunt iudicia mentis procedere à libera applicatione
animi ad objecta considerata, invicem comparanda &
discernenda. Nec prætereundum est, viros esse per quos

et no. 2

aditos (uti Bellarminum lib. 3. de Gratia & libero
bitio Cap. 8. & 9. & Cameronem in Responsione
Epistolam viri Docti id est Episcopi): *qui asserant
oluntatem semper necessario sequi ultimum actum
acticum intellectus.*

310. Juvat super his adnotare quædam. Notitia
aldè clara optimi voluntatem ad id prosequendum
eterminat, non tamen necessitat propriè loquendo
istinguendum semper est inter necessarium & cer-
am sive infallibile, uti supra monuimus non semel
istinguenda etiam metaphysica necessitas à morali.
ense insuper nullam voluntatem, exceptâ Divinâ,
tellectûs judicium semper sequi. Omnes creaturæ
telligentes affectibus quibusdam obnoxia sunt, aut
atem perceptionibus aliquid confusi involventibus,
pæ non penitus sive sunt in eo quod *ideas adequatas*
oco. Et quanquam hi affectus in Beatis virtute legum
aturæ præstitutiq; rerum systematis semper ad verum
psorum bonum tendant, non tamen perfectam ejus-
lem notitiam semper habent, nobis quoad hoc simi-
s, qui instinctuum nostrorum rationem causamque
on semper intelligimus. Angeli & Beati sunt crea-
uræ, perinde ac nos, in quibus semper aliqua perce-
tio confusa notitiis distinctis intermiscetur. Affine
quidpiam de illis dixit Franciscus Suarius (Tractatu
le Oratione libro 1. Cap. 11.), censens, Deum, rea-
ntecedenter ita constituisse, ut Beatorum preces,
quando plena cum voluntate fiunt, eventum semper
obtineant, quod *Harmonia præstabilita* specimen
quoddam est. Nobis in mortali vita degentibus, præ-
er judicium intellectûs cujus expressam notitiam ha-
remus, intermiscetur confusæ quædam sensuum per-
ceptiones, quæ non affectus tantum, sed & propen-
siones insensibiles excitant, vel etiam sensibiles qui-
dem, sed quas ob exiguitatem aut animi distractio-
nem

310. **PARS. TERTIA, De Bonitate Dei,**
nem non animadvertimus. Hi motus iudicium intellectus per se reddunt inefficax.

311. Circa Parallelismum institutum inter intellectum in ordine ad verum & voluntatem in ordine ad bonum, sciendum est, quod clara distinctaque perceptio veritatis contineat actum in se veritatis ejusdem affirmationem, unde fit ut intellectus eam ipsam perceptione necessitetur. Sed qualiscumque demum perceptio boni habeatur, conatus agendi post iudicium in quo voluntatis essentiam repositam esse arbitror, perceptione distinguitur. Unde cum tempore opus sit ut hic conatus ad fastigium suum perducatur, suspendi ille, imò mutari potest intercurrente novâ perceptione vel affectione, quæ mentem aliò avertit, imò frequenter imbuit iudicio contrario. Hinc est quod mens nostra tot habeat agnitæ veritati resistendi vias, tantusque sit à mente ad cor, ab intellectu ad voluntatem trajectus. Præsertim ubi intellectus ferè per cogitationes surdas & inmovendo parùm efficax procedit, uti alibi explicavi. Atque ita nexus inter iudicium intellectus & decretum voluntatis non adeò necessarius est quàm primâ fronte posset existimari.

312. Pergit optimè Baylius (pag. 221.) *imprimis defectus mentis humane censeri nequit, quod libertatem indifferentiam in ordine ad bonum in genere non habeat, quin potius inordinatio & imperfectio absurda foret, si verè dici posset: pauci me à refert, felixne sum an miser; nec magis ad bonum amandum, quàm ad vitium habendum impellor; utrumque facere aequè possunt. Quod si ad bonum in genere determinatum esse laudabile est & utile, sanò defectus esse non potest, ad singula bona particularia manifestè agnita ut nobis bona necessitari. Imò necessario consequi videtur, si mens contra bonum generatim libertatem indifferentiam non habeat, nec illam habituram etiam circa bona particularia.*

um expensâ utrimque causâ hac esse sibi bona iudicat. Quid diceremus de anima qua postquam iudicium illud tulisset, meritò gloriaretur, se vi pollere bona ista non amandi, imò habendi odio; qua diceret: agnosco laerè, hac esse mihi bona, & necessariis hac in re luminibus abunde sum instructa, nolo tamen illa amare, velle illa odisse. Decretum est, hoc ago; non quòd ulla ratio eò me impellat sed quia mihi lubet ita agere. Quid, inquam, de huiusmodi anima censeremus? an non magis imperfectam magisque miseram iudicaretur, quàm hac indifferentia libertate careret?

313. At verè doctrina qua voluntatem ultimo actui intellectus subicit non solum nobiliorem nobis de anima indisione ideam ingenerat, verùm etiam ostendit hominem ad felicitatem hac viâ facilius quàm viâ indifferentia deduci posse. Sufficiet enim menti vera sua comoda clare proponere, & statim voluntas ad iudicium rationis se componet. Si verò libertatem habeat à ratione clarèque cognita objectorum qualitate minimè indigentem, homo animantium omnium indecillimus erit, nec unquam ejus in bonam partem inflectendi via aperta suppetet; consilia & ratiocinia cuncta prorsus inutilia esse poterunt. Illustrabis tu quidem & convinces intellectum ejus affatim, sed reluctabitur voluntas, & pennis ad instar immota perstabit. Virgil. *Æn.* lib. 6.

470.

Nec magis incepto vultum sermone movetur,
Quàm si dura silex aut stet Marpesia cautes.
Adversus omne rationum genus pervicaciâ vanâ & proficite obfirmabitur, nec bonum suum clarissimè nitum amare libebit, libebit odisse. Quid censes, sabsò hanc sine facultatem putabis munus omnium, & Deus homini largiri potuerit, esse prestantissimum nostræ felicitatis instrumentum unicum, an potius cem? Estne cur quisquam glorietur quòd dicere possit:

omnia rationis meæ judicia contemsi, aliam omnino viam tenui ex solo principio beneplaciti mei? *Quantâ pœnitundine, quibus doloribus non laceraretur huiusmodi animus, si consilium ita susceptum perniciem afferret? Talis utique libertas hominibus magis noxia foret quam utilis; quia quantacumque objecti bonitatem non satis repræsenteret intellectus ad adimendam voluntati boni respuendi facultatem. Longe itaque conducibilius est, hominem intellectus iudicio determinari semper, quam suspendendi actus sui copiam fieri voluntati, illo enim pacto facilius ac certius scopum suum consequetur.*

314: Circa hoc ratiocinium observo rursus, verissimum esse, quod sæpe notavimus, libertatem indifferentiæ indefinitæ, quæque omni ratione determinante careat, tam noxiam absconamque fore, quam est impossibilis & commentitia. Quicumque sic agere aut sic agentem simulare vellet, quasi temerè & sine causa procederet, certissimè delirus haberetur. Sed reverà impossibile est sic agi, si rigidè prorsus omnis animum movendi ratio excludatur. Ut primum exemplum ejus afferre voles, statim à posita hypothesi deviabis, & incidēs in casum hominis qui non sine causa, sed inclinatione potius affectuive quam iudicio sese regit. Quamprimum enim dicet: *Ex solo principio beneplaciti mei judicia rationis mea contemno, libet mihi sic agere;* tantundem est ac si diceretur: *inclinationem meam commodis meis, libidinem utilitati præfero.*

315. Perinde hoc est, ac si quis homo morosus & pervicax, ratus turpe fore amicorum vel famulorum monitis obsequi, obstitendi voluptatem aut vanitatem utilitati ex alieno suasu rediveræ anteferre. Evenire tamen potest, ut in re levis momenti vir etiam sapiens ex præscripto legis non agat & in proprii

immoda peccet, ut alicui se cogere volenti aut im-
eritium in se affectanti obstitat, vel eos qui facta sua
bservant confundat. Imò expedit interdum Marci
ruti exemplo ingenium occultare suum, vel ad eò
saniam ipsam simulare, uti David fecit coram Rege
ilistinatorum.

316. Alia multa præclara Baylius addit, ut osten-
it quod agere contra iudiciũ intellectus magna sit
nimæ imperfectio. Observat (pag. 225.) juxta
los etiam Molinistas *intellectum qui munere suo rite
ngitur, id quod optimum est, indicare.* Cap. 91. pag.
27. fingit Deum Protoplastis nostris in Paradiso di-
ntem : *Facultatem de rebus iudicandi largitus sum
vobis, mandata & documenta dabo insuper, sed liberi
bitrii vobis à me concessi ea est natura, ut si casus tu-
it, aequali ad obtemperandum & non obtemperandum
rtute polteatis. Tentabimini; si libertate vestrà bene
sueritis, eritis felices; sin malè, infelices. Vestrum
nc est dispicere, num novi muneris instar à me postu-
re velitis ut vel sinam vestrà vos abuti libertate, cum
volueritis, vel abusum istum impediam gratia nova
pressione. Rem bene perpendite : Diem vobis solidum
deliberandum concedo Nonne clarè agnoscis
ddit Baylius) Protoplastos ratione suã nullo adhuc
cato obscuratã hand dubiè convincendos fuisse, à
eo tanquam beneficiorum in se collatorum cumulum
i debere, ne sese malo facultatum suarum usu inter-
permitteret? Et si Adam inani sui ipsius gubernan-
honore illectus Divinam directionem, qua felicitas
suam in tuto collocare poterat, recusasset; nonne
n Phaëtonum & Icarorum prototypon futurum fuis-
fatendum foret? Imò æque penè impium, ac Ajax
hoclaus, qui sine Deorum ope vincere volebat, ac
avissimum quemque tali cum auxilio hostes fugatu-
n dicebat.*

317. Demonstrat etiam Baylius Cap. 80.) homines non minus sibi gratulari, imò sibi magis applaudere, si superno auxilio quàm si iudicio suo fortunati debeant, & quando rationibus maturè pensatis insuetum aliquem tumultuosum & subito ingruentem cum successu prætulere, insolitam inde lætitiã percipi; nam vel Deum, vel Genium tutelarem nostrum, vel aliud nescio quid, quod sub vago *fortune* nomine intelligitur, favisse nobis imaginatione concipimus. Certè Lucius Sylla & Julius Cæsar fortunã magis suã quàm in rebus agendis dexteritate gloriabantur. Ethnici ac imprimis Poëtæ; præque cæteris Homerus Heroas suos impulsu divino regebant. Aeneas apud Virgiliũ nil nisi Deo quopiam duce & auspice aggreditur. Arguta Imperatorum laudatio erat, cum & copiis suis & Diis, quos Ducibus commodassent, vicisse dicebantur.

*Te copias, te consilium & tuos
Præbente Divos,*

Dicebat Horatius Augusto. Belli Duces sub Imperatorum *auspiciis* præliabantur, quasi eorum in fortuna acquiescentes, nam auspicia ad ipsos alteri submissos non pertinebant. De gratiosis cæli muneribus mirè sibi plaudunt homines, & potius ducunt fortunatum esse quàm industrium & solertem. Nulli se feliciores credunt quàm Mystici; qui Deum in quiete tenere, & Deum in se agere arbitrantur.

318. Ex altera parte, uti Baylius addit Cap. 83. *Philosophus aliquis Stoicus qui fatalem rebus omnibus necessitatem affigit, equè ac alius quivis è bona electione voluptatem percipit, & homo quilibet bene sanxerit, quòd non tam volupe sit diu deliberasse & tandem honestissimam elegisse partem, quàm primo impetu in meliora ferri. Atque ideo incredibili gaudio pleri mentem, cum sibi persuadet in virtutis amore*

confirmatam, ut sine lucta ulla tentationem quam-
 um propulsatura foret. Homo, cui aliquid contra offi-
 um, honorem vel conscientiam suam agendum propo-
 tur, & qui è vestigio respondet in se non cadere tale
 rimus, & reverà in se non cadere comperit, longè de se
 itit præclarior, quàm si deliberandi spatium postula-
 ; & horas aliquot, quàm in partem se vertat, dubius
 reret. Molestissimum multoties accidit datà duorum
 nome non posse statuere, gratissimumque foret vel
 tici consilio vel celesti quopiam auxilio ad electio-
 m bonam compelli. Ex his omnibus videre licet,
 antopere judicium determinatum vagæ illi, quæ
 is incertos relinquit, indifferentiæ præcellat. Sed
 uid multa? Satis, opinor, probavimus, solâ ignoran-
 aut affectu posse nos suspensos teneri, & hac de
 usâ hoc in Deum cadere non posse. Quò magis ad
 rum appropinquatur, eò perfectior est libertas, sem-
 rque Catonis indoles, qui Vellejo Paterculo teste,
 ter quàm rectè facere non poterat, hominis, qui
 sitare possit, ingenio præferetur.

319. Hæc Baylii adversus vagam indifferentiam
 iocinia repræsentare & confirmare libuit, tum ut
 yumentum hoc illustraremus, tum ut Baylio Bay-
 m ipsium opponeremus, atque ostenderemus, eum
 imposita Deo quàm fieri potest optimè eligendi,
 cessitate conqueri non debuisse. Vel enim ex indif-
 erentia vaga & fortuito, vel ex subitario animi impe-
 aliove quopiam affectu, vel denique ex prævalenti-
 ionis ad optimum moventis inclinatione agit: atqui
 ectus, qui è confusa boni apparentis perceptione
 untur, in Deo locum non habent, vaga autem in-
 ferentia commentitia est; quid igitur restat, nisi ut
 io validior Dei electionem post se trahat? Nostræ
 rtatis imperfectione fit, ut pro bono malum, pro
 noni malo majus malum, & pro majori bono mi-

322 PARS TERTIA *Super Bonitate Dei,*
nus bonum eligere possimus. Id totum è fallacia
boni malique repræsentationibus oritur. Deus con-
tra semper in maximum verum, maximumque bo-
num fertur, hoc est in bonum verum simpliciter, im-
matum & absolutè tale, quod utique ipse cognoscere
neccesse est.

320. Falsa ista idea libertatis, ab iis conficta, quæ
libertatem, non dico à coactione, sed etiam à neces-
sitate ipsa eximere non contenti vellent insuper eam
certitudine & determinatione, hoc est à ratione &
perfectione immunem reddere, placuit nihilominus
Scholasticis quibusdam, qui suis sæpe argutiis inter-
cant sese, & vocabulorum paleam pro rerum ipsarum
grano amplexantur. Nempe commentitiam aliquam
notionem effingunt, ex qua commoda haurire se
posse arbitrantur, eamque cavillationibus propugna-
re conantur. Hanc ad classem pertinet indifferentia
omnimoda, quam voluntati indulgere est privilegi-
um ei concedere non absimile ei, quod Cartesiani qui-
dam mysticique nonnulli naturæ Divinæ affingunt,
potentiam scilicet faciendi id quod est impossibile,
producendi absurda, & efficiendi ut duæ enunciatio-
nes contradictoriæ sint simul veræ. Velle ut ex omni-
moda indifferentia prorsus indeterminata determina-
tio aliqua prodeat, est velle ut aliquid sponte è nihilo
profluat. Ponitur Deus hanc determinationem non
dare, nullam igitur originem habet illa, nec in ani-
ma, nec in corpore, nec in circumstantiis, cum hæc
omnia indeterminata ponantur. Et tamen ecce illi
prodit existitque determinatio sine ulla præparatione
sine dispositione ulla, ita quidem ut nec Angelus, nec
Deus ipse quo pacto illa existat, videre vel ostendere
possit. Hoc non modò est è nihilo egredi, sed
egredi per se ipsum. Doctrina hæc aliquid æquè ne-
culum invehit ac declinationes Atomorum Epicuri.

e quibus supra locuti sumus. Volebat Epicurus
num ex his corpusculis quæ rectis lineis ad perpen-
culum deorsum feruntur subito declinare paulu-
m sine causa, solum quia voluntas ita jubet. Et no-
hunc Philotophum eò confugisse ideo tantum, ut
statam illam indifferentiæ omnimodæ libertatem
itam rectam conservaret. Ex quo patet commen-
m hoc valde antiquum esse & novis commentis oc-
sionem præbuisse, ut merito dici possit, *Chimæra
nimiam parit.*

321. Epicuri mentem hoc de negotio his versibus
prestitit Lucretius. lib. 2. de Natura rerum.

*Sed nihil omnino recta regione viam
Declinare quis est qui possit cernere sese?
Denique si semper motus connectitur omnis
Et veterem exoritur semper novus ordine certo;
Nec declinando faciunt primordia motus
Principium quoddam, quod fatis fœdera rumpat,
Ex infinito ne causam causa sequatur:
Liberam per terras unde hac animantibus exstat
Per quam progredimur quo ducit quemque voluptas?
Unde est hæc, inquam, fatis avulsa voluntas?
Declinamus stem motus, nec tempore certo
Nec regione loci certâ, sed ubi ipsa tulit mens,
Nam dubio procul his rebus sua cuique voluntas
Principium dat: & hinc motus per membra gerun-
tur.*

vidum est hominem, qualis Epicurus fuit, postquam
os omnesque substantias incorporeas à mundi pro-
atione submovisset, imaginari sibi potuisse, vo-
tatem, quam ex atomis ipse componit, in atomos
perium habere, easque à via recta deflectere, cum
la, qua id fiat ratio, possit afferri.

322. Carneades omissis atomis in ipsa statim men-
utatis indifferentiæ vagæ rationem invenire voluit,

324 PARS TERTIA *Super Bonitate Dei,*
sumens pro ratione id ipsum, cujus rationem inven-
gabat Epicurus. Nihil agebat Carneades, nisi quod
hominibus parùm attentis faciliùs imponeret; ab in-
determinate in una materia, in qua paulò nimium mani-
festa erat, transferendo ad aliam quæ tricarum pa-
rentior erat, videlicet à corpore ad animam, quia plura
que circa mentis naturam caligabant. Epicurus, qui
animam componebat ex atomis, saltem in eo culpa
videtur non erat, quòd suæ determinationis originem
in illo quærebat quod ipsius animæ originem esse aut
supponere volebat. Quare Cicero ac Baylius inmerito Epicurum
tantopere vituperant, Carneadem verò non minùs ab-
surda pronunciantem laudant: nec capio quo pacto
Baylius, vir alioquin acutissimus larvatâ absurditatem
ita imponi sibi passus sit, ut commentum istud, con-
tinentem qui ab humano ingenio hæc in re exeri possit, ma-
ximum appellare non dubitavit: quasi verò anima quæ
rationis est sedes, potiùs quàm corpus, agere sine ratione
de aliqua sive causa interna externa determinari
possit; aut quasi magnum illud Axioma, nihil sine
causa fieri, ad corpora sola pertineret.

323. Equidem Forma sive Anima hac dote Ma-
terię præstat, quòd sit principium actionis, ut possit
habens in se principium motûs sive mutationis, verbe-
ratur *τὸ ἀνοτιντρον*, uti vocat Plato; cum econtra Ma-
teria sit solùm passiva & impulsu indigeat ad agen-
dum, *agitur ut agat*: at si anima seipsâ activa est, ut
revera est, ob id ipsum non est profus ex se indiffe-
rens ad actionem uti materia; & in seipsa aliquid re-
periat necesse est, per quod se ipsa determinet. Et qui-
dem secundùm Harmoniæ præstitutæ systema anima
in seipsa & in natura sua ideali, quæ existentiam antea
est, determinationum suarum rationes rebus circum-
stantibus omnibus attemperatas reperit. Hoc patet
in statu puræ possibilitatis ab æterno determinatæ.

in omnia bona obvia feruntur, sed voluntas consequens, quæ ex illis resultat, versus partem efficacius propositam sese convertit.

326. Hæc tamen inclinationum præponderatio nullatenus prohibet quin homo sit actionum suarum Dominus, modò potestate suâ uti noverit. Imperium ejus imperium rationis est. Si animum duntaxat ad obfistendum affectibus tempestivè comparet, quorumlibet etiam vehementissimorum imperum coercere valebit. Fingatur Augustus Cæsar Fabium Maximum neci damnaturus, pro more suo datum sibi à Philosopho quodam consillum exequi & prius Alphabetum græcum recitare quàm quidquam statuat irarus. Hæc una cogitatio & Fabio vitam, & Augusto gloriam servare poterit; Verùm nisi felix quædam hujusmodi cogitatio præsto sit, quæ beneficentiæ alicui Divinæ prorsus singulari debetur interdum, aut nisi quædam industria prius acquisita juverit excitandis cogitationibus tempori & loco congruentibus accommodata, quali pollebat Augustus, affectus rationem superabit. Auriga quidem imperium in equos exercet, si eos regit uti debet & potest; sed si aliquando negligentius agat laxatis frenis.

Fortur equis auriga, nec audit currus habenas.

327. Fatendum est semper in voluntatem nostram satis potestatis inesse nobis, sed non semper venit in mentem illâ uti. Unde palàm fit, uti jam sæpius observavimus, animæ in suas inclinationes imperium esse potentiam, quæ non nisi indirectè possit exerceri, ad eum ferè modum, quo Pontifices potestate in Regum temporalia pollere volebat Bellarminus. Equidem actiones externæ, quæ vires nostras non excedunt voluntate nostra pendunt absolute, sed ipsæ nostræ volitiones non pendunt ab illa nisi per quædam divitiacula solerter quæsitæ, quæ consilii nostri vel suspendend

endi vel mutandi viam nobis suppeditant. Domi imperamus, non uti Deus in mundo, qui *dixit & facta sunt*, sed veluti Princeps sapiens in sua ditione vel uti bonus Pater-familias in sua familia. Baylius interdum eum aliter accipit, quasi nostrum in actiones nostras imperium absolutum, & à rationibus ac viis sive mediis independens esse deberet, ut de arbitrii libertate merito possimus gloriari. Sed ne Deus quidem ipse tale habet aut habere debet, nam mutare naturam suam non potest, neque aliter agere quam ordinatè, ut quâ, obsecro, ratione se homo derepente transformare posset? Dixi jam supra, imperium Dei, imperium sapientis, imperia sunt rationis, solus tamen Deus voluntates habet maximè desiderabiles, unde fit ut illas mutandi potentiâ minimè indigeat.

328. *Si anima domi sua imperaret.* (inquit Baylius pag. 753.) *simul atque voluerit, hic dolor, hic maestas, hic repensata de affectibus victoria comites evanescent.* Ad hoc obtinendum sufficeret, ejus sententiâ dare sibi indifferentiam erga affectuum objecta. (pag. 758.) *quid igitur causa est (inquit) cur indifferentiam istam sibi non dent homines, si domi imperant, & actionum varietas sunt Domini?* Verùm hæc objectio idem prioris valet ac si quærerem, quare Pater-familias sibi ipse non det aurum quo indiget? hic quidem aurum acquirere potest, sed industriâ suâ non nudo jussu vel affectu, uti poterat Midas, aut fabulosis illarum scemiarum sæculis fiebat quas Fatas vel Fæas vocant. Ut quis sibi det quidquid cupit, non satis esset imperare domi, sed oporteret omnium rerum esse Dominum, non enim omnia domi proveniunt. Et verò dum quis circa se ipse operatur, rem non aliter instituere debet, et dum operatur circa res alias. Objecti primùm constitutionem & qualitates pernoscere, tum deum ei suas operationes accommodare necesse habet.

328. PARS TERTIA *Super Bonitate Dei*,
Non ergo momento unico, nudoque voluntatis actus,
aliquo nos ipsi corrigimus, aut meliorem acquirimus
voluntatem.

329. Juvat nihilominus animadvertere, dolores
ac molestias quæ reportatam de affectibus victoriam
comitantur, quibusdam in gaudium ingens converti,
quod è mentis suæ virium & gratiæ Divinæ conscien-
tia percipiunt. Qua de re Ascetæ verique Mystici ex-
perientiâ magistrâ loqui possunt, imò & genuinus
Philosophus nonnihil quod hîc dicat habet. Pertingit
utique ad statum adeò felicem potest, estque hæc via
una è præcipuis, quibus anima ad firmandum imperi-
um suum uti valet.

330. Quod si Scotistæ ac Molinistæ videntur in-
differentia vaga favere (videntur, inquam, dubito
enim an id seriò faciant, ubi eam bene perspectam ha-
buerint) Thomistæ certè & Augustiniani prædeter-
minationi patrocinantur. Alterutrum enim est neces-
sarium. S. Thomas Aquinas ad solidum tendere so-
let; Subtilis Scotus dum Aquinati contradicere studet,
sæpe res obscurat potius quàm illustrat. Thomistæ
Magistrum suum sequuntur communiter, nec ani-
mam sese determinare concedunt, nisi prædetermina-
tam; sed Recentiorum Thomistarum prædetermina-
tio non est fortassis omnino illa quâ opus est. Duran-
dus à S. Porciano, qui frequenter in opinando singu-
laris erat, & concursui Dei speciali refragabatur, non
tamen idcirco prædeterminationem aliquam repudia-
vit. Censuit enim Deum in anima & rebus eam cir-
cumstantibus ipsarum determinationum animæ ri-
tionem intueri.

331. Idem ferè quod Thomistæ hac in re, sententia
Stoici veteres, qui simul determinationem astruebant
& negabant necessitatem; quanquam inductæ res
omnium necessitatis insimulati sint. Cicero Libro 2
F

ato Democritum, Heraclitum, Empedoclem, Aristotelem censuisse dicit omnia ita fato fieri, ut id factum necessitatis vim haberet; alios verò (forſan Epicurum & Academicos intelligit) fuiſſe, quibus videtur ſine ullo fato eſſe motus animorum; Chryſippum verò tanquam arbitrum honorarium, medium mere voluiſſe. Arbitror falli Tullium de Aristotele, ut contingentiam & libertatem agnovit ſi quis alius, id longius quàm par erat progressus eſt, dum dixit imprudens, ut opinor) enunciaciones de futuris contingentibus non eſſe determinatè veras, in quo quidem à Scholaſticis plerique meritò deſertus eſt. Cleantes ipſe, Magiſter Chryſippi, quanquam futurorum eventuum determinatam veritatem tueretur, eorum tamen inficiabatur neceſſitatem. Quòd ſi Scholaſtici, quibus de futurorum contingentium determinatione tantopere perſuaſum eſt, (uti Patribus Combricenſibus celebris curricula Philoſophici auctoris erat perſuaſum) perſpexiſſent rerum nexum, ſalem Harmoniæ generalis Systema exhibet, judiſſent, ni fallor, certitudinem præviã aut determinationem futuritionis admitti non poſſe, quin prædeterminatione rei quædam in cauſis rationibusque ſuis imittatur.

323. Marcus Tullius illud Chryſippi medium conatus eſt explicare nobis; Sed Juſtus Lipſius in *Philosophia ſua Stoicorum* notavit locum Ciceronis eſſe utilem, & totam Philoſophi hujus Stoici ratiocinationem ab Aulo Gellio nobis eſſe conſervatam (Noct. tit. lib. 6. Cap. 2.) damus illam in compendio, quum eſt ſempiterna quædam & indeclinabilis ſeries rerum & catena. Aliarum opinionum ſectarumque Auctores huic definitioni, ita obſtrepunt: inde ſeſi motus voluntatis eſſe neceſſarios, & nocentium legibus iniquè conſtitutas, ſi homines ad male-

ficia non sponte veniunt sed fato trahuntur. Contra Chrysippus ait, malum à primigenia constitutione animarum provenire, quæ partem facit seriei fatalis, ingenia si per naturam primitus salutariter utiliterque facta sint, omnem illam vim quæ de fato extrinsecus ingruit, inoffensius tractabiliusque transmittere. Sin- verò sunt aspera & incerta & rudia, nullisque bonarum artium adminiculis facta, voluntario impetu in flagitia & errores ruere. Tum Chrysippus [Tullio referente) causarum alias esse inquit perfectas & principales, alias adjuvantes & proximas, ac cylindri comparatione utitur, cujus volubilitas, velocitas ac facilitas in motu à cylindri figura præcipuè oritur, lentius decurreret, si asperum corpus & contragosum foret. Indiget tamen impulsu sicut anima objectorum sensuum sollicitatione eget, & impressionem recipit secundum constitutionem præsentem.

333. Arbitratur Cicero eas in difficultates delatæ Chrysippum, ut necessitatem fati confirmet invitus. Idem ferè sentit Baylius [Diction. Art. Chrysippus lit. H) Ait hunc Philosophum istâ lacunâ nunquam emerfurum, cum cylindrus, quod lævis aut asper sit, ab artifice habeat. Unde fiet ut Deus, Providentia ac fatum sint causæ mali & quidem ad illud compellentes. Respondet Justus Lipsius [Dissertat. 14. lib. 1.) Stoicos mali principium in materia constituisse; perinde [meâ sententiâ) ac si dixisset, saxum, quod artifex expolivit, ruidius & inæqualius fuisse quàm ut Cylindrus inde bonus exiret. Baylius adversus Chrysippum profert Onomai & Diogeniani fragmenta apud Eusebium Præparationis Evangelicæ lib. 6. Cap. 7. 8. & maximè insistit refutationi quam Plutarchus libro de communibus notitiis adversus Stoicos inseruit & Baylius ipse retulit Artic. *Paulician* lit. G. Verùm tanti non est ista refutatio. Contendit

Plutarchus tollendam Deo potentiam potius quam concedendum Ei malorum permissionem, negatque malum ad bonum majus conferre posse. Atqui supra ostendimus, Deum non idcirco non esse omnipotentem, quod nihil melius facere possit quam producere optimum, quod mali permissionem continet, aliamque fecimus plus quam semel id quod in parte aliqua sigillatim sumpta incongruum est, ad totius perfectionem posse conferre.

334. Viderat aliquid ejusmodi Chrysippus notatum quarto suo *Ἐπιπέποιτος*, libro apud Gellium lib. 6. Cap. 1.) ubi vult bonum intelligi non posse, nisi ex mali oppositione (quæ ratio hæc non sufficit) sed adhuc melius, dum Dramatis exemplo utitur libro secundo de Natura (uti Plutarchus ipse refert) dicens, Comœdia quædam interdum esse insipida per se, ut tamen poemati toti aliquid venustatis addant. Epigrammata sive inscriptiones vocat Chrysippus. Nobis Comœdiæ veteris natura non satis perspecta est, ut nunc Chrysippi locum penitus intelligere possimus; sed cum Plutarchus assentiat, fas est existimare, non ineptam fuisse comparisonem. Respondet itaque Plutarchus Primò, mundum non esse ludicri Dramatis instar. Sed malè respondet, in hoc enim solum comparatio sita est Chrysippi, quod pars mala totum melius efficere possit. Respondet secundò maxime illud exiguum duntaxat Comœdiæ partem esse, cum contra vita humana malis scateat; sed neque responsum illud valet: considerare quippe debuerat Plutarchus id quod nobis notum est esse minimam universi partem.

335. Sed redeamus ad Chrysippi Cylindrum: merito ille pronunciat vitium è primigenia quorundam ingeniorum constitutione nasci: Objicitur, Deum primigenia illa condidisse: nec Chrysippus effugere poterat

terat nisi per imperfectionem Materiae quae Deum melius facere non sinebat. Sed effugium istud nullum est, ipsa namque materia indifferens est ad formas omnes, & à Deo creata est. Malum provenit à formis ipsis, sed quae à rebus abstractae sunt; hoc est, ab ideis quas suae voluntatis actu non magis produxit Deus, quam numeros & figuras, & ut verbo dicam, non magis quam essentias quaslibet possibiles, quae pro aeternis & necessariis habendae sunt, nam in ideali possibilium regione, id est, in intellectu Divino resident. Deus itaque auctor non est essentiarum, quatenus haerentiae possibilitates sunt; attamen nihil existit actuale cui ipse non decreverit dederitque existentiam: permisit autem malum quia in optima omnium, quae in regione possibilium reperiebatur, idea malum involvebatur, & hanc idem summa sapientia non adoptare non poterat. Atque haec notio sapientiae, potentiae bonitatisque Divinae simul satisfacit, nec tamen ingressum malo praeccludit. Nempe Deus tantam, quantam universum capere potest, perfectionem creaturis impertitur. Impellitur Cylindrus, sed quod in ejus figura asperum est, motus celeritatem moderatur. Haec Chrysippi comparatio non multum abludivit à nostra, quae à navi onusta desumebatur, quam flumen propellit, sed eò lentius, quo fuerit navis onustior. Ambae comparationes istae eundem scopum spectant. Atque inde videre licet, si veterum Philosophorum sententiae magis perspectae nobis forent, nos in illis plus, quam passim creditur, reperturos esse rationis.

336. Baylius ipse locum Chrysippi commendat [Artic. Chrysippus lit. T.] quem A. Gellius ibidem refert, ubi Philosophus iste malum per concomitantiam agnatum esse contendit. Id etiam ope nostri Systematis elucidatur; ostendimus enim malum à Deo permissum non esse voluntatis Ejus objectum velut finem

finem aut medium, sed solum velut conditionem, utpote quod optimo adherere debebat. Fatendum tamen est Chryssippi Cylindrum objectioni de necessitate non satisfacere. Addendum erat primum, quod per electionem Dei liberam fiat ut e possibilibus aliqua existant; deinde creaturas rationales etiam liberè agere iuxta naturam suam primigeniam, quæ jam tum in ideis æternis inveniebatur, denique quod objectionis voluntatem quidem inclinet, non tamen necessitet.

337. Libertatis in creatura repertæ perfectio sine dubio eminenter in Deo existit, intellige eam quæ pura perfectio est & quæ nullam imperfectionem attingit. Nam posse falli & posse aberrare, imperfectio est; imperare autem affectibus perfectio quidem est, sed quæ imperfectionem, affectum videlicet ipsum ponit, cujus Deus est incapax. Meritò dixit Scotus, si Deus non esset liber & à necessitate immunis, creaturam liberam fore nullam; at Deus nullâ prorsus in re indeterminationis omnimodæ capax est; nec ignorare, nec dubitare, nec judicium suspendere potest. Ejus voluntas semper est fixa, nec nisi per optimum figi potest. Deus etiam voluntatem particularem primigeniam, hoc est à legibus sive voluntatibus generalibus independentem habere nunquam posset, esset enim hujusmodi voluntas præter rationem, nec de Adamo, de Petro, de Juda ullove alio individuo statuere posset, nisi statuendi ratio aliqua præsto esset, hæc ratio necessariò ducit ad enuntiationem aliquam generalem. Sapiens semper agit *per principia*, semper agit *per regulas*, & nunquam per exceptiones, nisi cum regulæ concurrunt invicem præcedentias contrarias, & tunc regula fortior præponderabit; alioquin aut se mutuo præpedient, aut certè utrumque inane aliquod inde resultabit; & his casibus altera regula

regula alteri exceptionis instar erit; nec ullæ unquam apud eum qui semper ordine agit, *exceptiones originales* reperiuntur.

338. Si qui sint, qui putent electionem & reprobationem ex parte Dei fieri per potestatem aliquam despoticam ab omni ratione, non tantum manifesta, sed etiam occulta absolutam, hi profectò opinionem tumentur, quæ naturam rerum juxta & divinas perfectiones subvertit. Hujusmodi *decretum absolute absolutum*, ut ita loquar, esset sine dubio intolerabile. Lutherus & Calvinus ipsi ab eo statuendo procul abfuerunt: ac ille quidem sperat fore ut in futura vita justæ electionis Divinæ rationes à nobis comprehendantur. Hic verò disertè protestatur has rationes esse justas ac sanctas, licet nobis ignotas, supra citavimus in hanc rem Calvini de Prædestinatione tractatum, cujus hæc ferè sunt verba: Deus ante Adæ lapsum, quid sibi facto opus foret deliberaverat, idque ob causas nobis occultas. . . Restat itaque ut partis hominum reprobandæ justas causas habuerit, sed nobis **IGNOTAS.**

339. Verissima hæc sententia: quidquid Deus facit, maximè rationi consentaneum esse, nec melius fieri potuisse, omnem hominem sani judicii statim percellit, & assensum, ut ita dicam extorquet. Et tamen fato quodam accidit ut Philosophi quidam acutissimi eam in dubium vocent, & in progressu astuque disputationis in prima rationis principia sub vocabulorum involucre non agnita quandoque impingant imprudentes. Vidimus supra, quomodo Vir præstantissimus Baylius quantumvis perspicax principium jam relatam, quod certissima est supremæ Dei perfectionis consecrarium, impugnârit: nempe causam Dei agere se hac ratione credidit eumque ab imaginaria necessitate immunem reddere, concessâ Eî eligendi

gendi inter plura bona minoris facultate. Meminimus supra Cl. Diroisii aliorumque qui miræ huic opinioni nimium quantum receptæ adhæserunt. Non advertunt illius Patroni hoc pacto falsam Deo libertatem conservari, vel potius affingi, scilicet libertatem agendi contra rationem, Dei opera correctioni obnoxia reddi, nobisque penitus adimi potestatem, imò & spem quidquam circa mali permissionem rectè & cum ratione dicendi.

340. Aberratio ista, Baylii ratiociniis plurimum officit & viam ipsi præcidit multis è difficultatibus emergendi. Neglectus magni illius principii, quòd nihil sine ratione fiat & indifferentiæ vagæ amor fecit, ut etiam *leges natura* arbitrarias & indifferentes esse censeret, objiceretque Deum ad finem suum in regno gratiæ melius pervenire potuisse, si legibus illis non inhæssisset, si sæpius ipsas missas fecisset, aut etiam alias constituisset. Id autem maxime verum esse censebat de lege unionis animæ cum corpore, opinatur enim cum Cartesianis recentibus qualitatatum sensilium ideas, quas Deum occasione motuum corporis, animæ impertiri putant, nihil habere quod motus corporis repræsentet aut illis simile sit. Ita in mero Dei arbitrio erat, caloris frigoris, luminis cæterarumque qualitatatum eas quas nunc experimur ideas aut prolixius alias nobis largiri. Miratus sum frequenter hominibus tam eruditis sententias tam parùm Philosophicas, tamque primis rationis effatis contrarias probari potuisse. Nihil enim Philosophiæ alicujus imperfectionem luculentius indicat, quàm si Philosophus fateri cogatur aliquid in systemate suo reperiri, cujus ratio nulla existat. Id sanè tantundem est ac atomorum Epicuri declinatio. Sive Deus sive natura operetur, suæ nunquam rationes operationi deerunt. Ac in naturæ quidem operationibus rationes istæ vel à veritatibus

336 PARS TERTIA De Bonitate Dei,
tatibus necessariis vel à legibus, quas Deus rationi
conformiores esse judicavit, petentur; in operationi-
bus autem Dei ab electione suprema Rationis, qua
Deus ad agendum movetur, dependebunt.

341. Petrus Silvanus Regis celeberrimi Cartesii affe-
cta Metaphysicæ suæ parte 2. libro 2. Cap. 29. rectè
asseruerat facultates homini à Deo concessas omni-
um, quarum homo juxta generalem naturæ ordinem
capax fuerat, esse præstantissimas. *Si, inquit, sola
Dei potentia & hominis natura secundum se conside-
rentur, Deus hominem perfectiorem reddere potuisse
facillimè concipitur; at si homo non in se ipso & à
reliquis creaturis separatus, sed velut universi mem-
brum ac pars generalibus motuum legibus subiecta
consideretur, agnoscendum erit, hominem, quàm po-
tuit perfectissimum, esse constitutum.* Subdit: nos non
concupere quòd Deus ullam corpori conservando ratio-
nem aptiorem adhibere potuerit, quàm dolorem, qui
vitare, quàm licet, admonemur quæ nos destruere pos-
sint. Rectè Cl. Regis ait generatim, Deum meliùs
quàm fecerit, respectu totius facere non potuisse. Et
quamvis in quibusdam universi regionibus animalia
rationalia forsitan existant homine perfectiora, bene
tamen id à Deo factum judicabimus, neque limites
operationi Ejus præscribendos, sed omnigenas spe-
cies, alias aliis perfectiores meritò conditas fuisse. Nec
fortassis impossibile est extare alicubi speciem animi-
lium homini valdè similiam, nobisque perfectiorum.
Imò fieri potest, ut genus hominum ad majorem eâ,
quam nunc concipere animo possumus, perfectionem
aliquando pertingat. Non igitur leges motûs prohi-
bent quominus homo perfectus sit, sed potius locus,
quem Deus in spatio & tempore assignavit homi-
ni, perfectiones quarum capax fuerat circumscri-
psit.

342. Dubito equidem ipse cum Baylio, num dolor ad homines periculi admonendos sit necessarius; vereor tamen ne longius abreptus sit [Resp. ad Provinc. Cap. 77. Tom. 2. pag. 104.] dum existimare videtur, perceptionem delectationis paria dolori efficere posse, Deumque ad prohibendum ab igne puerum ei delectationis ideas impertiri potuisse eò majores, quò magis ab igne recessisset. Hæc ratio respectu malorum omnium iniri posse vix videtur nisi miraculo. Ordini magis consonum est, ut id quod nimis propinquum noceret, minus propinquum mali præsentionem saltem afferat. Agnosco tamen præsentionem istam aliquid dolore levius esse posse, & plerumque ita esse, doloremque adeò ad præsentis periculi fugam minimè necessarium videri, & ad punitionem potius inservire solere, eò quod in malum nos reverè conjecerimus, & ad monitionem ne aliàs in illud res labamur. Multa quoque mala dolorem afferunt quæ vitare non possumus, & quia continuitatis in corpore nostro solutio diversimodè poterat contingere, naturale erat hanc corporis imperfectionem aliquo imperfectionis sensu in anima repræsentari. Nolim tamen affirmare pro certo, nulla in universo extare animantia quorum compages tam artificiosa sit, ut continuitatis solutione non magis doleant, quàm illi quibus membrum gangrenâ vitiatum abscinditur. Quin imò dari possent, quibus pareret voluptatem, quasi quis sese duntaxat scalperet, dum scilicet solutione illâ libertatem quandam acquirerent à vinculo perfectionum quarundam exercitia suspendente, & his animalibus corpus crassum foret instar carceris.

343. Nihil etiam vetat extare in mundo animantia similia illi quod Cyrano de Bergeraco in solis globo peregrinanti occurrit. Hujus animalis corpus fluidum quoddam erat ex infinitis animalculis ad majoris

338 PARS TERTIA *Super Bonitate Dei*,
animalis vota se componere natis collectum. Unde
momento temporis, quam libuisset formam aut figu-
ram induebat, nec magis ei nocebat solutio continui-
tatis quam remus impactus mari. Sed hæc quidem
animalia non essent homines, nec in globo nostro hæc
saltem ætate existunt. Non permisit autem Dei syste-
ma Globum nostrum carere animali rationali carne
& ossibus vestito, quem structura sua doloris capa-
cem facit.

344. Sed Baylius alio prætereà principio adductus
nobis refragatur, eo nempe cujus paulò ante memini-
mus. Existimare videtur, ideas quibus corporis quali-
tates anima percipit, esse prorsus arbitrarias. Unde
Deus facere potuisset ut continuitatis solutio volupta-
tem nobis attulisset. Ipsas adedò leges motus planè
arbitrarias esse contendit. *Scire velim*, inquit (Cap.
166. Tom. 3. pag. 1080. *an Deus aliquo sua liber-
tatis indifferentia actu generales communicationis
motuum & particulares unionis anima humana cum
corpore organico leges statuerit, necne? Si statuit libe-
rè, leges prorsus alias præscribere poterat & adopta-
re systema ex quo nec malum morale, neque physicum
sequeretur; Sin verò suprema sapientia Deo necessita-
tem imposuit constituendi leges, quas reipsa tulit, ha-
bes purum putumque fatum Stoicum. Nempe sapientia
Deo viam monstraverit, à qua non magis deflectere
potuerit, quam se ipse destruere.* Objectio hæc satis
superque diluta fuit. Necessitas illa solùm moralis est.
Felix enim verò necessitas ad observandas perfectæ
sapientiæ regulas impelli.

345. Adhæc leges motûs à multis arbitrariæ
circo censerî mihi videntur, quia pauci illas rite
penderunt. Constat hodie Cartesium in illis con-
stituendis valde errasse. Demonstravi conservacionem
eiusdem quantitatis motûs in natura locum habere

non posse; comperio tamen eandem quantitatem virtutis tam absolutæ quam directivæ tam totalis quam partialis conservari. Principia mea, quæ argumentum istud penitus exhaurire videntur, necdum divulgavi omnia, sed cum amicis idoneis talium iudicis communicavi qui ea valdè probavere, jamque annulos eruditionis spectatæ viros à pristina sententiâ diduxerunt. Detexi pariter leges motûs quæ in natura verè existunt & experimentis comprobantur, non se quidem absolutè demonstrabiles Geometricè, sed que id necessarium esse, neque enim illæ penitus è principio necessitatis, sed è principio perfectionis & ordinis derivantur, sunt enim effectus electionis & scientiæ Dei. Hæ leges variis à me modis demonstrari possunt, sed semper aliquid ponendum est quod non est prorsus Geometricè necessarium. Unde fit ut elementes illæ leges mirabile sint Entis supremi intelligentis ac liberi argumentum adversus systema necessitatis absolutæ brutæque à Stratone, aut Spinoza inventum.

346. Inveni legum harum rationes reddi posse, ponamus quòd effectus semper æquet vim causæ, id est, quod in idem recidit, quòd eadem vis semper convertetur. Verùm hoc ipsum axioma à Philosophia radam superiori profectum Geometricè demonstrare nequit. Possunt etiam alia generis ejusdem principia adhiberi, quale istud est, quòd actio semper sit equalis reactioni. Hoc principium ponit in corpore repugnantiam quandam ad mutationem ab externo, neque ex extensione aut impenetrabilitate eliciri potest, quemadmodum nec alterum hoc principium: quòd motus simplex easdem proprietates habeat, quas habere posset motus compositus idem translationis ænomenon producturus. Hæ hypotheses plausibilissimæ sunt, & in explicandis motûs legibus felici-

ter procedunt. Nihilque eis convenientius est, maxime cum recipiuntur. Sed nulla in eis necessitas absoluta reperitur quæ nos illas admittere cogat, ut Logica, Arithmetica aut Geometriae regulas cogimur admittere, ne in contradictoria incidamus.

347. Indifferentiam sanè materiae ad motum & quietem consideranti videtur corpus majus quiescens à corpore minori moto sine resistantia ulla posse moveri, quo casu actio daretur sine reactione, & effectus major suâ causâ. Nec etiam ulla jubet necessitas motui sphaerae per planum Horizontale æquabili velocitate, ut A, decurrentis, tribuere proprietates ejus motus quem in navi haberet sphaera tardiolem, sed accedente navis motu, ex ripa spectanti eandem velocitatis A apparitionem vel idem translationis phaenomenon daturum. Nam licet eadem apparentia velocitatis & directionis ratione navis motæ resultet, non tamen idcirco eadem res est. Interim effectus sphaerarum concurrentium in navi, quarum singularum motus proprius additus motui navis, speciem ejus, quod extra navim fit, exhibet, comperiuntur etiam exhibere speciem effectuum quos eadem hæ sphaerae extra navim concurrentes producerent. Pulchrum istud quidem, sed tamen absolutè necessarium esse non apparet. Motus in utroque Trianguli rectanguli latere motum aliquem in hypotenufa componit, nec tamen inde sequitur, globum in hypotenufa motum debere eundem præstare effectum quem duæ sphaerae priori æquales in utroque latere motæ præstarent. Et tamen id verum esse deprehenditur. Nihil eventus isto congruum magis, & Deus leges talia producturas elegit, sed Geometrica necessitas hinc apparet nulla. Verùm hic ipse defectus necessitatis, legum à Deo electarum elegantiam exaggerat, in quibus egregia simul axiomata multa concurrunt, inter quæ utrum primigenium sit, dicere nequeas.

348. Ostendi præterea insignem illam *continuitatis* observari *legem*, quam fortasse primus protuli, quæque lydiæ lapidis instar est, cujus probationem excogitatæ à Cartesio, Honorato Fabio, Ignatio Gastone Pardizo, Malebranco aliisque regulæ non sustinent, uti olim in Baylianis Reip. Literariæ Novellis ex parte ostendi. Vi hujus legis quies veluti motus post continuam diminutionem evanescens considerari posse debet, & pariter æqualitas vel inæqualitas etiam evanescens, uti accideret per diminutionem continuam corporis majoris è duobus inæqualibus, dum interim corpus minus molem suam servat invariata. Hac consideratione positâ generalem corporum inæqualium aut motorû regulam corporibus æqualibus, aut iis quorum alterum quiescit, tanquam particulari exemplo regulæ applicabilem esse oportebit; quod in genuinis motuum legibus bellè succedit, non item in quibusdam legibus, quarum autores fuere Cartesius aliique nonnulli viri eruditi, quæ ob id ipsum perperam excogitatæ fuisse comperiuntur, ita ut prædici possit experientiâ minimè confirmatum iri.

349. His ex considerationibus satis liquet leges naturæ quibus motus temperantur, nec esse prorsus necessarias neque prorsus arbitrarias. Medium ergo tenendum est nempe quòd sint sapientiæ perfectissimæ delectus. Et hoc grande legum motûs exemplum manifestissimè demonstrat quantum sit inter hæc tria discrimen: primò scilicet *necessitatem absolutam*, Metaphysicam sive Geometricam, quæ & cæca potest appellari, nec nisi ab efficientibus causis pendet; Secundò *necessitatem moralem*, quæ à libera sapientiæ electione oritur, respectu causarum finalium; Tertio denique aliquid *prorsus arbitrarium* pendens ab indifferentia æquilibri quæ fingitur sed existere nequit, in quo nulla ratio sufficiens adest, nec ex parte causæ effi-

342 PARS TERTIA, *Super Bonitate Dei*
cientis nec etiam ex parte finalis. Atque aded, id quod
est simpliciter & absolutè necessarium cum eo quod per
rationem optimi determinatur, aut libertas sese per ra-
tionem determinans cum indifferentia vaga non rectè
confunduntur.

350. Et hoc ipsum motam à Baylio difficultatem
planè diluit, verito, ne si Deus per omnia determin-
tus sit, natura eo carere possit, & effectus Deo tim-
ros necessitate ordinis rerum producere; quod qui-
dem verum foret si regulæ motûs aliæque naturæ le-
ges in Geometrica causarum efficientium necessitates
fundarentur. Sed analyfin ultimam instituendo ad
quidpiam, quod à causis finalibus vel congruentia de-
pendeat, deveniendum esseprehenditur. Hac etiam
consideratione præcipuum & speciosissimum Natu-
ralistarum fundamentum everitur. Joannes Joachi-
mus Becherus Medicus Germanus à Chymicis libris
motus præcationem quandam composuerat, quæ pe-
riculum ei creavit, cujus initium erat. *O sancta natu-
ra, æternæ rerum ordo.* Dicebat autem ibi, naturam
suos ipsi defectus condonare debere, ut pote quorum
autor ipsa foret; at enim natura rerum, si sine intelli-
gentia sumatur, nihil habet quod satis determinet.
Non veniebat in mentem Bechero, autorem rerum si-
ve *Naturam naturantem* bonam ac sapientem esse, &
posse nos esse pravos ita ut illa scelerum nostrorum
haud sit confors. Dum improbus aliquis existit, in-
ventam à Deo fuisse oportuit in possibilium regione
talis hominis ideam inclusam rerum seriei, cujus de-
ctionem exigebat major universi perfectio, & in qua
defectus & peccata, non modo puniuntur sed etiam
magno cum favore pensantur & ad majus bonum
conferunt.

351. Baylius tamen ampliùs paulò quàm parca
electionem Dei liberam prolatavit; nam de Peripar-

tico Stratone loquens (Respons. ad Provinc, Cap. 180. pag. 1239. Tom. 3.) qui naturæ cujusdam brutæ necessitate facta fuisse omnia contendebat, vult hunc Philosophum si rogatus fuisset : *Quare arbor ossium venarumque formandarum virtute careat, potuisse vicissim interrogare ; quare materia tres præcisè dimensiones habeat ? cur dua non sufficerent , aut quare non habeat quatuor ? si respondisses, tribus dimensionibus nec plures neque pauciores esse posse , sciscitatus fuisset hujus impossibilitatis causam.* Ex his verbis judicare licet Baylium suspicatum fuisse , dimensionum materiæ numerum à Divina optione pendere, uti pendebat facere vel non facere ut arbores animalia producerent. Et quis scit an non in quibusdam plantarum globis aut adedò in terris in remotiori aliqua universi regione positis vera sit fabula Stoicarum Bernacularum (quod avium genus ex abjetibus nasci ferebatur) imò an non quædam sint regiones, in quibus verum sit illud :

Populos umbrosa creavit

Fraxinus & fatâ viridis puer excidit alno.

Non sic de dimensionibus materiæ suspicari licet, quarum numerus ternarius determinatus est , non per rationem optimi , sed ex Geometrica necessitate. Nimirum quia demonstrare Geometræ potuerunt non dari nisi tres lineas rectas inter se perpendiculares, quæ se eodem in puncto secare possint. Nihil aptius deligi poterat ad demonstrandum discrimen quod intercedit inter necessitatem moralem in sapientis electione positam , & brutam Stratonis ac Spinosistarum , qui Deo intellectum voluntatemque denegent. Id enim discrimen ob oculos ponit differentia reperta inter rationem legum motûs & rationem numeri ternarii dimensionum, quarum illa in electione optimi, hæc in necessitate Geometrica cæcaque sita est.

352. A legibus corporum, hoc est, à regulis motûs accedamus ad leges unionis animæ & corporis, in quibus etiam Baylius indifferentiam aliquam vagam, aliquid merè arbitrarium invenire sperat. Sic enim loquitur Responsione ad Quæsitâ Provincialis (Cap. 48. pag. 163. Tom. 2.) *Quæstio molesta atque difficilis est, utrum corpora virtutem aliquam habeant anima humana bene malève faciendi. Si ais, in horrendum te labyrinthum conjicis, cum enim hominis anima sit experta materia substantia, dicendum erit matum localem certorum corporum, efficientem esse causam cogitationum mentis, quod evidentissimis Philosophia notionibus adversatur. Si negas, fateri cogèris, organorum nostrorum in cogitationes nostras influxum, nec ab internis materia qualitatibus, nec à legibus motûs sed à arbitraria institutione pendere Conditoris. Fatendum igitur erit ponere Dei arbitrium absolute fuisse, ut has vel illas anima nostra cogitationes his aut illis corporis nostri modificationibus alligaret, etiam postquam omnes actionis corporum inter se leges fixerat. Unde fit, nullam in universo extare portionem materia cujus vicinia nobis obesse possit, nisi quantum Deus ita vult, atque adeò terram equè idoneam esse quàm ullum alium locum, ut in ea beatam agere vitam homines possint. Donique manifestum est ad impediendas malas libertatis electiones necesse non esse, hominem è terris aliò transferri, cum Deus circa quosvis voluntatis cujuslibet actus efficere in terra possit quidquid circa prædestinatorum opera efficit, dum eorum eventum desinit, sive per gratias efficaces, sive per sufficientes, quas sine ullo libertatis incommodo semper consensus mentis consequitur. Equè facile esset ipsi in terra quàm in celo animas nostras ad electionem bonam determinare.*

353. Equidem assentior Baylio, Deum corporibus anima-

animabusque talem in hoc terræ globo constituere potuisse ordinem, sive per vias naturales sive per gratias extraordinarias, ut paradysus hic perpetuus fuisset, & prægustatio quædam statûs cœlestis Beatorum. Imò nihil vetat, quominus aliæ terræ sint hac nostrâ feliciores. Sed Deus justis de causis voluit nostram talem esse qualis est (ut verò, quemadmodum Baylius vult, eodem manente in hoc globo statu corporum melius tamen esset animabus, rationi consentaneum non erat.) Et ut meliorem hîc statum possibilem fuisse Baylius probaret, non ei necesse fuerat ad causarum occasionalium systema confugere plenum miraculis & hypothesebus quas nullâ ratione fulciri fatentur ipsi ejus Architecti. Utrumque hoc virium systema à genuinæ Philosophiæ indole quàm maximè alienum facit. Miretur quis primâ fronte, Baylium non meminisse *Systematis Harmoniæ præstituta*, quod & ipse expenderat aliàs, & hîc erat perquam opportunum. Verùm quia hoc in systemate omnia catenata sunt & harmonica, omnia per rationem procedunt, nihilque vacuum & temeratio omnimodæ indifferentiæ arbitrio relinquitur, non videtur hoc loco commodasse Baylio in indifferentias istas hîc paulò proniori, quas tamen alibi tam validè impugnabat. Facile quippe ab uno extremo transibat ad aliud.

*Nil aequale homini fuit illi, nil fuit unquam
Sic impar sibi.*

Non id quidem animo malo aut contra conscientiam, sed quia circa controversiam quæ agitabatur, nihil dum in mente constitutum habebat. Quidquid adversario, qui cum in præsentî digladiabatur, molestando idoneum vastissima memoria ingeniûmque suggererat, id in usum suum convertebat scilicet, cruci Philosophis figendæ & imbecillitati rationis demonstrandæ unicè intentus. Nec ab Arcesila ipso aut Carneade,

346 PARS TERTIA *Super Bonitate Dei,*
majori cum eloquentiæ ingenique apparatus utram-
que contradictionis partem propugnata[m] fuisse ar-
bitror. Verum enimverò dubitare nos non oportet
ut dubitemus. Dubitationes graduum instar esse de-
bent, quorum ope ad veritatem ascendatur. Quod
ipsum defuncto Abbati Fucherio dictitabam, cuius
specimina quædam indicant consilium ipsi fuisse Aca-
demicis tribuere quod Justus Lipsius & Gaspar Sci-
oppius Stoicis, quod Gassendus Epicuro, quodque
Clarissimus Dacerius Platoni tam scitè præstare co-
pit. Nec veris genuinisque Philosophis exprobrari
posse debet quod celebris ille Isaacus Casaubonus
reposuisse dicitur iis qui Sorbonicam ipsi exedram
ostendentes dicebant, tot jam sæculis in ea fuisse di-
sputatam: at quid conclusum? retulit Casaubonus.

354. Pergit Baylius (pag. 166.) *Equidem statu-
tis semel legibus motus, quales nunc in mundo sunt,
prorsus necesse est impactum nuci malleum eandem
frangere, & lapidem, si in hominis pedem ruat, contu-
sionem aliquam vel perturbationem partium afferre.
Sed nihil præterea è lapidis huius humanum in corpore
impulsu sequi potest. Quòd si velis insuper ab illo do-
loris sensum excitari, jam alius Codex, alia leges po-
nenda sunt diversa ab illis, quæ reciproca corporum
actionis & reactionis sunt regula. Confugiendum, in-
quam, ad specialia legum unionis anima cum certis cor-
poribus systema. Cum verò hoc ipsum systema cum al-
tero illo necessarium nexum habeat nullum, Deus dum
unum eligit respectu alterius indifferens esse non desinit.
Itaque bina hæc systemata tanquam res duas, quæ na-
turaliter non reciprocantur, plena cum libertate copula-
vit, atque adeò pro arbitrio sanxit ut corporis vulnera
in anima huius corpori unita dolorem excitarent. Ergo
penes Eum fuit aliud unionis anima cum corpore syste-
ma adoptare. Potuit itaque tale eligere, quæ vulnera*

dentaxat excitarent desiderium remediū validum nec injucundum. Statuere potuit ut omnia corpora quæ hominis capiti jamjam conterendo, vel cordi transfundendo imminerent, vivacem periculi ideam excitarent, sicque idea ista causa foret ut corpus se statim ætæni subduceret. Hac omnia citra miraculum peracta fuissent, de his enim omnibus leges generales extitura fuisset ponuntur. Systema quod experientiâ magistrâ novimus, nos docet determinationem motûs certorum corporum vi desideriorum nostrorum immutari. Potuit itaque inter desideria nostra & motum certorum corporum combinatio fieri, qua succi nutritivi sic modificarentur, ut bona corporum nostrorum temperies nunquam alteraretur.

355. Cernimus Baylium existimare, quidquid per leges generales efficitur, citra miraculum fieri. Verum satis superque ostendi, legem, nisi in ratione fundata sit, nec ad eventum per naturam rerum explicandum deserviat, non nisi per miraculum executioni dari posse. Sic si Deus statuisset ut corpora semel in circulum acta, in eo motu sine aliorum corporum admiculo perseverare deberent, miraculis Ei perpetuis vel Angelorum ministerio fuisset opus ad hanc legem observandam vel ad hoc mandatum exequendum, ut pote contrarium naturæ motûs sibi relictæ in quo corpus naturaliter deserit lineam circularem ut per rectam tangentem feratur, si nihil impediatur: non itaque satis est Deum nudè statuere ut læsio membrorum perceptionem quandam in animali excitet, sed viæ naturales ad id idoneæ inveniendæ sunt. Vera via quæ Deus efficit ut ea quæ in corpore geruntur anima persentiscat, ex ipsa animæ natura oritur, quæ corporum repræsentativa est, atque ita præformata, ut quæ in ipsa aliæ ex aliis per naturalem cogitationum seriem nascentur repræsentationes, corporum mutationi respondeant.

356. Repræsentatio naturalem cum eo quod repræsentari debet, convenientiam habeat necesse est. Si Deus figuram rotundam per ideam quadrati repræsentari vellet, parùm congrua foret ea repræsentatio, nam in repræsentatione essent anguli & extantia, cum in archetypo æquata & uniformia forent omnia. Repræsentatio non rarò in objectis aliquid supprimit, cum imperfecta est, sed addere nihil unquam potest, hoc enim illam non plùsquàm perfectam sed falsam redderet. Adde quòd suppressio in perceptionibus nostris nunquam est integra & in repræsentatione, quatenus confusa est, amplius aliquid latet quàm in ea discernamus. Itaque judicare fas est caloris, frigoris & colorum aliarumque hujusmodi qualitatum ideas repræsentare reverà exiles motus in organis exercitos dum qualitates istæ sentiuntur, quanquam horum motuum multitudo & exilitas distinctam ipsorum repræsentationem quæ à nobis animadverti possit, prohibeant. Et quemadmodum ferè contingit à nobis cærum flavumque colores in viridi, cujus uti compositionem ita & repræsentationem ingrediuntur, nude oculo non discerni, cum tamen ope microscopii ceruimus id quod viride apparet esse mixtum quoddam è partibus flavis & cæruleis; ita & nostra caloris idea occultam quandam motuum calorem efficientium repræsentationem continebit.

357. Verum quidem est rem eandem diversimodè repræsentari posse, semper tamen inter repræsentationem & rem repræsentatam, atque adedò inter diversas ejusdem rei repræsentationes exacta intercedere certæ relationis convenientia debet. Projectiones optice circuli, quæ in sectiones conicas recidunt, demonstrant eundem circulum per Ellipsin, per Parabolam, Hyperbolam, imò per alium circulum, per lineam rectam & adedò per punctum posse repræsentari. Quid his
figu-

figuris diversius aut dissimilius ? & tamen cujuslibet puncti in uno ad quodlibet respondens punctum in alio relatio, in iisdem exacta servatur. Et verò fatendum est animam quamlibet, mundum universum sibi repræsentare secundum punctum sui visûs, ut ita loquar & per respectum ac rationem sibi propriam ; sed inter res repræsentatas & repræsentationes, itemque diversas ejusdem repræsentationes inter se perfecta semper harmonia subsistit. Quòd si Deus solutionem continui per jucundam perceptionem in anima repræsentari voluisset, utique effecisset ut hæc ipsa solutio ad aliquam corporis perfectionem profuisset, novum ei levamen aliquod afferendo, uti dum onere aliquo sublevamur vel vinculo absolvimur, (aut dum ulcus purulentum aperitur.) Verùm hæc corporum organicorum genera, quanquam possibile sint, nostro tamen in globo non reperiuntur, qui dubio procul caret infinitis machinis quas Deus alibi condidisse potuit. Illud interim nobis satis est, si locus spectetur quem terra nostra in mundo universo tenet, nihil ei melius fieri potuisse quàm quod Deus in illa facit, qui quàm fieri potest optimè statutis à se legibus utitur, cum etiam (quemadmodum sæpius memoratus Petrus Sylvanus Regis laudato loco etiam agnovit) *ipsa leges à Deo in natura constituta omnium qua concipi possint præstantissima sint.*

358. Hactenus dictis, addamus observationem Parisiensis Eruditorum Diarii 16. Martii 1705. quam Baylius etiam Capiti 162. Responsionis ad Provinciale (Tom. 3. pag. 1030.) inseruit. Ubi dum ingeniosus liber de Origine mali à nobis supra laudatus recensetur, dicitur, *solutionem generalem quàm hic liber exhibet, hanc esse, quòd considerandus sit mundus universus tanquam opus è partibus variis unum totum constituentibus compactum: quòd secundum*

350 PARS TERTIA, *Super Bonitate Dei,*
dum natura leges meliùs esse quibusdam partibus non
possit, quin aliis sit pejùs, indeque integrum systema
minùs perfectum resulet. Hoc principium (inquit ob-
servator) bonum est, sed nisi quid aliud addatur, suffi-
cere non videtur, cur enim Deus leges istas statuit è
quibus tot incommoda pullulant ? quærent Philosophi
paulò difficiliore, nonne alias nullis defectibus obnoxias
statuere poterat ? Verbo, cur sibi leges ipse præscripsit ?
Quidni sine legibus generalibus agit, toti potentia, toti-
que bonitati suæ velificando ? Non eò quidem usque
difficultatem promovit Autor noster ; Si tamen evol-
vantur ipsius idea reperietur fortasse, quo pacto nodus
ille solvi possit, sed nihil apud illum hac de re explicatè
traditur.

359. Ego mihi persuadeo acutum hujus excerpti
autorem, dum hanc solvi posse difficultatem credidit,
aliquid hac in re principis meis cognatum in mente
habuisse, & si prosequi cogitata voluisset, verisimiliter,
quanquam præter expectationem suam ad ea fuisse
tandem deventurum quæ respondit D. Regis, nempe
quòd leges à Deo statutz fuerint omnium quæ statui
poterant præstantissimæ ; simulque agnitorum fuisse
quòd Deus non potuerit non statuere sibi leges & ter-
vare regulas ; à legibus enim regulisque ordo omnis
& pulchritudo dimanat, & sine regulis agere est agere
sine ratione. Et eo ipso quòd Deus *totam suam in*
agendo bonitatem exeruit, hinc omnipotentiz ipsius
exercitium sapientiz legibus consentaneum fuit, ut
quàm poterat plurimum boni obtineret : denique
quæ nos pulsant incommoda certo sunt ex ipsa eorum
existencia argumento, quòd optima rerum series talia
abesse non sinebat, quòdque ad boni totius cumulum
complementumque deserviunt. Cui quidem ratioci-
nio Baylius ipse non uno in loco assentitur.

360. Nunc postquam per determinatas rationes
omnia

omnia fieri satis ostendimus, nulla circa hoc Divinæ præscientiæ fundamentum difficultas superesse potest, quamvis enim hæc determinationes minimè necessitent, non ideò tamen tam certæ non sunt, ut futuri præscientiam non afferant. Deus quidem intuitu unico totam hujus universi seriem videt eò ipso dum illud eligit, atque ita successoriâ effectuum cum causis connexionem non indiget ad pernoscos effectus. Sed cum à sapientia sua permoveatur ad eligendam seriem perfectissimè catenatam, non potest non hujus seriei partem quamlibet in quavis altera videre. Inter systematis mei Harmoniæ generalis leges una hæc est: quòd *presens sit gravidum futuro* & qui omnia videt, in eò quod nunc est id quod futurum est videat. Quod amplius est, demonstravi Deum in qualibet universi parte totum universum intueri ob perfectam rerum omnium connexionem. Est enim Deus infinite perspicacior Pythagora qui ex Herculis vestigio proceritatem ejusdem conjectare potuit. Nihil ergo dubitandum quin effectus determinatè sequantur à causis non obstante contingentia, imò nec libertate, quæ ambæ cum certitudine vel determinatione optimè consistere possunt.

351. Durandus à S. Porciano id inter alios egregiè notavit, dum asserit futura contingentia in causis suis determinatè videri, ac Deum omniscium, dum omnia, quæ voluntatem invitare vel absterre possunt, intuetur, in his ipsis videre quam sit partem amplexura. Possem complures alios eandem in sententiam allegare, sed nec ratio sinit aliter judicare. Innuit etiam Jaquelotius (Conformit. pag. 318. & seqq.) uti Baylius observat (Resp. ad Provinc. Cap. 142. Tom. 3. pag. 796.) quòd cordis humani & circumstantiarum ejus dispositiones electionis humanæ inallibilem Deo præbeant cognitionem. Addit Baylius
Moli-

352 PARS TERTIA, *De Bonitate Dei*,
Molinistas nonnullos idem asserere, & remittit ad
quos refert Petrus à S. Joseph Fulienfis, suavis Co-
cordiz pag. 579. 580.

362. Qui determinationem istam cum necessitate
permiscuerunt, monstra finxere quæ debellarent, &
ut rem rationi consentaneam, cui larvam terribilem
imposuerant, evitarent, in absurda ingentia lapsi sunt:
dumque verentur necessitatem imaginariam, aut aliam
certè ab ea de qua agitur, aliquid sine causa sine ra-
tione ulla evenire admiserunt; quod ridiculæ Atoma-
rum declinationi ab Epicuro temere invecitæ tantum
non æquivalet. Cicero libro secundo de divinatione
optimè vidit, si causa effectum ad quem prorsus effectus
indifferens, producere valeret, verum casum, fortuna-
nam veram, veramque sortem dari, id est eam que
non solum respectu nostri nostræque ignorantiz talis
foret quâ positâ dicere possemus:

Sed TE

Nos facimus, Fortuna Deam, cœloque locamus,
Sed etiam respectu Dei ipsiusque naturæ rerum, &
consequenter impossibile foret prævidere eventus, &
præteritis judicando de futuris. Et præclare Tullius
ibidem dicit: *qui potest provideri quicquam futurum
esse, quod neque causam habet ullam, neque notam
futurum sit?* Et paulò post: *Nihil est tam contrarium
rationi & constantiæ quàm fortuna; ut mihi ne
Deum quidem cadere videatur ut sciat quid casu &
fortuito futurum sit. Si enim scit, certè illud eveniet,
sin certè eveniet, nulla fortuna est.* Sed addit valde
malè: *Est autem fortuna, rerum igitur fortuitarum
nulla præsentio est.* Potiùs concludere debuerat, cum
eventus prædeterminati ac præsciti sint, nullam esse
fortunam. Sed eo loco adversus Stoicos sub Acade-
mici persona loquebatur.

363. Jam tum Stoici à Dei decretis eventum
præ-

notionem arcesserant, ut enim Tullius eodem libro dicit: *Sequitur porro nihil Deos ignorare, quod omnia ab iis sint constituta.* Et juxta systema meum Deus viso mundo possibili quem creare statuit, in eo previdit omnia, ut dici possit, divinam visionem non crepare à scientia simplicis intelligentiæ, nisi in eo quod huic superaddat illa decretum eligendi hanc rem seriem, quam simplex intelligentia, sed velut possibilem duntaxat noscendam præbebat, decretum tamen nunc facit actu existentem.

364. Inexcusabiles itaque sunt Sociniani, Deo vitam futurorum & præsertim volitionum creaturæ veræ futurarum scientiam denegantes, etsi enim sibi persuasissent aliquam plenæ indifferentiæ libertatem stare ita ut voluntas eligere temere possit, atque ita hanc electionem in sua causa prævideri non posse (quod ingens est absurdum) at saltem reputare animo debebant, hunc eventum in mundi possibili, quem condere statuit, idea prævideri à Deo potuisse. Verùm notio quam de Deo Sociniani habent, rerum conditore planè indigna est, & eruditioni ingenioque, hoc sectæ istius autores in discussionibus quibusdam peculiaribus non rarò produnt, parùm respondet. Nec forsus immeritò dixit Autor Iconis socinianismi, eum socinianorum fore ignarum atque impotentem, uti Deus Epicuri, eventis quotidie conturbatum, ventem in diem & suspensum, si conjectatione duntaxat hominum futuras novit voluntates.

365. Itaque difficultas tota in re præsentis non nisi falsa libertatis & contingentæ idea exorta est, quam differentiâ omnimodâ & æquilibri indigere multis persuasum erat, cujus figmenti nec idea nec exemplum ullum est, aut haberi potest. Verisimiliter Cartesius hanc persuasionem adolescens in Collegio Fleisensi hauserat, ut dixerit (part. 1. Principiorum art.

354 PARS TERTIA *Super Bonitate Dei,*
 41.] *mentem nostram esse finitam, Dei autem potentiam per quam non tantum omnia que sunt aut esse possunt, ab aeterno præscivit, sed etiam voluit ac præordinavit, esse infinitam; ideoque hanc quidem à nobis satis attingi ut clarè & distinctè percipiamus hanc in Deo esse; non autem satis comprehendi ut videamus quo pacto liberas hominum actiones indeterminatas relinquat.* Reliqua supra retulimus. *Liberas, inquit rectè, sed corrumpit omnia, dum addit indeterminatum.* Nihil opus est infinitâ scientiâ ut Dei præscientiam ac providentiam actionibus nostris libertatem relinquere videamus; cum Deus eas in suis ideis uti sunt, hoc est liberas præviderit. Et quamvis Laurentius Valla in Dialogo contra Boëtium (cujus Epitomen paulò post dabimus) ubi libertatem cum præscientia non malè conciliat, sperare non ausit eandem à se cum providentia conciliari posse, non tamen in hoc major est difficultas, quia decretum actionem producendi non magis actionis naturam jam in possibilitatibus repletam immutat quàm nuda quæ de ea habetur notitia. Ast verò scientia quantumvis infinita nulla est quæ divinam scientiam providentiamque cum causæ alicujus indeterminatæ actionibus hoc est cum ente Chymarico impossibilique possit conciliare. Voluntatis actiones dupliciter determinantur, per Dei præscientiam scilicet ac providentiam, tum deinde per dispositiones causæ particularis proximæ quæ consistunt in inclinationibus animæ. Cartesius hoc in capite favebat Thomistis, sed solita cum cautione scribebar ne quoddam alios Theologos in se concitaret.

366. Baylius (Resp. ad Provinc. Cap. 142. pag. 804. Tomo. 3. refert, P. Gibieufium Oratorii Gallicani Presbyterum Anno 1630. evulgasse Tractatum latinum de libertate Dei & Creaturæ, ei reclamatum fuisse, exhibitamque illi [à P. Theophilo Raynaudo]

septu-

septuaginta contradictionum è primo operis ejus libro excerptarum collectionem ; ac P. Franciscum Annatum Regis Galliarum Confessarium in libro *de Incoactâ Libertate* (edit. Rom. 1654. in 4.) silentium Gibieufio tam diuturnum exprobrasse. Quis non credat, subdit Baylius, post tantos strepitus Congregationum de Auxiliis Thomistas circa liberi arbitrii naturam docere penitus opposita sententiæ Jesuitarum, & tamen si textus expendantur quos Annatus ipse è Thomistarum libris excerptis (libro quem inscripsit: *Jansenius à Thomistis gratia per seipsam efficax defensoribus condemnatus*, Parisiis excuso Anno 1654. in 4.) revera non nisi logomachias utrimque cernere est. Gratia per se efficax æqualem resistendi potentiam apud hos arbitrio libero relinquit, quàm gratia congrua apud alios. Baylius existimat, idem dici de Jansenio ipso posse. Erat, inquit, vir ille sanè eruditus, ingenio systematico & valdè laborioso præditus: viginti duos ipsos annos *Augustino* suo concinnando insumpsit. Scopus ejus inter cæteros fuit Jesuitarum de libero arbitrio dogma confutare. Hactenus tamen decîdi non potuit, libertatemne indifferentiæ repudiet an admittat. Ex ejusdem opere sexcenti in utramque partem textus excerpuntur, uti Annatus ipse palam facit in opere jam laudato *de Incoactâ libertate*. Adeo facile est huic argumento tenebras offundere, uti ait Baylius huic ratiocinio finem imponens. Quod Gibieufium attinet, fatendum est eum vocum significationem innovare persæpe, adeoque quæstioni non omnino satisfacere, quamvis res sæpe bonas profert.

367. Confusio, ex æquivocatione vocabulorum, & distinctarum notionum comparandarum incuriæ frequenter biritur. Hinc lites illæ perennes & plerùmque non rectè perceptæ de necessitate & contingentiâ

deque possibili & impossibili. Sed dummodo intelligatur necessitatem & possibilitatem in metaphysico rigore unicè pendere ab ea quæstione, an objectum aut ejus oppositum in seipso contradictionem implicet nec ne, ac deinde consideretur, contingentiam cum inclinationibus sive rationibus ad voluntatem determinandam idoneis optimè componi posse; insuper modò bene distinguatur inter necessitatem & determinationem vel certitudinem; inter necessitatem Metaphysicam quæ nullum electioni locum relinquit, cum unum duntaxat objectum hîc & nunc possibile offerat, ac necessitatem moralem quæ sapientissimum ad electionem optimi compellit; denique modò abjiciatur indifferentiæ plenæ Chimæra, quæ non nisi in Philosophorum commentariis & carta reperiri potest (nam ejus notionem ne quidem mente concipere, nec ejus realitatem ullo in rebus exemplo ostendere queunt) facile erit ex hoc se labyrintho extricare cujus Dædalus infelix fuit humanum ingenium, quique innumera tam apud veteres quàm recentes mala invenit ac homines adè in ridiculum ignavi Sophismatis errorem, non multùm à Fato Mahumetano discrepantem induxit. Non miror Thomistas & Jesuitas, imò Molinistas etiam ac Jansenistas in re ipsa magis hîc inter se concordare quàm putetur. Thomista, imò Jansenista sapiens contentus erit determinatione certà contra necessitatem. Hanc si quis astruat, error fortassis in sola voce consistet. Econverso Molinista sapiens contentus erit indifferentiâ oppositâ necessitati, sed quæ inclinationes prævalentes non excludat.

368. Interim tamen hæc difficultates Baylium valde tetigerunt, ad easdem urgendas quàm diluendas proniorem; quànquam si hanc in partem potiùs convertere ingenium voluisset, potuisset fortasse, si quis alius rem præclarè agere. En ejus verba (*Diction.*

7. Jansenius Lit. G. pag. 1626.) *Dixit nonnemo
æteriam de Gratia Oceanum esse ripâ fundoque ca-
ntem. Rectius fortasse locutus fuisset si eam cum
Æssanensi Pharo comparasset, in qua dum quis unum
pulum cavet, semper ab altero periclitatur.*

*Dextrum Scylla latus, levum implacata Charyb-
dis obsidet.*

*retroversia tota huc denique redit. Utrum. Adam
erè peccaverit nec ne? si ais, ergo lapsus, inquit,
& fuit prævisus; sin negas, igitur Adam non fuit reus.
si centum adversus atramlibet consequentiam volu-
na conscripseris, fateberis nihilominus, aut infallibi-
n eventus contingentis prævisionem mysterium esse
Dei omni superius aut modum quo creatura sine li-
rtate operans, tamen peccet, esse prorsus incompre-
nsibilem.*

369. Aut vehementer fallor, aut binæ illæ jactatæ
comprehensibilitates solutionibus nostris penitus
nt sublata. Utinam æquè facilè responderi posset
ærentibus, quo modo curandæ febres? qua ratione
andi duorum morborum Chronicorum scopuli qui
asci possunt, alter, dum febris non curatur, alter
im malè curatur. Quando contenditur, eventum
verum prævideri non posse, libertas cum indetermi-
tione vel indifferentia plena & æquilibri confundi-
r; at cum denegatio libertatis hominem à culpa exi-
ere asseritur, libertas intelligitur non à determina-
one vel certitudine, sed à necessitate & à coactione
immunis. Unde patet dilemma illud Baylii non ur-
ere, cum binos inter scopulos istos lata via porriga-
ir. Respondebitur itaque: Adamum liberè peccasse,
Deum vidisse peccantem in statu Adæ possibili, qui
arus post decretum Divinæ permissionis factus est
ctualis. Equidem Adam ex inclinationum prævalen-
um ratione se determinavit ad peccandum, sed hæc

358 PARS TERTIA *De Bonitate Dei,*
determinatio nec contingentiam tollit neque libertatem; nec determinatio certa & infallibilis, quam ad peccandum habet homo, prohibet, quominus absolute loquendo possit non peccare, & dum peccat reus sit & pœnâ dignus; quia hæc ipsa pœna vel peccanti vel aliis utilis esse potest ad eos aliâ vice determinandos ad non peccandum. Ut de justitia vindicativa nihil dicam, quæ ultra damni compensationem emendationemque progreditur & in qua etiam nihil est quod certâ contingentium voluntatis actuum determinatione lædatur. Econtrario dici potest præmia pœnasque ex parte fore inutiles & uno è finibus suis præcipuo, scilicet emendatione carituras si voluntati ad meliora determinandæ aliâ vice, deservire non possent.

370. Progreditur Baylius: *Circa libertatem alterutrum è duobus dicendum, vel quod causa omnes ab anima distincta cum eaque concurrentes agendi vel non agendi potestatem anima relinquunt, vel quod eam ita determinent ad agendum ut non possit non agere. Priorem viam sequuntur Molinista, posteriorè Thomista, Jansenista & Protestantes Confessioni Genevensi addicti. Et tamen Thomista se Jansenistas esse omni contentione pernegarunt, Jansenista non minori estu se in negotio Gratia Calvinistas esse inficiati sunt. Ex altera parte Molinista contenderunt S. Augustinũ non docuisse Jansenii placita. Atque ita dum illi fateari nolunt se hominibus qui heretici habebantur consentire, hi concedere venientes ad versari se sancto Doctore, cujus sententia semper habita fuere orthodoxa; sexcentas commenti sunt astutias &c.*

371. Duæ illæ sectæ, quas hic Baylius distinguit tertiam non excludunt quæ asserit, animæ determinationem non provenire unice à concursu *causarum omnium ab anima distinctarum*, sed etiam ab ipsa conditione animæ, ejusdemque inclinationibus, quæ seu

suam

im impressionibus intermixtæ eas vel augent, vel nuunt. Jam verò causæ omnēs internæ externæque nul sumptæ faciunt ut anima certò, sed non necessiò se determinet, non enim contradictionem impliet, eam sese aliter determinare, cum voluntas incliã possit, non necessitari. Non lubet hîc discutere, odnam sit Jansenistas inter & Reformatos in hoc gōtio discrimen: Fortasse nec ipsi inter sese consent, sive quoad res ipsas, sive quoad locutiones super gumento in quo è subtilitatum intricatarum labytho nullus sæpe reperitur exitus. Theophilus Rayudus libro cui Titulus: *Calvinismus Religio Bestiarum* Dominicanos, quos tamen non nominabat, peringere voluit. Ex alia parte ii qui se S. Augustini futores nuncupabant, Molinistis Pelagianismum autrem Semipelagianismum exprobrabant, nec subinde odus utrimque servabatur, sive dum hi vagam infferentiam tuentur & homini nimiùm tribuunt, sive im illi docent *determinationem ad unum secundum salitatem actûs, licet non quoad ejus substantiam*, hoc t determinationem ad malum in non regeneratis, uasi hi nihil nisi peccarent. Si res ipsa spectetur eximo solis Hobbesii & Spinosæ affectis exprobranam esse libertatis & contingentiæ destructionem, aritrantur enim, id quod evenit esse solùm possibile, & eometricâ brutâque necessitate evenire debere. Et obbesius quidem omnia materialia statuebat, eaque ois legibus mathematicis subjiciebat. Spinosa verò nsuper intelligentiam electionemque Deo adimebat elictâ Ei potentiâ cæcâ, à qua cuncta necessariò emanent. Protestantes partis utriusque Theologi pari tudio in refutationem necessitatis intolerabilis incumbunt, & quamvis ii qui Synodo Dordracenæ adhærent, interdum doceant sufficere ut libertas à coactione sit immunis, videtur tamen necessitas quam libertati

relinquunt non esse nisi hypotheticam, aut certe esse illud quod magis propriè certitudinem aut infallibilitatem vocamus, ut sæpe difficultas in solis vocibus consistere comperiat. Idem de Jansenistis dixerim, quamquam omnes istos in omnibus excusare nolim.

372. Apud Hebræos Cabalistas *Malcuth* sive Regnum, ultima Sephyrarum, significabat, cuncta irresistibiliter sed suaviter à Deo ac sine violentia administrari, ita ut homo dum divinam exequitur, suam se voluntatem exequi putet. Aiebant peccatum Adæ fuisse *truncationem Malcuth à cæteris plantis*, id est ab Adamo relectam fuisse Sephyrarum ultimam, faciendo sibi imperium in imperio Dei, sibi que tribuendo libertatem à Deo independentem, sed eum lapsu suo edoctum fuisse quòd ipse vi sua subsistere non possit, quòdque homines Messia indigeant. Doctrina ista sensum commodum pati potest, at Spinoza qui in Autorum gentis suæ cabala versatus erat, sædè exorbitavit dicens (Tract. polit. Cap. 2. n. 6.) homines, dum libertatem usitato more concipiunt, imperium in imperio Dei statuere. Imperium Dei apud Spinosam nihil aliud est quam imperium necessitatis & quidem cæcæ [uti apud Stratonem] qua cuncta è natura Divina ita emanant, ut penes Deum nulla sit electio, nec hominis electio à necessitate sit immunis. Addit homines ut *imperium in imperio* statuunt, animam humanam facere immediatam Dei productionem quæ à causis naturalibus produci nequiverit & quæ absolutam sese determinandi potestatem habeat, quod experientiæ repugnet. Meritò Spinoza absolutam, hoc est sine ratione ulla se determinandi facultatem respicit, quæ ne in Deum quidem cadit, sed immerito arbitrat animam aut substantiam simplicem posse naturæ viribus produci. Vel hinc satis apparet animam Spinosæ non nisi modificationem transitoriam fuisse, dum

etiamque eam durabilem, imò perpetuam se facere simulat, ideam ei corporis substituit, quæ mera notio est, non reale aliquid & actuale

373. Curiositate lectoris dignum est, quod de Joanne Bredemburgio Cive Roterodamense narrat Baylius [*Diction. art Spinoza Lit. H pag. 2774*) Ediderat Bredemburgius librum adversus Spinosam cui Titulus : *Enervatio Tractatus Theologico-Politici unà cum demonstratione Geometrico ordine disposita, Naturam non esse Deum, cujus effati contrariopredictus Tractatus unice innititur.* Mirum fuit hominem qui literas non profitebatur, nec admodum literatus erat (ut pote qui librum suum idiomate Flandrico à se conscriptum ab alio latinè reddendum curaverit) omnia Spinosæ principia tam sagaciter introspicere ac feliciter convellere potuisse, postquam illa per bonæ fidei analysin reduxisset ad statum in quo vim suam omnem exerere poterant. Mihi relatum est (subdit Baylius) hunc Autorem, postquam responsionem suam & adversarii sui sententiam diutissimè ruminatus fuerat, ac invicem contulerat, invenisse tandem principia illa Spinosæ ad demonstrationem redigi posse. Itaque probandum suscepit, nullam aliam rerum omnium causam dari nisi naturam quampiam necessariò existentem, & immobili, inevitabili & irrevocabili necessitate agentem. Geometricam methodum servavit omnem, & constructam à se demonstrationem versavit omnem in partem expenditque, ut vitium deprehenderet, nec unquam ejus evertendæ imò nec infirmandæ viam ullam aut rimam invenire potuit. Indoluit enim verò, ingemuit, amicorum doctissimos obtestatus est, ut in pervestigandis demonstrationis hujus defectibus ferrent suppetias. Ægrè tamen ferebat illius exempla describi. Franciscus Cuperus Socinianus (qui adversus Spinosam *Arcana Atheismi*

362 PARS TERTIA *De Bonitate Dei;*
revelata vulgaverat Roterodami 1676. in 4.] unum
 nactus quale erat, hoc est Hollandico sermone con-
 scriptum, illud cum aliquot animadversionibus pu-
 blicavit, & autorem insimulavit Atheismi. Bredemburgius eadem lingua causam tutatus est. Isaacus
 Orobio, Judæus sanè eruditus (is ipse quem Cl. Lim-
 burgius confutavit, qui, ut intellexi opere posthumo
 necdum in lucem edito respondit Limburgio] contra
 Bredemburgii demonstrationem evulgavit librum cui
 Titulus: *Certamen Philosophicum propugnata verita-
 tis Divina ac naturalis adversus J. B. principia* Am-
 stelædami 1684. Sed & Cl. Albertus Verſæus eodem
 Anno stylum in Bredemburgium exacuit sub nomine
Latini Serbatti Sartensis. Protestatus est Bredem-
 damburgius sibi de libero arbitrio ac Religione esse
 persuasum, & optare se solùm ut via sibi indicaretur
 demonstrationi suæ respondendi.

• 374. Cuperem equidem jactatam illam demon-
 strationem cernere ac nosse, num. scopus ejus sit
 probare, naturam primigeniam omnium creatricem
 absque electione & cognitione agere. Huc si tendat,
 fateor demonstrationem spinosificam esse ac pericu-
 losam. At si fortassis intelligebat Bredemburgius, na-
 turam Divinam ad ea quæ producit, determinari elec-
 tione sua & ratione optimi, non erat profectò quod
 existimata illa necessitas *immutabilis, inevitabilis, ir-
 revocabilis* cum malè vexaret. Est enim illa morales
 duntaxat felixque necessitas, quæ tantum abest ut reli-
 gionem evertat, ut divinam perfectionem maxima in
 luce collocet.

375. Dicam occasione datâ Baylium [pag. 177;]
 eorum opinionem referre, qui librum inscriptum,
*Lucii Antistii Constantis de jure Ecclesiasticorum li-
 ber singularis*. Anno 1665. vulgatum Spinosa tribu-
 runt; sed dubium id esse mihi, quanquam Cl. Cokerus
 qui

de Spinosæ vita Commentarium edidit, in eadem sententia. Initiales literæ L. A. C. argumento mihi autorem hujus libri fuisse Dominium De Lacourt sive van den Hoof notum ab *Eo quod Hollandæ interest, Balance politica* & compluribus aliis libris editis (ex parte vocando se V. D. H.) adversus Gubernatoris Hollandiæ potentiam, quæ tunc esse Reipublice perniciofa putabatur, dum molitionis Guilielmi Secundi Principis Auriaci in urbem Amstelodamensem recens esset memoria. Cumque plerique Hollandæ Ecclesiastici pro filio Principis hujus tunc pupilloarent & Joannem de Witte, eosque omnes qui factionis Lovensteniæ nomine comprehendebantur, Arminianis, Cartesianis aliisque sectis magis adhuc fordidatis favere suspicarentur & plebem adversus illos incitare conarentur, quod successu non caruit, uti occuit eventus; valde consentaneum erat hunc librum à Lacourtio vulgari: Verum in opellis hujusmodi quas partium studia in publicum propellunt, qua mediocritas raro servatur. Dicam hîc obiter rodissse nuper *commodorum Hollandiæ* à Lacourtio lucubrationum seu *ejus quod Hollandiæ interest* Gallicam versionem sub titulo fallace *Commentariorum Domini Joannis de Wit. magni Hollandiæ Pensionarii*, uasi verò cogitata hominis privati qui revera Witii artes sectabatur & solers quidem erat, sed qui nec rerum publicarum notitiâ nec ingenii ac prudentiæ ræfidius satis instructus erat, ut tantæ rerum Administrationi adinstar scriberet, pro viri inter sæculi sui summos merito numerandi partu haberi possent.

376. Dum è Gallia per Angliam Hollandiamque everterer, vidi Lacourtium uti & Spinosam, ab eisquæ necdota non spernenda de rebus illius temporis didici. Baylius (pag. 2770.) ait Spinosam sub Medico quodam Francisco van den Ende nuncupato linguæ Latine

Latinæ operam dedisse, ac simul post Cl. Sebastianum Cortholtum (qui ea de re loquitur in præfatione secundæ editionis libri paterni de tribus impostoribus, Herberto L. B. de Cherbury, Hobbio & Spinosæ) refert eundem Spinosam à puella doctum fuisse linguam latinam, hanc puellam deinde nupsisse Cl. Kerkeringio Spinosæ sub communi magistra condiscipulo. Super his observo virginem istam eruditam fuisse filiam Domini van den Ende & patri succollasse in docendi munere. Ipse van den Ende qui etiam A finibus vocabantur, deinde Lutetiam concessit & in S. Antonii suburbiiis convictores habuit. Excellens in didactico genere audiebat, mihi que invisenti dixit se quovis pignore certaturum, auditores suos ad ea quæ dicturus esset attentos fore. Aderat etiam tunc ipsi puella latinè docta nec demonstrationum Geometricarum imperita. Ipse sese in Antonii Arnaldi favorem insinuârat, jamque Jesuitæ famam ejus ferre iniquius dicebantur, sed paulò post, cum Equitis Rohanii conspirationi sese implicuisset, pessum ivit.

377. Satis ostendisse videmur, nec præscientiam, nec providentiam Dei posse ejusdem, bonitati justitiæque, aut libertati nostræ præjudicare. Restat solum difficultas orta *ex concursu Dei cum actionibus Creatura*, quæ & bonitatem Dei respectu nostrorum actuum pravorum, & libertatem nostram respectu actuum nostrorum quorumcumque propius attingere & sollicitare videtur. Hanc etiam Baylius solita cum ingenii laude amplificat, conabimur objectiones ab ipso adductas diluere, quo peracto finem huic operi imponere fas erit. Jam supra statuimus divinum concursum in eo consistere quod Ipse nobis assiduè largiatur quicquid in nobis & actibus nostris est reale, quatenus perfectionem aliquam involvit; sed quod in his limitatum & imperfectum est, consecrarium esse quod-

um præcedentium limitationum in creatura originariè existentium. Cumque omnis creaturæ actio sit modificationum ejus immutatio, manifestum est, actionem, à Deo oriri quantum ad perfectiones, à creatura quantum ad limitationes vel negationes quas inducit, quasque immutatione istâ variari contingit.

378. Monui supra non semel, malum esse privationis consecutarium idque ratione satis intellectui obviâ à me explicatum arbitror. Hanc sententiam S. Augustinus jamtum illustrarat : sed & Basilius affine aidpiam dixit in Hexæmero Homil. 2. Malum non substantiam viventem animâque præditam esse, sed defectum animæ virtuti contrariam ; Desidiosam atque inertibus, propterea quod à bono deciderint inertam, neque malum forinsecus circumspiciendum que inquirendum, neque quandam naturam principem malignitatis imaginandam. Baylius hunc S. Basilii locum referens [Diction. art. Pauliciani lit. D. pag. 2325.] approbat animadversionem Cl. Pfaneri (quem Theologum Germanum vocat, cum tamen jurisprudentiam profiteatur & Saxonix ducibus consiliis sit) S. Basilium carpentis quod Deum mali physici autorem esse non fateatur. Est utique Deus tor mali Physici, quando malum morale ponitur istens. Sed absolutè loquendo sustineri posset quod Deus malum Physicum permiserit consequenter, peritendo malum morale quod est origo Physici. Videntur etiam Stoici agnovisse quantula sit mali entitas ; uti hæc Epicteti verba indicant : *Sicut aberrandi us à meta non ponitur, sic nec natura mali in mundo existit.*

379. Nihil itaque necesse fuerat ad aliquod mali incipium confugere, uti S. Baylius egregiè observat, sed neque mali originem quærere in materia est necesse. Qui statuere chaos antequam Deus in materia quid:

quidquam operaretur, in eo inordinationis originem quæsierunt. Quam opinionem Plato posuerat in Timæo, sed reprehenditur ab Aristotele (lib. 3. de Cælo Cap. 2.) quia juxta hanc doctrinam inordinatio esset secundum naturam, ordo verò præter naturam; quod cavit Anaxagoras dum materiam, donec à Deo moveatur quiescentem facit, & ideo ibidem ab Aristotele laudatur. Si Plutarchum audimus (de Iside & Osiride & Tract. de animæ procreatione ex Timæo) Plato in Materia quandam animam sive vim maleficam Deo rebellantem agnoscebat & hæc vitium reale erat obexque divinorum consiliorum. Stoici quoque censuerunt materiam esse originem defectuum, uti Justus Lipsius lib. 1. Physiologiæ Stoicorum ostendit.

380. Chaos ab Aristotele meritò repudiatum est. Verùm Platonis & multò magis aliorum quorundam veterum, quorum scripta perire, sententias explicare non semper proclive est. Keplerus inter præstantissimos Mathematicos recentes merito suo numerandus agnovit in materia speciem quandam imperfectionis, etiam dum in illa nullus inordinatus est motus, quam *inertiam naturalem* vocavit, quæ motui resistat, & ob quam major massa ab eadem vi movente minorem accipit velocitatem. Hæc observatio solida est, eamque supra utiliter adhibui ut comparatione ostenderem quo pacto originalis creaturarum imperfectio Creatoris actionem ad bonum tendentem circumscribebat. Sed quia materia ipsa Deum habet autorem, non nisi comparationem & exemplum præbet, neque mali & imperfectionis origo ipsa esse potest. Supra ostendimus hanc originem in formis sive ideis possibilem reperiri. Æterna enim esse debet, materia autem æterna non est. Cum itaque Deus quidquid est realitatis positivæ fecerit, etiam censendus foret fecisse mali
origi-

originem, nisi ea in rerum sive formarum possibilitate sita esset, quam possibilitatem unicam non fecit Deus, cum intellectus ipse sui causa non sit.

381. Interim, licet mali fons in formis possibilibus omnem Divinæ voluntatis actum antecedentibus positus sit, verum tamen manet, Deum ad malum concurrere in executione actuali quæ formas in materiam introducit, & hinc oritur præsens difficultas. Durandus à S. Porciano, Cardinalis Aureolus, Nicolaus Taurellus, Ludovicus à Dola, Franciscus Bernerius aliique nonnulli hunc concursum non nisi generalem esse voluerunt, ne humanæ libertati & divinæ sanctitati præjudicaret. Videntur autores isti asserere quòd Deus postquam creaturis virtutem agendi largitus est, satis habeat illam conservare. Ex altera parte Baylius Recentiores quosdam secutus Dei concursum nimis extendit. Vereri videtur, ne creatura non satis à Deo dependere credatur, eoque progreditur ut actionem omnem deneget creaturis, imò nec realem ullam inter substantiam & accidens distinctionem agnoscit,

128. Hanc opinionem suam præcipuè fundat in doctrina Scholarum recepta, quod conservatio sit creatio continuata: quo posito videtur creatura nunquam existere, semper nasci & mori, uti tempus, motus aliaque entia successiva. Platonis hæc sententia fuit de rebus materialibus & sensilibus, agentis illas esse in fluxu perpetuo. *Semper sunt, nunquam sunt.* Sed de substantiis immaterialibus, quas solas pro veris substantiis habebat, prorsus aliter sentiebat, in quo non usquequaque hallucinabatur. Verùm creatio continuata creaturas omnes indiscriminatim respicit. Philosophi complures eruditi huic de creatione continuata dogmati adversati sunt, refertque Baylius, Davidem de Rodon celeberrimum apud Gallos Genevæ addit

358 PARS TERTIA, *Super Bonitate Dei*,
addictos Philosophum illud datâ operâ confutabile
Sed nec Arminianis magnopere probatur, quibus
gutia istæ metaphysicæ non valde placent, ut Socinia-
nos taceam qui eas adhuc minùs ferunt

383. Ut bene expendatur utrum conservatio sit
creatio continuata considerandæ sunt rationes quibus
dogma illud superstruitur. Cartesiani magistrum
suum secuti ad id probandum utuntur principio non
admodum firmo. Ajunt nempe : *Cum momenta*
temporis nullum inter se necessarium nexum habeant,
ex eo quòd hoc momento existam, non sequitur me
momento sequenti substiturum, nisi causa eadem qua
mibi hoc momento dat esse illud ipsum mihi det in-
stanti sequente. Autor Moniti in Icona Socinianismi
hoc ratiocinium usurpavit, & Baylius (eiusdem Mo-
niti forsan autor) illud refert. (Resp. ad Provinc.
Cap. 141. pag. 771. Tom. 3.) Responderi potest ex
eo quòd nunc sim, non equidem sequi *necessario* quòd
futurus sim post hac, sed tamen id sequi *naturaliter*
id est per se, nisi quid impediatur. Atque hoc est disci-
men quod inter *essentiale* & *naturale* intercedit. Per-
inde sicut motus idem naturaliter durat nisi nova
quædam obstet causa, eumque immutet, quia ratio
quæ motum hunc cessare facit hoc instanti, si nova
non est, jam dudum eum fecisset cessare.

384. Erhardus Weigelius celebris nuper Jenæ
Mathematicus ac Philosophus notus à sua *Analyfi*
Euclidea, Philosophia Mathematica, nonnullis me-
chanicis inventis ac denique studio Protestantes Im-
perii Principes ad postremam Calendarii reforma-
tionem adducendi, cujus tamen successum ipse non
vidit; Weigelius, inquam, demonstrationem quæ-
dam existentia Dei communicabat cum amicis, quæ
reverà in continuationem istam continuatam recu-
bat. Et quia computationem cum ratiocinatione

quiparare solebat, quod ejus Ethice Arithmetica. *Rechenſchaftliche Sitrenlehre*) teſtatur, ajebat demonſtrationis ſuæ fundamentum eſſe initium tabulæ ythagoricæ: *Semel unum eſt unum*, has unitates re-
 etitas eſſe momenta exiſtentia rerum, quorum quod-
 bet à Deo dependebat, qui res omnes extra ſe poſi-
 is momento quovis reſuſcitatur ut ita dicam, & quia
 momento quolibet concidunt, aliquo ſemper indigent
 reſuſcitante, qui alius à Deo eſſe nequit. At certè ma-
 is exacto argumento opus foret ut id demonſtratio
 vocari poſſet, probandum eſſet creaturam ſemper
 nihilo egredi & in illud relabi, ac præcipuè oſten-
 lendum eſſet prærogativam durandi plùs quam uno
 momento ex natura ſua ſoli Enti neceſſario competere.
 Difficultates ſuper compositione continui hanc quo-
 que materiam pervadunt. Videtur enim iſtud dogma
 eſſe ſolvere tempus in inſtantia, cum alii econtra inſtan-
 tia & puncta conſiderent tanquam extrema partium
 in eo aſſignabilia, non tanquam conſtitutiva. Sed
 non eſt hîc labyrinthum illum ſubeundi locus.

385. Hoc in re præſenti certum eſt, creaturam à
 divina operatione pendere continuo, nec minùs pen-
 dere poſtquam cæpit, quam dum primò incipit, quo fit
 ut creatura non pergeret exiſtere niſi Deus pergeret
 gere; denique hanc Dei actionem eſſe liberam, ſi
 nim emanatio neceſſaria foret qualis eſt emanatio
 proprietatum circuli ab ejus eſſentia profluentium,
 dicendum eſſet, Deum ſtatim ab initio neceſſariò pro-
 ducere creaturam, vel oſtendendum qua ratione ſe-
 rel eam creando neceſſitatem ipſe ſibi impoſuerit
 andem conſervandi. At verò nihil obſtat quominus
 actio illa conſervativa, productio, imò ſi lubet, crea-
 o vocetur, neque enim minor eſt creaturæ dependen-
 a deinceps quàm ab initio, nec denominatio extrin-
 ſeca novæ vel non novæ naturam rei immutat.

386. Admittamus itaque hoc sensu conservatorem esse continuatam creationem, ac videamus quid Baylius inde colligat (pag. 771.) post Auctorem Moniti in Icona Socinianismi, Jurisæo adversantem. *Mibi videtur (inquit hic Autor) inde concludendum quod Deus omnia agat, nec inter creaturas ulla sint causa, sive primæ, sive secundæ, imò nec occasionales quidem, uti facile probari potest. Hoc enim momento, quo loquor, sum qualis sum cum omnibus adjunctis sive circumstantiis meis, cum tali cogitatione, tali actione, tali sita: quòd si Deus hoc momento me creet qualis sum, uti hoc in systemate necessario dicendum est, utique me creat cum tali cogitatione, tali actione, tali motu, tali denique determinatione. Nec dici potest Deus me primò creare, ac deinde, postquam me creavit, meos motus measque determinationes unà mecum producere, hoc enim nullo pacto defendi potest duabus de causis. Primo quia dum Deus me hoc instanti creat aut conservat, non conservat me velut ens informe, velut speciem aut aliud quodpiam universale logicum. Sum individuum aliquod, & Deus ut tale me creat conservatque, qui sum quidquid sum eo instante cum omnibus appendicibus meis. Secundo quia, dum Deus hoc instanti me creat, si deinde meas actiones mecum producere dicatur, necessario concipiendum erit aliud instans, & sic erant duo instantia, cum unum tantum instans esse penamur. Certum igitur est in hac hypothesis creaturam nec plus connexionis nec plus relationis habere cum actionibus suis quam habuerint cum productione sua primo sue creationis instanti. Autor hujus Moniti conclusoria inde valde dura colligit, quæ facile cogitari possunt, ac denique testatur in fine magnam gratiam initurum, qui quis hujus systematis approbatoribus viam monstraret qua se ab horrendis istis abiectionibus expedire possent.*

387. Longius adhuc rem istam promovet Baylius. Nostis inquit, (pag. 775.) in Scholis demonstravit Arriagam disp. 9. Phys. Sect. 6. & præsertim (lect. 3.) quod creatura nec totalis, nec partialis causa suæ conservationis esse queat, si enim alterutra foret, existeret antequam existeret, quod est contradictorium. Nostis argumentum sic confici: id quod conservat, agit, atqui id quod agit existit, & nihil potest agere prius quam completè existat, ergo si quæ creatura se conservat, agit antequam sit. Hoc argumentum non in probabilitatibus sed in primis Metaphysicæ principiis fundatur ipsa luce meridianâ clarioribus: non entis nullæ sunt qualitates aut accidentia, operari sequitur esse. Progrediamur ulterius. Si creaturæ cum Deo concurrerent (intelligitur hîc concursus activus & non concursus instrumenti passivus) sui conservationem, agerent antequam forent. Id præ demonstratum, est atqui si in cujuslibet alterius productione cum Deo concurrerent, agerent præ antequam essent, ergo æquè impossibile est eas cum Deo concurrere ad productionem cujuslibet alius rei (quales sunt motus localis, affirmatio, & cetera aliqua, quæ, uti contenditur, sunt entitates à Creaturarum substantia distinctæ) quam ad propriam sui conservationem, cumque earum conservatio sit conuata creatio, & quidquid in orbe hominum est, fieri debeant, eas primo existentia suæ instanti, nec sui conservationem nec ad dandam sibi modalitatem ullam posse cum Deo concurrere, id enim foret agere antequam essent.) Nota Thomam Aquinatem tresque alios Scholasticos docere quod si Angeli mo suæ creationis instanti peccassent, Deus eorum peccati autor foret. Vide Petrum ac S. Joseph Fulien- sium in sua Concordia humanæ libertatis pag. 318. seqq. Hoc indicat eos cognoscere quod instanti

372 PARS TERTIA *Super Bonitate Dei,*
primo creatura nihil omnino possit agere.) Sequitur
evidenter eas nullo sequentium instantium cum
concurrere posse, nec ad sui nec ad aliarum rerum
productionem. Quòd si secundo suæ durationis in-
stanti possent concurrere, nihil vetabit quominus
etiam primo instanti concursum præstare possint.

388. His argumentis sic erit respondendum. De-
mus aliquo sensu creaturam quolibet instanti de no-
vo produci: largiamur etiam instans ut pote indivi-
sibile excludere omnem prioritatem temporis. Sed mo-
neamus nequaquam excludere prioritatem naturæ, vel
anterioritatem in significatione & hac ipsam sufficere.
Itaque Productio sive actio quæ Deus produxit est
naturæ prior existentiæ creaturæ productæ. Creatura
secundum se sumpta cum natura & proprietatibus
suis necessariis anterior est affectionibus accidentali-
bus & actionibus suis, & nihilominus cuncta ista co-
dem instanti reali existunt. Nempe Deus creaturam
producit juxta exigentiam instantium præcedentium
secundum leges suæ sapientiæ, creatura verò confor-
miter ei naturæ quam Deus creatione continuat ipsi
reddit, operatur. Limitationes & imperfectiones ei
adnascuntur ob naturam subjecti quæ Dei productio-
nem limitat & hic est originalis creaturarum imper-
fectionis effectus. At vitium & crimen ex operatio-
ne creaturæ internâ liberâque nascitur, quanta ha-
beri instanti potest, quæq; repetitione notabilis evadit.

389. Hæc naturæ prioritas apud Philosophos per-
vulgata est: Sic enim dicitur ordo esse inter decreta
Dei. Dumque Deo, ut par est, ratiocinationum
consecutionum à creaturis deductarum intelligentiæ
tribuitur, ita ut omnes creaturarum demonstrationes
& Syllogismi Deo sint perspecti, in eoque repe-
tur eminenter, agnoscitur in propositionibus sive ve-
ritatibus quas Ipse novit, ordo esse aliquis sive natura

ive rationis sine ullo ordine vel interv. illo temporis quo in cognitione proficiat, vel à præmissis transeat ad conclusionem.

390. In argumentis jam relatis nihil admodum reperio quòd hac observatione non diluatur. Dum res à Deo producitur, tanquam individuum producitur & non tanquam universale logicum, fateor; Sed rei essentia producitur ante accidentia, ejusdem natura ante operationes secundum naturæ suæ prioritatem, & in signo anteriori rationis. Hinc patet quo pacto creatura possit esse vera peccati causa, non obstante ejusdem conservatione orta à Deo sese ad præcedentem ejusdem creaturæ statum accommodante ut sapientiæ suæ legibus obtemperet, neque obstante peccati rudimento momentaneo jamjam à creatura producendo. Verum tamen Deus ab initio non condidisset animam in statu quo primo statim instanti peccatura fuerat, uti Scholastici rectè observarunt, nihil enim in sapientiæ legibus erat quod huc impellere posset (quod secus est in progressu, ubi antecedentia sequentibus modum præscribunt.

391. Ex hac etiam sapientiæ lege fit, ut Deus eandem reproducat substantiam, eandem animam, cum contra corpus nunquam ultra momentum idem permaneat. Et hoc reponere poterat Abbas, quem Baylius loquentem inducit (Diction. art. Pyrrhon. lit. B pag. 2432.) Hæc sapientia rerum nexum facit. Larior itaque creaturam non concurrere cum Deo ad sui conservationem (eo modo quo conservatio jam explicata est) sed non video quid vetet eam cum Deo concurrere ad alterius rei productionem, ac præsertim internæ suæ cogitationis ac volitionis, quæ utique realiter à substantia distinguuntur.

292. Ecce autem novum cum Baylio certamen, pugnat ille nulla esse hujusmodi accidentia à substan-

374 PARS TERTIA De Bonitate Dei,
 tia distincta *Rationes*, inquit *quas Philosophi Recenti*
ad probandam accidentium à substantia indistin-
tionem adhibere, non nuda sunt difficultates, sed argu-
menta qua suo pondere obruant, neque solvi possunt.
 Subdit: *Require sis illa vel in Emmanuele Maignano*
vel in Clarissima Callio (Philosophiæ Professore Ca-
domensi) vel in libello cui titulus: Accidentia probi-
gata, quem P. Joannes Saguens. Maignani discipulus
edidit, & cujus excerptum in Novallis Reip. Literaria
Adense Anno 1703. reperies, aut si unicum tibi aucto-
rem satis esse cupis, elige Dominum Franciscum Lau-
rum Benedictinum unum è robustissimis: qui in Gallia
vivunt, Cartesianis, cujus inter Epistolas Philosophi-
cas Trivultii Anno. 1703. excusas unam reperies in
qua, metodo Geometricâ demonstrat Deum esse veram
unicam causam omnis ejus quod est reale. Cuperem
 equidem omnes libros istos videre. Quod ultimam
 hanc propositionem attinet, ea sensu valde bono ve-
 ra esse potest. Deus enim est sola principalis causa rea-
 litatum purarum & absolutarum sive perfectionum.
 Causæ secundæ agunt in virtute primæ sed cum limi-
 tationes & privationes sub realitatibus comprehen-
 duntur, dici potest causas secundas concurrere ad pro-
 ductionem ejus quod est limitatum, alioqui Deus pec-
 cati causa foret & quidem unica.

Sequentes animadversiones Leibnitianas è Diario
Trivultiano erutas hic inferere visum est. Dixeram
 in Tentaminibus meis pag. 522. cupere me videre
 demonstrationes à Cl. Baylio laudatas & quintâ sextâ
 que epistolâ Philosophicâ Trivultii editâ comprehen-
 das. Harum mihi demum copia Reverendi Patris de
 Bosses beneficio obtigit, in quibus Geometricè de-
 monstrandum suscipitur Deum esse unicam genuinam
 causam omnis ejus quod reale est. Lectis his epistolis
 confirmatus sum in opinione quam ibidem indicâ-

nam, hanc videlicet propositionem veram esse posse sensu valdè bono : quandoquidem Deus solus est causa realitatum purarum atque absolutarum, sive perfectionum, sed si sub realitatum nomine limitationes etiam privationesque comprehendantur, dici posse quòd causæ secundæ ad id quod limitatum est producendum verè concurrant, alioqui Deus causa foret, & quidem unica peccati. Nec arbitror eruditorum Epistolæ Autorem à meâ sententia magnopere discrepaturum, etsi sub nomine realitatum, quarum unicam causam esse Deum contendit, omnes etiam modalitates complecti videatur. Non enim existimo daturum, quòd Deus autor sit peccati. Imò mentem ita suam explicat, ut assertum suum evertere, & veram creaturis actionem tribuere videatur. Nam in Confirmatione octavi Corollarii secundæ Propositionis ita loquitur : *Naturalis anima motus, quamvis in se determinatus sit, indeterminatus tamen est respectu objectorum, est enim amor boni universalis ; sed per ideas boni in objectis particularibus apparentis motus iste determinatur, fitque particularis relatè ad particularia ista objecta ; cum igitur mens ideas suas variare possit, potest etiam amoris sui determinationes variare, nec ideo necesse est eam Divina potentia succumbere, aut ejus actioni reluctari. Haec quippe motuum determinationes neutiquam sunt invincibiles, & hæc earum non invincibilitas efficit, ut mens libera sit, easque mutare valeat ; sed tamen ne has quidem mutationes nisi per motum à Deo sibi inditum & conservatum persciscit.*

Ego verò dixissem perfectionem actionum creaturæ oriri à Deo ; earundem verò limitationes esse limitationis originalis & limitationum antecedentiarum in creatura repertarum sequelam, idque locum habere non solum in spiritibus sed etiam in aliis quibuscum-

que substantiis, quæ ideo tanquam causæ concurrunt ad mutationem quam subeunt: determinatio enim illa de qua loquitur Autor nisi aliud est quàm limitatio.

His positis asserta pleraque demonstrationum & corollariorum hujus Epistolæ pro varia eorundem explicatione concedi vel negari poterunt. Si enim per realitatem nihil aliud quàm perfectiones seu positivæ realitates intelligatur, dicendum est, Deum omnis realitatis unicam veram propriæque dictam causam esse; at si realitatis nomine comprehendantur etiam limitationes, asserta non pauca, Autore ipso duce, negabuntur.

Hoc ipsum ut captui magis accommodarem, in Tentaminibus meis adhibui exemplum navis onustæ, quæ quantò onustior est, tantò lentius à flumine promoveatur. In quo exemplo liquet id quod in motu positivum est, nempe perfectionem, vim, celeritatem motus produci à flumine, onus verò causam esse quâ vis ista cohibeatur ac motus retardetur.

Laudabile quidem est ad quæsitâ metaphysica methodum geometricam adhibere; fatendum tamen est hucusque rarò factum fuisse operæ pretium. Cartesius ipse quantumvis solers & perspicax, nunquam fortasse turpius se dedit quàm cum in una è responsionibus ad Objectiones pronunciatum quoddam suum geometricè confirmandum suscepit. In Mathematicis, ubi numeri figuræ & computationes defectum in verbis latentem suppleant, facilius succedit negotium; at in Metaphysicis, saltem si intra ordinarios ratiocinandi modos sistatur, rigor Dialecticus in servanda Syllogismi forma, & definitionum accuratione adhibitus defectum illum supplere deberet, quod hîc non præstatur.

Autor Epistolæ vir sanè sagax & acer nonnunquam astu suo longiusculè abripitur, uti dum vult probare,

tab-

tantam prorsus iuēsse quieti realitatem ac vim quanta inest motui. Propositionis quintæ Corollario quinto ait, voluntatem non minū in quiete quā in motu positivam adesse. Sic ita sanè. At num inde conficitur æqualem in utroque reperiri vim ac realitatem? Ego quidem certè vim hujus consequentiæ nullus video, eodem enim argumento probarem non minorem vim inesse motui debiliori quā fortiori. Deus, dum vult quietem, vult corpus esse in loco A, in quo immediatè antè fuit; ad hoc autem sufficit nullas adesse rationes quæ Deum ad mutandum corporis istius locum impellant. At quando Deus vult ut idem corpus deinceps sit in loco B, opus est novâ quāpiam ratione, quæ Deum determinet ad volendum ut sit in B & non in C, aliōve quocunque loco, & sit ibi tardius aut celerius. Ex his voluntatum Divinarum rationibus, vis realitasque rerum æstimanda est. Dissertit quidem autor in hac epistola satis prolixè de Dei voluntate, sed de rationibus Deum impellentibus, à quibus cuncta pendent, prorsus tacet: hæ autem rationes desumuntur ab objectis.

Imò observo statim secundum primæ propositionis corollarium verum quidem esse, sed non bene probari. Ait Autor; *Si Deus desineret velle ut res existat, res quoque esse desinet*: quod ita probat: Demonstratio. *Quod non nisi Dei voluntate existit, esse desinit ubi voluntas ista defierit* (at hoc ipsum probandum erat: probat ergo subdens) *sublatâ causâ tollitur effectus*. Hoc axioma addendum fuerat axiomatis principio epistolæ positus, verū (quod infeliciter accidit) id ipsum axioma, quemadmodum aliæ regulæ Philosophicæ quamplurimæ, multis exceptionibus est obnoxium) *atqui per præcedentem propositionem & primum eius corollarium nullum eius existit nisi voluntate Dei ergo. &c.*

Hæc propositio nihil existit nisi per voluntatem Dei, ambiguitate non caret. Si sensus sit res. nullas incipere existere nisi per Dei voluntatem, meritò remittit Autor ad Propositiones præcedentes. Sin verò velit existentiam rerum semper esse cum voluntate divina connexam, petitur principium, hoc enim ipsum ferè quæritur. Probandum itaque primò fuisse rerum existentiam à Dei voluntate dependere, neque nudum illius esse duntaxat effectum sed etiam necessariam ejus, esse appendicem pro modo perfectionum quas continent. Quo posito res non minùs deinde quàm ab initio pendere à Deo. necesse est & hoc sensu in tentaminibus meis locutus sum.

Cæterùm agnosco epistolam, quam hîc dispungendam suscepi, elegantem esse lectuque dignam & non pauca sensa pulchra veraque continere, modò ne sensu à me supra improbato accipiatur; & possunt hujusmodi ratiocinia ad reconditiores meditationes aditum patefacere.

393. De cætero consultum erit cavere, ne dum substantiæ cum accidentibus confunduntur, dum substantiis creatis actio omnis admiratur, gradus fiat ad Spinosismum qui Cartesianismus est immoderatus. Quod non agit, substantiæ nomen non meretur. Si accidentia non distinguuntur à substantiis, si substantia est ens successivum, uti motus, si ultra momentum non permanet, neque (aliquo temporis spatio assignabili) eadem reperitur magis quam ejus accidentia, si non magis quàm mathematica quædam figura vel numerus operatur, cur non dicamus. cum Spinoza Deum solum esse substantiam, creaturas verò nihil esse nisi accidentia sive modificatione? Hucusque creditum fuit substantiam manere, mutari accidentia: in hac veterè doctrinà persistendum censeo, nec argu-
mentu

menta quæ legisse memini contrarium probant, & nihil probant, si quid probant.

394. *Unum ex absurdis* (inquit Baylius pag. 779.) *ex admissa substantiam inter & eius accidentia distinctione emanantibus est illud, quòd, si creatura producant accidentia, potentiam creatricem & annihilatricem habebunt, ita ut ne minima quidem actio fieri possit quin entium realium numerus innumerus creetur, & totidem alia in nihilum redigantur. Si clamandi aut comedendi gratiâ linguam moveas, tot creas accidentia quot sunt comesta rei partes quæ formam suam amittunt & in Chylum, sanguinem &c. convertuntur.* Hoc argumentum nil nisi terribilamentum est. Quid obsecro mali est, infinitos motus, infinitas figuras momento quovis in universo modo, imò in qualibet universi parte nasci & emori? aliunde demonstrari potest id esse necessarium.

395. Quod jaëtatam accidentium creationem attingit, quis non videt opus non esse potentiâ ullâ creatrici ad murandum locum aut figuram, ad efformandum quadratum vel parallelogrammum oblongum, aliamve quamcumque figuram agminis militum arma exercentium, magis quàm ad fingendam statuam demendo partes à marmore, vel construendam aliquam figuram extantem, mutando vel augendo ceram? Modificationum productio nunquam dicta creatio, & vocibus abutitur quisquis hominibus terribilamentum illud objicit. Deus substantias è nihilo producit, substantiæ verò limitum suorum mutatione sua producant accidentia.

396. De Animabus sive formis substantialibus merito Baylius adjicit, *nihil accidere molestius iis qui formas substantiales asserunt, quam quòd illis objicitur non nisi per veram creationem eas produci posse & miseratione dignos esse Scholasticos, ac turpiter se dare,*
 dum

dum huic objectioni respondere conantur. At verò nihil mihi meoque systemati hac ipsâ objectione commodius, qui assero animas, Entelechias aut vires primigenias, formas substantiales simplices sive monadas quocumque demum nomine vocentur, naturaliter nasci aut interire non posse; qualitates autem sive vires derivativas, aut id quod formæ accidentales dicitur, tanquam Entelechiæ Primigeniæ modificationes concipio, uti figuræ sunt modificationes materiæ sive quanti. Hinc modificationes istæ in fluxu perpetuo sunt interim dum substantia simplex invariata perseverat.

397. Ostendi supra (partis primæ §. 26. & seqq.) animas nec nasci naturaliter, nec alias ex aliis educi posse ac necesse esse ut nostra vel creetur de novo vel præextiterit. Quin imò medium quendam indicavi modum inter creationem omnimodam & præexistentiam perfectam, arbitratus congruè dici posse quòd anima præexistens in feminibus ab initio non fuerit nisi sensitiva sed deinde ad superiorem rationis gradum elevanda dum homo ille, cujus futura erat, conciperetur; quòdque corpus organicum huic animæ semper ab initio copulatum post multas denique mutationes determinatum fuerit ad formandum corpus humanum. Judicavi etiam hanc animæ sensitivæ elevationem ad gradum essentialem magis sublimem, hoc est ad Rationem extraordinariæ Dei operationi adscribi posse. Juverit tamen addere, quòd mallet hominis perinde ut & aliorum animalium generationem sive miraculo statuere. Quod ipsum utcumque explicari potest si concipias è magno illo animarum & animalium, vel saltem corporum organicorum vitam habentium & in feminibus latentium numero solas animas humanas corporibus humanis destinatas Rationem involvere suo tempore prodituram, & cor-

Porra eorum organica sola esse præformata atque prædisposita ad suscipiendam aliquando formam humanam, dum interim animalcula sive viventia seminata cætera, in quibus nihil hujusmodi præstitutum fuit, à prioribus illis essentialiter discrepant, & in genere inferiore sunt constituta. Hæc productio *Tradux* quidam erit, sed paulò tractabilior quàm qui vulgò ponitur, non animæ ex anima sed animati ex animato, ac frequentia novæ creationis miracula evitans quibus anima noviter creata ac pura in corpus illam corrupturum immitteretur.

398. Sentio tamen cum Mallebranco generatim creationem rite intellectam non adeo esse admissu difficilem quàm posset putari, eamque in notione dependentiæ creaturarum esse quodammodo involutam. *O Philosophos stupidos ac ridiculos* (exclamat Mallebrancus Meditatione Christinâ 9. n. 3.) *imaginantur sibi impossibilem esse creationem, quia non concipiunt Dei potentiam esse satis magnam, ut ex nihilo faciat aliquid, at meliusne concipiunt Dei potentiam festuca movenda capacem esse?* addit optinè (n. 5.) *Si materia foret increata, Deus illam movere non posset, neque ex ea formare quidquam, Deus enim materiam nec movere, nec sapienter ordinare potest, quin eam perspectam habeat, perspectam verò non haberet nisi daret ei esse, non enim ab alio quam à seipso notitias suas haurire potest. Nihil in Ipsum agere, nihil Ipsum edocere potest.*

399. Baylius non contentus dicere quòd continuo creemur insistit adhuc alteri illi doctrinæ quam è creatione continuata elicere vellet, nempe animam nostram agere non posse. Qua de re sic loquitur (Cap. 141. pag. 765.) *Notior ipsi (erudito adversario) Cartesianismus est quàm ut ignoret etate nostrâ propugnatum fuisse, nullam creaturam posse producere*

motum,

motum, & animam nostram esse subjectum merè passivum sensationum ac idearum perceptionumque doloris & voluptatis &c. Quòd si id ipsum ad volitiones necdum fuit extensum, id accidit propter veritates revelatas, qua si non obstitissent, actus voluntatis aequè passivi quàm actus intellectus censerentur; & eadem rationes qua ideas nostras ab anima nostra non efformari, nec ab eadem organa nostra moveri probant, etiam probarent actus nostros amoris nostrasque volitiones efformari ab illa non posse. Addere poterat actiones nostras vitiosas, nostra peccata.

400. Sanè non eam quam rationibus à se laudatis Baylius tribuit inesse vim oportet, cum nimium probent, facerent enim Deum omnimodè autorem peccati. Fateor animam influxu physico organa movere non posse, censeo enim corpus ita præformari debuisse, ut tempore & loco faciat quidquid voluntatibus animæ respondet, quanquam interim verum sit animam esse principium operationis; sed nullam video causam dicendi, animam suas operationes, suas doloris voluptatisque perceptiones non producere. Apud me omnis substantia simplex (id est omnis genuina substantia) debet esse vera causa immediata omnium suarum actionum affectionumque internarum & si Metaphysico rigore loquamur, alias anima non habet affectiones quàm quas ipsa produxit. Qui aliter sentiunt, quique Deum solum agentem faciunt, sine causa sese locutionibus implicant è quibus illas à Religione sese vix aut nec vix quidem expedient præterquam quòd rationi penitus adversentur.

401. Baylii fundamentum hoc est: nos non facere id quod quomodo fiat, nescimus, sed non largior ipsi principium illud. Disputationem ejus audiamus [pag. 767. & seqq.] Stupenda res est, omnes sancti Philosophos (exceptis iis Aristotelis interpretibus quibus

Intellectum universalem ab anima nostra distinctum
 et collectionum nostrarum causam statuere. Vide Di-
 on. Histor. Critic. Notam E articulo Averroes)
 existimasse cum vulgo ideas nostras à nobis activè effor-
 vari. Et tamen quis est qui nesciat, hinc quidem igno-
 re se omnino quo pacto fiant idea, inde verò ne qui-
 em acu pingere quenkquam posse, qui quomodo acus
 ucenda sit, nesciat? An ergo acum ducere opus diffi-
 cilius est quàm pingere in mente rosam, simul atque
 in oculos illa incurrit, quamvis hanc pingendi artem
 didicerit ante nunquam? An non contra potius appa-
 ret imaginem istam spiritualem opus difficilius esse
 uàm in tela flores exprimere, quod nisi didicerimus
 tique facere non valemus? Certissimi sumus omnes,
 laudem, nisi ejus usum edocti simus, aperienda cista nihil
 obis profore, & tamen nobis persuademus animam
 nostram motus brachiorum nostrorum efficientem esse
 causam, quamvis nec ubi sint nervi sciendis hisce mo-
 bus idonei, nec unde spiritus animales, quos in ner-
 vos influere oportet, accersendi sint noverit? Experimur
 cotidie ideas querentem effugere, incogitanti sponte
 existo esse. Quod de ideis, idem de volitionibus dicen-
 tum est, in quas imperium nostrum non minus angu-
 um est. Si bene rem putaremus, plures in vita nostra
 elicitates quàm volitiones inveniremus, hoc est plura
 voluntatis nostra quàm imperantis argue-
 enta. Quàm saepe idem homo experitur se certum
 tendam voluntatis actum elicere non posse [puta-
 tum amoris in eum à quo recentissime offensus est,
 tum contemptus in elegans aliquod Tetradecasti-
 on, actum odii in amasiam, actum approbationis in
 trigramma aliquod inficetum & ridiculum. Nota
 = non loqui nisi de actibus internis exprimendis per
 rbum volo, uti volo contemnere, volo approbare &c.
 on si centum aureorum lucrum offeratur, & ipse
 quam

quam maximè cupiat, nec si ambitiosâ proprium voluntatis in actus suos Dominium experimento comprobandi gloriâ animos addat, eò unquam adducitur.

402., Ut omnium jam dictorum robur paucis
 „unum sub aspectumponam, observabo omnibus rem
 „penitiâs perscrutantibus evidens esse, quod alicujus
 „effectûs vera causa debeat illam cognoscere, ac mo-
 „dum etiam scire quo produci debeat. Secus est de
 „nudis causâ instrumentis, aut actionis subjectis dun-
 „taxat passivis quibus id necessarium non est, & concipi
 „pi nequit id alicui vero agentî necessarium non esse.
 „At si nos ipsos accuratè excutiamus, compertissimum
 „nobis erit, mentem nostram tam parum scire quid
 „sit volitio quàm parum novit quid sit idea; reperie-
 „mus eam post longam experientiam non magis scire
 „quomodo volitiones efformentur, quàm id nosset
 „antequam quidquam voluisset. Quid jam inde con-
 „cludendum, nisi eam volitionum suarum non magis
 „quàm idearum suarum, quàm motûs spirituum qui-
 „bus brachia moventur efficientem causam esse posse?
 [Nota me hîc nolle id penitus decidere, sed solum
 hæc considerare relatè ad principia objectionis.]

403. Hem tibi ratiocinium prorsus mirabile! quid obsecro necesse est scire semper quomodo fit id quod facimus? an salia, metalla, plantæ sexcentaque alia sive animata sive inanima ea quæ faciunt faciendi modum norunt, aut notitiâ ullâ indigent? an ergo olei vel adipis guttam ut in aquæ superficie rotundetur, Geometriæ peritam esse oportebit? aliud est fila trajicere sive acum ducere, tunc enim agitur finis alicujus gratiâ, adeoque media ad hunc idonea pernosceda sunt. Ideas verò nostras non ideo quia volumus efformamus; in nobis & à nobis efformantur illæ, non ex vi & imperio nostræ voluntatis, sed

secundum nostram & rerum ipsarum naturam. At quemadmodum factus in animali formatur, quemadmodum alia naturæ miracula sexcenta producuntur per *instinctum* quendam à Deo rebus inditum, hoc est virtute *præformationis Divinæ* quæ admiranda illa automata tam egregios effectus mechanicè producere nata effinxit, ita facile judicatur animam esse automatum spirituale adhuc mirabilius & virtute *Divinæ præformationis* elegantes illas ideas producere in quibus voluntas nostra nullam partem habet, & ad quas ars nostra pertingere non valet. Automatorum spiritualium, sive animarum operatio non est mechanica, sed quidquid in mechanica pulchrum est minenter continet, nempe motus qui in corporibus evolvuntur, per repræsentationem concentrantur in anima velut in mundo quodam ideali mundi actualis leges earumque effectus exhibente, cum hoc tamen discrimine à mundo ideali perfecto qui in Deo est, quod pleræque perceptiones in nobis sunt tantùm confusæ. Sciendum enim est, quod omnis substantia simplex mundum universum per suas perceptiones confusas vel sensationes involvat, quodque perceptionum harum series in qualibet substantia naturæ ipsius speciali attemperetur, ita tamen ut naturam universam exprimat: & perceptio quælibet præsens ad perceptionem novam tendat, uti omnis motus quem perceptio repræsentat, ad alium motum tendit. Sed impossibile est ut anima totam suam naturam distinctè cognoscat, videatque quomodo innumerabilis serie perceptionum minutissimarum numerus, quarum præterea aliis coacervatæ vel potius concentratæ sunt, in effectum efformetur: ad hoc enim opus esset ut mundum universum perceptionibus illis involutum perfectè cognosceret, hoc est, foret Deus.

404. Quod *Velleitates* attinet, hæc sunt duntaxat

Tomus I.

Bb

volun-

voluntatum conditionalium genus quoddam valde imperfectum: vellem si possem, *liberet si liceret*, & dum velleitatem hujusmodi habemus, non tam volumus velle quàm posse. Hinc in Deo nullæ sunt velleitares, quæ cum voluntatibus antecedentibus confundendæ non sunt. Alibi satis explicavi nostrum in volitiones imperium non nisi indirectè posse exerceri, & miserum illum fore qui ita suarum actionum dominus esset, ut temere & sine causa velle posset. Hoc imperio qui se destitutum quereretur, imitaretur exemplum Plinij potentiam divinam in eo *incusantis* quod semet ipse destruere nequeat.

405. Atque ita dissertationi institutz finem hîc facere decreveram, postquam, ut mihi quidem videtur, omnibus hoc de argumento Clarissimi Baylij objectionibus quas in ejus operibus potui reperire, satisfeci sed cum in mentem mihi venisset Laurentij Vallæ de libero arbitrio Dialogus adversus Boëtium, cujus supra memini, cum hîc summatim referendum servatâ dialogi formâ putavi, ac deinde proseguendum ubi ipse desinit, continuatâ quam cæpit fictione: idque non tam argumenti totius exhilarandi gratiâ quàm ut in dissertationis meæ meta, quam possem clarissimè popularissimèque mentem meam explicarem. Hic Vallæ Dialogus, ejusdemque de voluptate & vero bono libri palàm faciunt eum non minus Philosophiâ quàm humanioribus excultum fuisse literis. Quatuor hi libri totidem Boetij libris de consolatione Philosophiæ opponuntur; Dialogus autem quinto respondet. Quidam Antonius Glarea Hispanus postulat à Valla elucidationes aliquas super difficultate de libero arbitrio, argumento tam ignoto, quàm digno cognosci, utpote in quo justitia & injustitia, hujus ac futuræ vitæ pœna præmiumque versantur. Respondet Valla, ferendam æquo animo

com

communem mortalibus omnibus ignorantiam, quemadmodum nos volucrum alis destitui non iniquè ferimus

Antonius. Atqui tu has alas alterius instar dædali, scio, aptare mihi potes, quibus ex ignorantia erga stulo egressus ad regionem veritatis, animarum patriam sublimis ferar. Libri hæcenus à me visi mentem meam non quietant, ne celebri quidem Boëtias ipse, omnium licet suffragio comprobatus, qui quæ de intellectu Divino deque supergrediente tempore omne æternitate differit, an intellexerit ipse, nescio, eamque de præscientia cum libertate conciliandæ ratione rogo sententiam.

Laurentius. Multorum offensam pertimesco si tantum virum confutate aggrediar, huic tamen timori preces amici præferam, si fidem des.

Ant. Ecquam?

Laur. Ubi pransus apud me fueris, te cœnam à me non postulaturum. Volo, in quam, te propositæ quaestionis solutioni acquiescere, nec novam aliam ingerere.

Ant. Fidem do. En tibi nodum. Si Deus proditorem Judæ præsensit animo, necesse fuit eum prodere, non potuit non proditor esse. At nemo ad impossibile tenetur, non igitur peccabat Judas, neque poenam merebatur. Hoc verò justitiam, religionem, Dei Timorem penitus evertit.

Laur. Deus quidem peccatum præsensit, hominem tamen ad peccandum non adegit. Peccatū est voluntariū.

Ant. Voluntas illa, cum prævisa fuerit, necessaria erat.

Laur. Si mea scientia res præteritas aut præsentis existere non facit, neque præscientia mea faciet existere futuras.

408. *Ant.* Fallax est comparatio ista, nec præsens nec præteritum mutari possunt; hæc sunt jam necessaria; futurum verò in se mutabile, fixum necessariumque sit præscientiâ: fingamus Deorum ali-

quem futurorum notiâ gloriari. Sciscitabor an nō sit, utrum pedem prius moturus sim, saxo deinde contra quàm prædixerit.

Laur. Deus iste quid facere volueris, sciet.

Ant. At quo pacto sciet, cum facturus sim oppositum ejus quod ipse dixerit, eumque ex animi sententia locuturum ponam?

Laur. Fallit te commentum tuum: vel à Deo isto responsum nullum auferes, vel si respondeat pro tua in illum veneratione facies illico quidquid dixerit. Ejus prædictio erit tibi instar mandati. Sed quæstionem mutavimus: non hîc agitur quid Deus sit prædicturus, sed quid prævideat: ad præscientiam itaque revertamur, & necessarium distinguamus à certo. Non est impossibile id quod prævisum fuerit non evenire, sed tamen infallibiliter eveniet. Miles aut Sacerdos fieri possum, nec fiam.

Ant. Hîc te teneo: leges Philosophorum volunt, omne possibile considerari posse velut existens, at qui id quod esse possibile dicis, si reapse eveniret, errasset Deus.

Laur. Philosophorum leges nihil motor, hæc quidem certè accurata non est. Ambo sæpe contradictoria sunt possible; nunquid ambo quoque possunt simul existere? sed majoris claritatis gratiâ ad exemplum veniamus, ac fingamus Sextum Tarquinium oraculi consulendi causâ Delphos profectum ab Apolline hoc ferre responsum.

Exul inopsque cades iracundus pulsus ab Urbe

Expostulabit adolescens: ego Basilicum tibi munus attuli, ô Apollo, tu vero mihi sortesti tam duram nuncias. Reponet Apollo: perplacet munus & quod à me petis præsto est. Quid futurum sit eloquor: futura novi, non facio. I Querere Jovi & Parcisi. Ridiculus foret Sextus si de Apolline queri pergeret. Quid censes?

Ant.

Ans. Dicit : grates ago , ô sancte Apollo ob pæfactam veritatem. At cur Jupiter in me tam crudelis est , cur homini innocenti & religioso Deorum cultori fatum tam immitte præparat ?

Laur. Tu innocens inquiet Apollo , atque superbum adulterum & patriæ proditorem fore scias. Possetne Sextus reponere : tuâ culpâ talis fiam ô Apollo , nam ad ista me adigis prævidendo.

Ans. Insanus sit , fateor , istud si reponat.

Laur. Igitur nec Judas ipse proditor de divina præcipientia queri poterit : habes , ô bone , nodi tui solutionem.

410. *Ans.* Vicisti spem meam , quod Boëdus nequiverat , id tu præstitisti : obstructum me senties quoad vixero.

Laur. Interim cœptam fabellam tantisper prosequamur. Dicit Sextus : nequaquam ita est , ô Apollo , nolo facere quæ dicis.

Ans. Quid referet Deus , mentior igitur ? Iterum repero , facies quidquid jam dixi.

Laur. At Sextus forsitan Deos rogabit ut fatamurent ac meliorem sibi mentem largiantur.

Ans. Si faciat , audiet :

Desine fata Deûm flebit sperare precando.

Divinam Hercle providentiam non faciet mendacem. Sed quid adhæc Sextus ? nonne querelis adversus Deos implebit omnia ? nonne vociferabitur , an ergo non sum liber ? an non in manu & potestate mea est studere virtuti ?

Laur. Dicit forsitan Apollo notum tibi sit , mi bone Sexte , unumquemque factum esse qualis est. Jupiter Lupum rapacem fecit , Leporem timidum , Asinum stupidum , Leonem generosum. Hic idem animam tibi pravam & bonæ frugis incapacem indidit. Tu genio tuo obsequeris ; ille te pro meritis accipiet. Ira per stygem juravit.

Ans.

Ant. Fateor, Apollinem, dum se expurgat, Jovi magis quam Sexto culpam tribuere videri. Respondit Sextus: ergo Jupiter proprium in me scelus ulcifcetur & ipse solus est reus: profus alium me fingere poterat, sed cum me talem fecerit, uti voluit, si ita me agere necesse est, cur me plectit igitur, num ejus voluntati potero reluctari?

Laur. Hic juxta tecum hæreo, fateor; Deos enim machina Apollinem Jovemque accessivi ut te divinam Præscientiam à Providentia discernere docerem. Palam feci Apollinem sive Præscientiam nequaquam officere libertati; at de Jovis decretis, de providentiæ placitis satisfacere tibi non valeo.

Ant. Ex uno me barathro eripuisti, & in aliud altius præcipitas.

Laur. Memento pacti nostri: ego prandium apposui; tu nunc etiam cœnam flagitas.

412. *Ant.* Video nunc astutiam tuam: decepisti me planissimè tuo isthoc pacto fraudulento.

Laur. Quid facerem? vinum & obsonia è patre penu meâ tibi præbui; Nectar & Ambrosiam si cupis, Deos roga. Cibis ille apud mortales non paratur. Audiamus Apostolum, vas illud electionis raptum ad tertium usque cælum, qui audivit arcana verba quæ non licet homini loqui. Respondet ille tibi per exemplum figuli, per incomprehensibilitatem viarum Dei, per altissimæ ejusdem sapientiæ admirationem. Observandum tamen est, non id quæri, cur Deus rem provideat. Satis quippe hoc intelligitur, nempe quia res erit, sed quare sic fiat, cur hunc induret, illius misereatur, id quæritur. Latent nos ejus rationes, sed sat est eum optimum ac sapientissimum esse, ut bonas esse judicemus. Et quia justus etiam est, sequitur ejusdem decretis ac operationibus nostram non perimi libertatem. Non

nulli

nulli aliquam hujus negotij rationem scrutati dixerunt nos è massa corrupta, impura luteaque confictos. At Adam, at Angeli ex auro argentoque concreti, peccavere tamen. Quid quod & post regenerationem non pauci indurantur? quærenda itaque alia mali causa, quænum angelis ipsis nota sit, dubitò. Felices tamen nihilominus sunt & Deum laudant. Boëtius quod Philosophiæ magis quam Pauli responsum auscultaret, turpiter se dedit. Nos Christo, virtuti sapientiæque Dei credamus dicenti, Deum velle omnes homines salvos fieri, nolle mortem peccatoris fidamus misericordiæ Divinæ, nec nos ad illam ineptos vanitate & malitiâ nostrâ reddamus.

413. Dialogus iste Vallæ non inelegans est, peccat tamen hinc inde, sed in eo maximè quod nodum secet, & providentiam sub nomine Jovis quem tantum non peccati autorem facit, damnare videatur. Promoveamus ergo fabellam tantisper. Sextus Apolline Delphisque relictis Dodonam se confert ad Jovem, victimis eum placat, ac deinde sic fatur expostulans. Cut me ô magne Jupiter ut malus & miser essem adegisti? aut sortem muta meam, aut culpam in te hætere agnosce. Respondet ei Jupiter: si Romam abdicas, meliora tibi fata nebunt Parcæ, sapiens, fortunatus eris.

Sextus. Eccur Regni spem abdicem? nunquid Rex bonus esse non potero?

Jup. Frustra es, mi Sexte, quid tibi expediat, ego melius novi. Romam si tendis, periisti.

Sextus tam duræ conditionis impatiens prorumpit è templo, & fatis se suis permittit. Tum Theodorus Antistes templi qui colloquio interfuerat, hisce verbis compellat Jovem: sapientiam tuam deveneror, ô Deorum maxime, nam hominem istum injustæ querelæ convicisti planissimè. Pravæ suæ voluntati

infortunium suum posthac imputet : procius nihil habet quod mutiet. At certe fideles tui cultores obstupescunt, quibus esset in votis bonitatem tuam perinde ac magnitudinem admirari : nonne penes te erat aliam illi voluntatem impertiri ?

Jupiter. Vade ad Pallada natam meam, ab hac disces quid me hinc agere decuerit.

414. Theodorus Athenas profectus & in Divano pernoctare iussus, per somnium ignotam in regionem se translatum comperit. Viscebatur ibi palatium supra quam concipi potest fulgentissimum, & vastitate sua immensum. Ocurrit ad portam dea Pallas, majestatis oculorum aciem perstringentis radiis circumcincta.

Qualisquis videri.

Cœlicolis & quanta solet.

Ac olivæ ramo, quem manu gestabat, Theodori frontem tetigit, & ecce! Minervæ jubar, rerumque ab illa exhibendarum speciem obtutu innoxio excipere potens derepente factus est.

Tum Diva : Jupiter cui carus es, Theodore, te mihi erudiendum tradidit. Fatorum hinc palatium curæ meæ concreditum coram cernis, in quo non ea modo quæ sunt, sed etiam quæ fieri possunt omnia repræsentantur. Hæc eadem ante mundi constitutionem dum lustraret Jupiter, possibilitates omnes digessit in mundos & hos inter omnes optimum sibi condendum delegit : revisit interdum hæc loca Pater, ut res omnes recolat sramque renovet electionem qua non potest non delectari. Verbum unicum si dixerò, statim mundum integrum quem producere Pater poterat, coram intuebimur, in quo quidquid de illo queri potest, repræsentatum reperietur : hac ope resciri etiam potest quid futurum esset, si possibile hoc aut illud existeret. Porro quando conditiones casum nos

lais

Græcis ab alio quovis distinguunt præsto erunt hujusmodi mundi quotlibet inter se diversi qui eidem quaestioni diversè per omnes possibiles modos respondeant. Geometriam didicisti juvenis, ut Græci probe educati solent. Nosti itaque quando puncti alicujus quaesiti quaestiones illud non satis distinguunt aut *determinant*, sed infinita puncta quaestioni satisfacere possunt, omnia illa incidere in id quod Geometrae locum vocant, & hunc saltem locum (qui sæpe est linea) esse determinatum & distinctum. Similiter fingere tibi potes ordinatam mundorum seriem, qui omnes & solos, de quibus agitur, casus complectantur eorumque circumstantias & consecutiones variant. Sed si casum ponas qui à mundo qui nunc est non nisi unica in re definita discrepet, certus quidam mundus determinatus quaesito tuo respondebit. Omnes hi mundi idealiter hæc præsto sunt. Eorum quosdam exhibebo tibi, ubi Sextus, non idem omnino ille quidem, sed alii ipsi similimi Sexti reperiantur, qui quidquid de genuino illo Sexto jam nosti, totum habeant, non tamen quidquid in illo jam adhuc latet, adeoque nec quidquid ipsi continget imposterum. In horum mundorum aliquo Sextum quendam reperies fortunatum admodum & ad magna evectum; in alio Sextum alium invenies mediocri sorte contentum, denique in aliis Sextos omnigenos & infinite variatos reperies.

415. His dictis, Theodorus in unum è conclavibus deducitur, quod ubi ingressus est, non jam conclave sed mundus erat,

Solemque suum, sua sidera norat

Tum jubente Deâ, illico Dodona cum Templo Jovis, & sextus inde pedem efferens se videndos præbent: ac Sextus quidem audiebatur profitens se consilio Jovis obtemperaturum. Et ecce in urbem bi-

marem commigrat similem Coryncho. Ibi hortulum mercatur quem dum fodit, thesaurum invenit, dicitur, amatur, colitur ac longævus moritur urbi totus carus. Hæc omnia quasi in ictu oculi, ac veluti in scena vidit Theodorus. Erat in hoc conclavi ingens volumen scriptum. Non se tenuit Theodorus quia sciscitaretur quid sibi volumen istud vellet: Historia est mundi quem modo lustramus, retulit Dea, liber factorum ejus. Vidisti numerum in fronte Sexti, quære sis hoc in libro locum numero illo notatum. Quæsitivus Theodorus & historiam Sexti eâ quam viderat ampliorem reperit. Tum diva: cuicumque volueris lineæ digitum applica & sigillatim exhibitum spectabis quidquid linea ista summam indicat. Paruit Theodorus & subito vitæ hujus Sexti partem adjunctis omnibus, veluti coloribus depictam conspexit: Inde ad aliud conclave digressis alius sese mundus offert, alius liber & alius Sextus, qui templo ingressus ac Jovi morem gerere certus in Thraciam concedit, ibidem filiam Regis unicam ducit uxorem, socero succedit, & à subditis impensè colitur. Itum est deinceps in alia conclavia, novæ semper scenæ visibantur.

416. Conclavia ista coibant in Pyramidem, quoque ascendebatur altius, eò pulchriora fiebant, & pulchriores exhibebant mundos. Tandem ad supremum quo Pyramis claudebatur, omniumque pulcherrimum devenere; habebat enim Pyramis initium sed non finem, apicem sed non basin, crescebatque deorsum in infinitum. Nempe (ut explicabat Diva) quia inter mundos possibiles infinitos unus datur omnium optimus, alioqui Deus ad nullum eorum condendum fuisset permotus: nullus tamen est qui alium imperfectiorem sub se non habeat, hinc Pyramis descendit in infinitum. Theodorus ubi supre-

num hoc conclave subiit in extasin subito raptus est. Opem Dea tulit & instillatâ linguæ ejus gutta liquoris ejusdem divini revocavit ad sensum : non capiebat se præ gaudio Theodorus. Nunc tandem, inquit Dea, ad verum ac reipsa extantem mundum pertigimus : ad boni fontem consistis. Ecce quæ tibi Jupiter in illo præparat si modo fideliter eum colere perrexeris. En tibi Sextus qualis est, & qualis reapse futurus est. Prorumpit è templo furibundus & Deorum monita flocci facit. Viden ut Romam tendit, ut in summis, ut amici conjugem polluit, ut cum Patre pellitur, ut proffigatur, ut vitam agit infelicem? quod si Jupiter Sextum alterum illum Corynthis felicem aut Thraciæ Regem hîc posuisset, non jam hîc idem mundus foret, & tamen non poterat quin hunc ipsum mundum cæteris omnibus perfectiorem ac pyramidis apicem eligeret, aliter enim Jupiter sapientiam suam abdicasset, meque filiam suam projecisset. Vides insuper Sextum à Jove non fuisse factum improbum. Talis quippe ab omni æternitate fuit & quidem semper liberè. Existere tantum ei concessit Jupiter, quod ipsum profectò Ejus sapientia mundo in quo ille continebatur denegare non poterat. Ergo Sextum è regione possibilium ad rerum existentium classem transtulit. Et Sexti crimen ad magna prodest : Romam in libertatem asserit : Magnum inde nascetur imperium, magna exempla daturum, sed hæc nihil ad mundum totum, cujus speciem miraberis olim ubi ab hac conditione mortali ad meliorem alteram feliciter transgresso, illius penitus cognoscendæ Dii tibi facultatem indulerint.

417. Hæc ubi dicta : Theodorus expergiscitur, Deæ grates agit, debitas justitiæ Jovis persolvit laudes ac visis istis auditisque intimè permotus summâ quâ potest religione & omni quæ in mortalem cadit læti-

396 PARS TERTIA *Super Bonitate Dei*
lentiâ munus Antistitis obire pergit. Hæc fabulæ
continuatio nodum à Valla intactum expedire mihi
videretur. Quòd si Apollo Divinam scientiam visionis
(quæ circa existentia versatur) sat scitè repræsentavit
Pallas, ut spero, non ineptè personam egerit ejus
scientiæ quam simplicis Intelligentiæ vocant quæque
possibilia respicit, à qua demum arcessenda est re-
rum origo.

E P I T O M E

Totius Controversæ ad syllogismos reductæ

Hanc appendicem operi subnecti voluerunt Viri
quidam intelligentes, quorum monito parui-
mus tanto libentiùs, quòd hoc pacto difficultates ad-
huc quasdam diluendi & observationes aliquas in ip-
so operis decursu necdum satis indicatas inspergendi
occasionem nancisceremur.

OBJECTIO. I

Quisquis optimam partem non eligit, vel potest-
tiâ vel cognitione vel bonitate caret.
Sed Deus mundum hunc condendo non elegit opti-
mam partem: Ergo Deus vel potentiâ vel cognitione,
vel bonitate carebat.

RESPONSIO.

Negatur minor, sive secunda propositio quam
probat Adversarius hoc.

PROSYLLOGISMO.

Quicumque res quæ omitti aut sine malo effici
poterant, cum malo efficit, is non eligit opti-
mam partem. Sed Deus mundum fecit cum malo
qui omitti aut sine malo effici poterat.

Ergo Deus non eligit optimam partem

RES-

RESPONSIO.

Conceditur minor hujus Prosyllogismi ; fatendum enim est , aliquod esse malum in mundo quem Deus fecit , & possibile fuisse ut mundum sine illo malo conderet , vel etiam nullum omnino conderet mundum , cum ejus creatio in libera Dei voluntate posita fuerit. Sed negatur Major sive prima propositio , cujus probationem ab adversario postulare nobis sufficeret. Sed ut hoc negotium amplius illustretur , negandi rationem dare libuit , monendo illud non esse semper optimum quo malum evitatur , cum fieri possit ut malum cum aliquo majore bono copuletur. Puta Belli-Dux aliquis mavolet ingentem victoriam cum levi vulnere quàm immunitatem à vulnere sine victoria. Ostendimus hoc opere argumentis etià Mathematica disciplina & aliunde petitis imperfectionem in parte requiri posse ad perfectionem in toto. Qua in re S. Augustini sententiam secuti sumus qui centies dixit , Deum permisisse peccatum ut majus inde bonum eliceret ; nec non S. Thomæ Aquinatis qui [in 2. Sent. dist. 32. qu. 1. art. 1.] *permissionem peccati tendere ait ad bonum universi* : Ostendimus Adæ lapsum Veteribus dictum fuisse *felicem culpam* quia cum fœnore immenso reparata fuit per Incarnationem Filii Dei , quæ mundo universo nobilius quiddam impertit , quàm quidquid in rebus creatis absque illa futurum fuisset. Et pro majore rei intelligentia complures bonos Autores secuti addidimus , ordinis & boni generalis interfuisse , ut Deus certis quibusdam creaturis exercendæ libertatis occasionem præberet , etiam dum eas prævidit ad malum deflexuras , quod commodè & cum lucro emendare poterat Ipse , quia non erat consentaneum ut Deus ad impediendum malum extraordinario modo ageret plùs quàm fecit. Itaque ad ob-

jectio-

398 PARS TERTIA *Super Bonitate Dei,*
objectionem difflandam sufficit ostendere, quod
mundus cum malo possit esse melior, quam mundus
sine malo, sed nos in hoc opusculo longius proce-
simus, ostendimusque adeò hoc universum omnino
universo possibili melius esse debere.

OBJECTIO II.

Sin creaturis intelligentibus plus mali sit quam
boni, plus mali quam boni erit in opere toto Dei.
Atqui in creaturis intelligentibus est plus mali quam
boni.

Ergo in toto Dei opere plus mali est quam boni.

RESPONSIO.

Negatur & Major & Minor hujus Syllogismi con-
ditionalis: Major quidem ideò non conceditur,
quia consecutio illa à parte ad totum, à creaturis in-
telligentibus ad creaturas universas tacitè sumit &
quidem sine probatione, creaturas ratione destitutas
non posse in comparisonem aut computationem ve-
nire cum ratione præditis. Sed cur fieri non possit ut
excessus boni in creaturis non intelligentibus mundum
repletibus compensaret, imò superaret excessum mali
reperitum in rationalibus? Verùm quidem est has po-
steriores majores esse pretii, sed viceversa priorum lon-
ge major est numerus, potèstque numeri quantitati-
que proportio superare proportionem pretii & qua-
litatis.

Sed nec Minor concedenda est, non, inquam con-
cedendum in creaturis intelligentibus plus esse mali
quam boni; imò ne in genere quidem humano ne-
cesse est id concedere, quia fieri potest, imò etiam ri-
tioni valdè congruit ut perfectio gloriaque Beatorum
sit incomparabiliter major imperfectione miseriæque
damnatorum, utque hîc præstantia totius boni in or-
non

ri numero præponderet toti malo in numero ma-
re. Beati appropinquant Divinitati ope Divini Me-
atoris quantum in Creaturas cadere fas est, & in
no progressum faciunt, quem in malo facere nul-
enus possunt damnati, etiamsi ad Cacodæmonum
turam accederent quàm proximè. Deus infinitus
; Dæmon limites habet. Bonum in infinitum pro-
edi potest & verè progreditur; at malum suis termi-
s coërcetur. Fieri itaque potest, & fieri credibile
t, ut in Beatorum damnatorumque comparatione
ntingat oppositum ejus quod in creaturarum in-
elligentium & non intelligentium comparatione pos-
paulò ante dicebamus; fieri, inquam, potest ut in
atorum ac damnatorum comparatione proportio
adium superet proportionem numerorum; in com-
ratione verò creaturarum intelligentium, & non
telligentium proportio numerorum major sit pro-
ortione pretiorum. Tamdiu jus est ponendi aliquid
e posse quamdiu impossibile id esse non probatur.
ò quod hâc asserimus, meram hypothèsin excedit.
Sed denique, dato quòd in humano genere plus
ali sit quàm boni, adhuc jure optimo negari potest
creaturis intelligentibus universi idem rectè dici-
ia Geniorum & fortassis etiam aliarum creatura-
m rationalium nobis incognitarum numerus cap-
m nostrum longissimè superat, nec adversarius pro-
re poterit in univèrsa Civitate Dei tam è Geniis
iam ex animalibus rationalibus innumeris & in-
ecies infinitas discretis composita malum bono præ-
llere. Et quanquam ad respondendum objectioni
upiam opus non sit probare rem ita se habere, quan-
o sola possibilitas sufficit, non omisimus tamen hoc
ere ostendere summam supremi rerum arbitri per-
ctionem postulare ut Dei regnum omnium statuura
e Imperiorum possibilium perfectissimum sit, atque
adco

adeò modicum quod in eo reperitur malum ad im-
mensū quod complectitur boni cumulum necessarium
habeatur.

OBJECTIO III.

Si semper impossibile sit non peccare, semper erit
injustum punire.

Sed semper est impossibile non peccare, sive omne
peccatum est necessarium.

Ergo semper est injustum punire.

Minor probatur.

PROSYLLOGISMUS I.

Omne prædeterminatum est necessarium.

Sed omnis eventus est prædeterminatus;

Ergo omnis eventus est necessarius & consequenter
est peccatum.

Probatur etiam hæc altera minor hoc modo

PROSYLLOGISMUS II.

Quod est futurum, quod prævidetur, quod in
causis involvitur est prædeterminatum.

Sed omnis eventus est talis.

Ergo omnis eventus est prædeterminatus.

RESPONSIO.

Negatâ Minore propositione tertie objectionis
conceditur certo sensu minor primi Prosylllo-
gismi qui est conclusio secundi, sed negatur primi
Prosylllogismi propositio Major, nempe quòd omne
prædeterminatum sit necessarium, negatur, inquam si
per peccandi vel agendi utcumque *necessitatem*, vel
non peccandi aut non agendi *impossibilitatem* intelli-
gatur ea de qua hîc agitur necessitas, hoc est essen-
tialis absoluta, locum habitura quidquid ad evitar-
dum agas quæque adeò moralitatem & punitionum
æquitatem destruat: nam si quis aliam necessitatem

vel impossibilitatem intelligat quæ non sit nisi moralis aut hypothetica (quam mox explicabimus) manifestum est negandam illi objectionis istius Majorem. Atque hac in responsione sistere quis posset & præpositionis negatæ probationem exigere. Sed quo res ista meliùs illustraretur, & argumentum hoc totum clariori in luce collocaretur, libuit hoc in opere rationem reddere instituti nostri explicando & necessitatem quæ rejicienda est & determinationem quæ locum habere debet. Nempe *Necessitas* moralitati contraria quæ vitanda est & punitionem injustam efficeret, est necessitas insuperabilis quæ omnem oppositionem inutilem redderet, etiamsi quis actionem illam necessariam evitare ex toto corde vellet, omnique virium contentione conaretur. Jam verò manifestum est id actionibus voluntariis applicari non posse, cum eas nemo, nisi velit, faciat. Itaque earum prævisio & prædeterminatio non est absoluta, sed voluntatem supponit. Si certum est fore ut eas quis faciat, non minus certum est fore ut eas facere velit. Actiones hæc voluntariæ earumque effectus vel consecutaria non evenient quidquid agas aut non agas, vel sive velis sive nolis, sed quia facies & facere voles id quod illuc ducit. Et hoc ipsum in prævisione, inque prædeterminatione continetur, atque aded prævisionis & prædeterminationis rationem constituit. Eventuum hujusmodi necessitas vocatur conditionalis sive hypothetica seu necessitas consequentiæ quia voluntatem & alia requisita supponit & ex ea hypothese seu suppositione certa consequentia profluit, cum contra necessitas inimica moralitati quæ punitionem reddit injustam & præmium inutile efficit, sit in rebus quæ erunt quidquid agas, & quidquid agere velis; verbo in eo quod rebus essentialis est: & hæc necessitas absoluta dicitur. Hinc etiam respectu eorum quæ absolutè necessaria sunt inutile est prohibere vel jubere, pœnas aut præ-

mi proponere, laudare vel vituperare: nullam enim hæc omnia in absolutè necessariis immutationem efficiunt. At in actionibus voluntariis, & iis quæ inde procedunt, præcepta quæ potestate puniendi & præmiarum armata sunt, sæpissimè profunt, & in causarum actionem producentium ordine comprehenduntur. Itaque non solum cura, industria, labor, sed etiam preces utilitatem habent, ut pote quas Deus intuebatur antequam cuncta ordinaret, earumque congruam habuit rationem. Quare præceptum quod dicit. *Ora & labora* subsistit integrum, nec solum ii qui sub inani necessitatis eventuum obtentu volunt negligi posse curas debitas negotiis; sed etiam illi qui adversus preces disputant, in *Sophisma* incidunt quod Veteres pridem nuncuparunt *ignavum*. Atque ita prædeterminatio eventuum per causas omnino ad moralitatem confert, tantum abest ut eam tollat; & causæ voluntatem inclinant, non necessitant. Quapropter determinatio, de qua agitur, non est necessitatis: certum est (Ei qui cuncta novit) effectum hanc inclinationem secururum, sed effectus hic non sequetur sequelam necessariam, id est tali cujus oppositum contradictionem implicet. Per talem etiam inclinationem internam fit ut voluntas se determinet citra necessitatē. Pone aliquem vehementissimo quopiam affectu, verbè gratiâ, siti ardentissimâ laborare, fateberis mentem posse rationem aliquam ei resistendi comminisci, vel ad ostendendam potentiam suam. Itaque quanquam voluntas nunquam in perfecto indifferentiæ æquilibrio constituta sit, semperque inclinatio in partem eligendam prævaleat, nunquam tamen electio absolutè necessaria efficitur.

OBJECTIO IV.

Quisquis alienum peccatum impedire potest, nec tamen impedit, sed potius ei cooperatur, quamquam probè conscius, inter peccati complices habetur. Sed Deus creaturarum intelligentium peccatum impedit

ire potest nec tamen impedit, quin potius cooperatur, cum concursu suo, tum occasionibus quas præbet, quanquam eventus futuri probè conscius. Ergo &c.

R E S P O N S I O.

Negatur Major hujus Syllogismi. Potest enim contingere ut quis peccatum impedire possit, nec tamen impedire teneatur, quia id non nisi peccando ipse, vel (ubi de Deo agitur) non nisi incongruenter operando posset impedire. Cujus rei varia exempla dedimus, Deoque ipsi applicavimus. Fieri etiam potest, ut quis ad malum cooperetur, imò & viam interdum sternat, faciendo ea quæ cæteroqui facere teneatur. Et cum quis officio fungitur aut (cum de Deo sermo est) ubi omnibus pensatis id agit quod ratio postulat, eventus ei non possunt imputari, quantumvis prævisi. Non sanè vult hæc mala, sed ea tamen permittit ob majus bonum aliis quibusvis considerationibus ex recta ratione anteferendum. Estque ea voluntas *consequens* è voluntatibus resultans antecedentibus quibus bonum appetitur. Scio nonnullos, dum de voluntate Dei antecedente & consequente loquuntur, per *antecedentem* quidem intellexisse illam quâ vult omnes homines salvos fieri, per consequentem verò eam quâ vult ob peccatum perseverans aliquos damnari. Verùm sunt ista notionis latius patentis duntaxat exempla, & eandem ob rationem dici potest, Deum antecedente suâ voluntate velle ne homines peccent, voluntate verò consequente, hoc est, finali ac decretoria quæ effectum semper habet, permittere ut peccent, cum hæc permissio sit rationum superiorum consecratoria. Ac generatim dicere fas est, voluntatem Dei antecedentem, ad productionem boni & & impeditionem mali tendere, si singula seorsim & in se sumantur (*particulariter & secundùm quid.* S. Th. 1. q. 19, art. 6.) secundùm mensuram gradus cujusque boni vel cujusque mali; sed voluntatem

tem Divinam consequentem sive finalem ac totalem fieri in productionem bonorum quotquot simul poni possunt, quorum combinatio hoc ipso fit determinata, & complectitur etiam permissionem quorundam malorum, & exclusionem quorundam bonorum, prout Idea universi possibilium omnium optima exigit. Arminius in Antiperkinio suo egregiè explicavit, Voluntatem Dei appellari posse consequentem, non solum respectu actionis creaturæ in intellectu Divino præviè consideratæ, sed etiam respectu aliarum voluntatum Divinarum anteriorum. Verùm sufficit hîc considerare laudatum Thomæ Aquinatis textum, itemque Joannis Duns Scoti in 1. dist. 46. qu. 11. ut pateat eos accipere distinctionem illam, prout hîc illam accipimus. Quòd si tamen quis hunc vocum usum ferre nolit, pro antecedente substituat *voluntatem præviã* & pro consequente *finalem* aut *decretoriam*, neque enim hîc de vocabulis tritari libet

O B J E C T I O V.

Quicumque producit quidquid in re aliqua reale est, is rei illius est causa :

Sed Deus, quidquid est in peccato reale, producit :
Ergo Deus est causa peccati.

R E S P O N S I O.

Sufficeret negare vel Majorem, vel Minorem, quia *Reale* interpretationis admittit, quæ has propositiones falsas efficere possunt. Sed melioris explanationis gratiã distinctionem adhibebimus. Reale vel significat id quod est positivum duntaxat, vel etiam entia privativa complectitur. In priori sensu negatur Major; & conceditur Minor; secus in secundo. Atque hîc sistere licebat, sed tamen ulterius progredi libuit ad reddendam hujus distinctionis rationem. Monuimus itaque omnem realitatem purè positivam sive absolutam habendam esse pro perfectione; imperfectiorem verò à limitatione, hoc est à privativo oriri, nam

limi-

Limitare est progressum sive plus ultra prohibere. Jam verò Deus omnium perfectionum, ac proinde realitatum omnium causa est, si considerentur tanquam merè positivæ. Sed limitationes sive privationes ex originali Creaturarum imperfectione earundem receptivitatem circumscribente resultant. Quemadmodum fit in navi onustâ, quam fluvius magis minusve lentè agit pro ratione oneris quo gravatur. Itaque celeritas à fluvio, tarditas autem hanc celeritatem limitans ab onere provenit: quippe in hoc opere palàm fecimus, quâ ratione creatura, dum peccatum perpetrat, causa sit deficiens, quomodo errores & pravæ inclinationes à privatione nascantur, quo pacto privatio sit per accidens efficax: ac sententiæ S. Augustini (Lib. 1. ad Simpl. qu. 2.) veritatem comprobavimus, explicantis E. G. quo pacto Deus induret, non aliquid mali dando animæ; sed quia bonæ impressionis Divinæ effectus per animæ resistantiam, & per circumstantias ad hanc resistantiam cooperantes circumscribitur; unde fit ut Deus non impertiatur omne bonum, quo malum animæ vinceretur. *Nec (inquit) ab illo erogatur aliquid quo homo fit deterior, sed tantùm quo fit melior, non erogatur omne.* At si Deus amplius aliquid in anima facere voluisset, alias naturas vel alia miracula naturas earum immutatura producere debuisset, quæ in optimum universi Systema non cadebant. Veluti si fluvius naves velociùs agere deberet, vel fluvium ipsum rapidiorem esse quàm sinat ejus declivitas, vel naves ipsas minùs onustas esse oporteret. Ac limitatio sive imperfectio creaturarum originalis facit, ut ne optima quidem universi series à quibusdam malis esse possit immunis, quæ tamen mala in bonum majus converti necesse est. Hæ nimirum anomalix in partibus mirè exaggerant pulchritudinem totius, sicuti dissonantiæ quædam opportunè adhibitæ harmoniam efficiunt elegantiores. Sed hoc pendet ab iis quæ jam ad objectionem primam respondimus.

O B-

O B J E C T I O VI.

QUicumque punit eos qui quàm potuerunt optime egerunt, is injustus est.

Sed Deus hoc facit. Ergo &c.

R E S P O N S I O

NEgatur Minor hujus Argumenti. Credimus enim Deum semper præbere auxilia & gratias quæ sufficerent iis qui essent bonæ voluntatis, id est qui gratias istas novo peccato non respuerent. Itaque non concedimus infantium sine baptismo aut extra Ecclesiam mortuorum damnationem, ut nec adultorum qui egerint secundum concessa sibi à Deo lumina. Credimus autem si quis accepti luminis ductum secutus fueris, dubio procul majoribus quibus indiget præsiidijs à Deo donandum, uti quondam Cl. Hulsemannus celebris ac profundus Lipsiensis Theologus alicubi observavit, & si homo talis reliquo vitæ suæ curriculo auxilijs hujusmodi destitutus fuisset, saltem in mortis articulo iis non privandum.

O B J E C T I O VII.

QUisquis aliquibus duntaxat & non omnibus præsidia largitur, quæ faciunt illos re ipsa habere bonam voluntatem & fidem finalem salutarem; id non habet satis bonitatis.

Sed Deus hoc facit. Ergo &c.

R E S P O N S I O.

NEgatur Major: verum quidem est, Deum humani cordis resistenciam quantumvis magnam superare posse, idque etiam facere interdum, sive per gratiam internam sive per externas circumstantias, quæ in animam multum possunt; non tamen id semper facit. Unde hoc discrimen, inquires, & quare bonitas ejus limitata apparet? Causa est quia ordini non congruebat agere semper extraordinariè ac rerum nexum perturbare, uti supra monuimus in responsione ad Objectionem primam. Rationes hujus nexûs,

vi cuius unus in circumstantiis favorabilioribus collocatur quàm alius in divinæ Sapientiæ abyſſo latent, & ab Harmonia univerſali dependent. Optima univerſi idea infallibiliter à Deo eligenda non aliter ferebat. Et hoc ipſum ab eventu iudicatur, nam cùm Deus fecerit, melius fieri non poterat. Atque hæc agendi ratio tantùm abeſt ut divinæ Bonitati repugnet, ut potiùs ſumma Bonitas Eum ad illam induxerit. Hæc Objectione ejuſque ſolutio ex iis quæ ad primam Objectionem dicta ſunt elici poterant, ſed è re viſum eſt eam ſeorſum attingere.

OBJECTIO VIII.

Quicumque infallibiliter optimum eligit, is non eſt liber. Sed Deus infallibiliter eligit optimum. Ergo Deus non eſt liber.

RESPONSIO.

Negatur Major huius Argumenti: imò potiùs hæc eſt vera perfectiſſimæque libertas poſſe optimè uti libero ſuo arbitrio & ſemper hanc potentiam exercere, nec inde aut vi ullâ externâ aut internis affectibus deſlecti, quorum illa corporum, hi animorum ſervitutem faciunt. Nihil minùs ſervile quàm ſemper ad bonum duci, idque ſemper ſponte ſuâ, ſine ulla cœactione, ſine dolore mæſtitivæ ulla. Objicere verò, fore ergo ut Deus rebus externis indigeat, merum eſt Sophiſma. Deus res externas liberri- mè creat, at ubi ſinem ſibi aliquem, ſcilicet exercendæ Bonitatis ſuæ propoſuit, à ſapientia ſua jam determi- natus eſt ad eligenda media huic fini obtinendo aptiſ- ſima. Hoc ſi indigentiam vocas, vocabulum illud ac- cipis inſolito ſenſu, qui illud ab omni imperfectione expurgat, ut ferè fit, dum de ira Dei abſque affectibus ſermo eſt. Seneca nonnuſquam dixit, Deum ſemel iuſſiſſe, ſemper parère: quia videlicet legibus à ſe ſibi præſcriptis obſequitur. Sed rectiùs dixiſſet, Deum ju- bere ſemper, & ei ſemper obtemperari. Dum enim vult, naturæ ſuæ propenſionem ſemper ſequitur, & reliqua

omnia voluntati ejus semper obsequuntur. Cumque voluntas illa semper eadem sit, Ipse non potest parere nisi illi quam alias habebat. Et quamvis voluntas Ejus semper infrustrabilis sit, semperque feratur in optimum, malum tamen & minus bonum quod ipse respuit, non idcirco non est in se possibile; alioqui boni necessitas foret Geometrica, ut ita loquar, aut Metaphysica, penitusque absoluta, atque ita rerum contingentia pessimum iret, nec ullus foret electioni locus. Verum hoc genus necessitatis quâ contrarii possibilitas non tollitur, non nisi per analogiam necessitas appellatur, ponitur autem reapse in natura, non vi solius rerum essentia, sed illius quod extra & supra rerum essentias cadit, nimirum *L* divinæ voluntatis. Porro necessitas hæc moralis vocatur, quia apud Sapientem necessarium & ex congruo debitum æquivalent, & ubi semper effectum illa sortitur, uti sit in Sapiente perfecto, scilicet Deo, necessitas felix dici potest. Quò propius ad illam accedunt creaturæ, eò propius ad perfectam felicitatem accedunt. Nec verò necessitatis species hæc est, quam vitare conantur homines, quaque moralitas, præmia laudisque destruuntur. Nam quod ab illâ inducitur, non evenit quidquid agas aut quidquid velis, sed quia vis. Voluntas autem, cui bene eligere naturale est, majorem laudem meretur, & verò suam ipsa mercedem, videlicet supremam felicitatem secum affect. Cùmque hæc Divinæ naturæ constitutio plenam sui possessori delectationem tribuat, hinc etiam optima est, maximèq; optanda creaturis quæ omnes à Deo pendent. Si Dei voluntas principium optimi tanquam legem non sequeretur, tunc vel in malum ferretur, quod esset pessimum, vel saltem ad bonum malumque indifferens quodammodo foret, & à casu duceretur: atqui voluntas quæ à casu se semper abripi sineret, mundi gubernationi non multò conducibilior foret, quàm fortuitus Atomorum concursus omni Divinitate sublatâ. Et quàmvis Deus non nisi quibusdam casibus & quadantenus sorti sese committeret (ut si faceret si non semper tenderet ad optimum) nihilominus eò ipso dum minus bonum majori bono, hoc est malum bono præferre posset (quandoquidem id quod majus bonum impedit malum est) imperfectus foret æquè ac id quod eligit, nec fiduciam omnimodam mereretur. Quin tali casu temerè ac sine ratione ageret: & talis mundi administratio similis esset tesserarum illis ludis, in quibus divisum imperium ratio sibi cum sorte vindicat. Ex his omnibus liquet objectionem quæ fit contra electionem optimi, notiones liberi ac necessarii pervertere, & optimum ipsum nobis tanquam malum repræsentare, quod malignum est aut ridiculum.

I N D E X

Rerum hoc opere contentarum,

Numerus Paragraphum designat, at immediate subsequens literam D indicat Paragraphum dissertationis praeviae.

Actio 32. 66. Ejus principium. 323. Actio creaturarum. 299. 300. 381. 399. impugnata & defensa. 386. seqq. actiones oriuntur à substantiis. 400.

Æquivoca in vocibus. 280. seqq. 397.

Anima. Ejus origo 86. & seqq. 397. Ejus immortalitas. D. 11. Ejus unio cum corpore. 400. Ejus influxus in corpus (D. 55.) 59. seqq. 65. Vide *Harmonia praestituta.* Leges ejus unionis cum corpore non sunt arbitrariae. 130. 352. 354. Animæ humanæ non sunt in omnibus similes. 105. quomodo sint in seminibus. 86. 397. Anima universalis D. 7. seqq. D. 11.

Arbitrarium. Deus non statuit arbitrariè bonum ac malum, justum & injustum, 176. leges naturæ 130. (vide *Potestas arbitraria*) veritatem 185. Justitiam. 186.

D. Arnaldus. 203. 211. 223.

S. Augustinus 82. 283. 287. 270. Augustini quos vocant discipulos. 280. 283. *Augustiniani.* 330.

Autor 211. Ejus regula compositionis motuum. 22. Ejus leges motûs. 345. Ejus Systema. v. *Harmonia praestituta.*

D. Baylius oppugnat Rationem. D. 46. oppugnat distinctionem inter id quod est contra & quod est supra rationem. D. 63. Variat. D. 84. Laudatus. D. 86. Impugnatus. 135. Ejus objectiones 107. seqq. Laudatus & reprehensus. 353.

Dd

Boni

I N D E X.

- Boni** quandoque infortunati. 16. 205.
- Bonitas Dei.** 116. 117. collata cum ejus potentia. 77.
135. v. *Perfectiones.*
- Bonum** (v. *Malum*) complectitur statum sine malo
251. in malo latens. 260. Æstimabile propter
malum. 12. 13. an prævaleat malo. 13. 123. 148.
217. 219. seqq. 251. 253. 258. seqq. 262. seqq.
boni species. 209. (vide *Malum ejusque species*)
- Bonum metaphysicum.** 118. 119. 209.
- Bruta**, eorum animæ. 89. eorum bonum vel malum.
250. quomodo imitentur rationem. D. 65.
- Buridanus**, ejus asinus. 48. 306. 307. v. *Indifferen-*
tia Equilibræ.
- Calvinus** realitati in Eucharistia non prorsus refraga-
tur. D. 18. admittit in electionibus rationes con-
sentaneas justitiæ. 79. 115. 178. 338.
- Cartesius** videtur admittere insolubilitatem objectio-
num. D. 68. D. 70. non satis accuratè loquitur
de libertate. 50. 292. Ejus opinio de unione ani-
mæ & corporis. 60. Vult veritatem esse arbitra-
riam. 180. loquitur ac si Deus vellet peccatum. 164
- Causæ**, earum nexus. 43. 53. 330. utilis. 55. 369.
Finales & efficientes faciunt veluti duo regna.
247. occasionales, earum systema est miraculosum.
61. seqq.
- Certitudo.** 371. Distincta à Necessitate. vide *Libertas.*
- Chrysippus.** 168. 169. 170. 209. 331. 332. 334.
- Cicero.** 168. 331. 362.
- Circumstantiæ** conferunt ad salutem. 99. seqq. 105. 134
- Clericus** (Joannes) (D. 85.) 17. 188.
- Cogitationes** confusæ & distinctæ. 124. 310. Surdæ 311.
- Comprehendere** difficilius quàm adversus objectiones
tueri. D. 5. D. 57. Comprehenditur quod à priori
probat. D. 59.
- Cognitio** an sit necessaria ad productionem. 188. 401.
403. Com-

I N D E X.

- Concursus Dei** est dare perfectiones rei quæ produci-
tur. 377. Concursus Dei ad malum. 1. 3. ad pecca-
tum. 377. [v. *peccatum & ejus antor.*] Concursus
Dei moralis 4. 103. 107. seqq. 121. 131. Physi-
cus. 27. seqq.
- Conservatio.** (V. *Creatio continuata*) 27. 28. 385.
- Contenti præferendi.** 15. 134. 254. an possimus aliquâ
viâ esse contenti. 255.
- Contingentia.** 302. 365. Contingentia originem ha-
bent ab Ente necessario. 7. Contingentia futura de-
terminata. 36. 37. quia convenientiam habent.
121. 122. [v. *Necessitas Moralis*] conditionata. 41.
- Continuum** quomodo componatur. D. 70. lex conti-
nuitatis 348.
- Conueniens** medium inter necessarium & arbitrarium.
345. 349.
- Creatio continua.** 382. 385. v. *Conservatio.*
- Creatura,** earum limitationes. 20. 30. 32. 377. 389.
(v. *Imperfectio originalis*) nunquam sunt puri Spi-
ritus. 125. activitas earum controversa. 386.
seqq. Intelligentium felicitatem quo pacto Deus
velit. 118. 119. 120.
- Damnatio aterna.** 133. 266. seqq. infantium. (D. 39.)
92. 93. 283. eorum quibus prædicatio defuit. 95:
- Damnati** 17. 183. 133. 270. seqq.
- Decreta Divina,** eorumque ordo. 3. 52. 84. non ne-
cessitant. 365. Decretum Dei unicum pro universo.
52. Decretum absolutum. 182. in rationibus fun-
datum. 79.
- Delectatio** est perceptio perfectionis 357. gratiæ op-
posita mundanæ. 278. in victoria magnæ difficul-
tatis 329. nimia mala est 252. 259. delectationes
mentis durabiles. 254.
- Despotismus** V. potestas arbitraria.
- Determinatio.** v. *Indeterminatio, libertas, contingens,*

I N D E X.

- certitudo, ratio, indifferentia.* Ratio determinans, ubique occurrit. 36. 43. 44. 48. 52. 54. 196. 201. 304. seqq. 309. 360. determinatio per causas est utilis. 369. in nobis oritur ab internis & externis simul sumptis. 371. Si per rationem fiat, Deo nos propinquare facit. 318.
- Deus v. iustitia, decreta, perfectiones, permissio, libertas, voluntas, scientia, sapientia.* Est infinitus 225. non est anima mundi. 195. 217. Ejus existentia à quibusdam negata. 188. probata 7. dat perfectiones. 377. absque Eo natura non sufficit. 350. an solus agat. 386. & seqq. non est bonus Architectus magis quam bonus Monarcha. 247. nulla in re indeterminatus. 337. fiducia in Illum. 58. quomodo Ejus causa agenda sit? [D. 34. seqq.] 145. Ejus rationes occultæ sed bonæ. 338. occulta beneficia. 260. 135. quomodo malum velit. 23. non est causa peccati. 135. Ethnicorum de Dīs querelæ. 260.
- Diabolus,* Deus hujus mundi. 18. ejus potentia. 136. Ruina. 18. an in Apocalypsi significata. 274. cum Deo paciscens per Anachoretam. 371.
- Electio,* semper habet suas rationes. 309. 358. ex objecto desumptas. 104. an fiat propter fidem per dilectionem operantem prævitam 83. nulla regula nobis nota prior illâ. 104. an oporteat se credere electum? 167. vide *prædestinatio*.
- Epicurus.* [v. Voluntates particulares] sapiens non agit per exceptiones primitivas sed per regulas sive principia. 337.
- Fatum,* fundatum in rationibus. 121. 228 231. non est supra Deum. 190. 191. Turcicum. 55. 59. 367. causas negligit & moralitatem evertit. 369. Vide *Terminus fatalis*.
- Fides,* habet sua motiva (v. *motiva credibilitatis*) comparatur

I N D E X

paratur cum experientia [D. 1.] non impugnatur nisi apparentibus (D. 43.) contraria verisimilibus. [D. 28. D. 34. 79. D. 82.] 85. 243. propugnari potest adversus objectiones (D. 5.) est tantum contraria veritatibus positivis & necessitati physicæ (D. 3.) est conformis Rationi. [D. 1. seqq. per totam.]

Forme 323. 381. earum origo 87. possibles sunt originali. 20.

Futura V. Contingentia.

Futuritio. 36. 37.

Godescalcus 82. 272.

Gratia, ejus auxilia. 40. 80. 85. 113. 126. 134. Congrua [V. *Circumstantia*) non necessitat 279. potior naturâ. 316. sufficiens an detur omnibus 5. 95. 115. 134. sufficiens occulta. 95. 283. efficax se ipsa. 283.

Harmonia rerum 9. 12. 74. 130. mentium. 5. 13. universalis, (D. 44.) 18. 62. 119. 124. 200. regnorum naturæ & gratiæ 18. 110. 340. [V. *punitio* naturalis,] præstabilita [D. 18. D. 26.] 18. 188. 288. seqq. 353. in Beatis 310.

Hobbesius 72. 172. 220.

Homo an propter illum omnia 194. 372. (v. *Creatura* intelligens) potest ab aliis animalibus intelligentibus perfectione superari. 341. non est adeò malus 220. potest fieri perfectior. 341. an reus ante voluntatem. 5. quomodo se discernat coram Deo, 103. 104. utitur gratiâ minus resistendo. 269. Microcosmus, 147. conditio humana an lugenda? 13. 14. corpus humanum fragile & tamen durabile. 15.

Jansenius. 367. Jansenitæ. 280. 379.

Laquetotius. 63. 160. 268.

Imperfectio. (V. *Malum* metaphysicum) Originalis. 20. 156. V. *Peccatum* & ejus originem.

I N D E X.

- Impossibile*; diversimodè sumptum. 280. seqq. a completatur quidquid nunquam existit? 163. 164. 171. seqq. 235.
- Inclinatio non necessitans*, v. *Necessitas*.
- Indifferentia* [Vide *Libertas*] 302. 324. ab indeterminatione distinguitur. 369. nimia nobis displicet. 318. æquilibrii falsa 35. 46. 48. 132. 175. 176. 232. 303. 320. 365. abique exemplo. 367. mala esset & absurda 312. impossibilis 313. (v. *Buridani*.)
- Infinium* (D. 69. D. 70. 225. a actuale datur. 195. non est totum aliquod. 195.
- Instinctus* 403. mixtus cum ratione 310. etiam in Beatis. 310.
- Iustitia* iudata in natura rerum. 182. seqq. 240. (vide *Arbitrarium*) vindicativa (v. *Punitio*) iustitia Dei (D. 34. seqq.) non caret regulis & rationibus (D. 37. D. 38.) 177. seqq. excludit despotismum [v. *potestas arbitraria*] iustitia Dei respectu mali. 1. defensa 16. 106. an faciat peccare ut puniat? 166.
- Kingius* de origine mali. 240. 358.
- Libertas* (v. *contingentia*, *prescientia*, *inclinatio*, *voluntas*, *spontaneum*, *indifferentia*, *necessitas*) quæ patiatur difficultates. 2. 36. ad illas responderetur. 6. seqq. ejus requisita. 302. immunis à necessitate. 34. an ex conscientia intima probetur. 292. 293. 299. libertas indifferentiæ quomodo vera 323. non tollitur per impressionem boni 45. servire rationi libertas est. 228. consistit cum determinatione & certitudine. 36. 43. 45. 199. an habeat imperium? *Voluntatem* 327. 328. an velit velle (v. *Voluntas*)
- Libertas* in Deo 110. 232. quatenus sit perfecta 337. qualis in Beatis & damnatis. 269. est velle imperium in imperio Dei. 372. non evincitur per concursum Divinum. 34. nec per impressiones pernias. 297. est causa peccati. 277. 278. 288.

Laba

I N D E X.

Zutherns, ejus Philosophia. (D. 12.) non stat contra
Rationem. (D. 49. D. 67. D. 86.)

Malebrancus. 185. 203. 204.

Malum, ejus origo. 1. 20. oritur à formis possibili-
bus. 20. 156. 278. 335. quæ sunt in intellectu,
non in voluntate Divina. 149. 151. ejus princi-
pium [v. *principium malum*] à diabolo invecum.
273. 275. nostrâ culpâ exoritur. 264. est privati-
vum [v. *Privatio.*] Malum in parte (v. *Totum*)
non nimium attendendum. 13. 15. non est necessa-
rium. 10. minus bonum majori bono prælatum
malum est. 8. 194. requiritur ad optimum. 9. 145.
149. 155. occasio majoris boni. 10. 11. 114. 165.
211. 239. 334. sub illo latet bonum. 260. per con-
comitantiam evenit cum optimo. 237. 239. 336.
an prævaleat bono. 13. (v. *Bonum*) etiam in futura
vita. 17. delectatio nimia mala. 252. 259. species
mali. 1. 21. 209. Morale, Phycicum, Metaphysi-
cum. 241. malum morale. (v. *Peccatum.*) origo
Phylici. 26. Malum metaphysicum. 118. 119. 209.
[v. *Imperfectio.*]

Manichæi. 136. v. *Principium malum.*)

Materia, ejus inertia. 30. 347. defectus. 370. 380.
382. non est origo mali. 20 335. 379. 280.

Marbæsis hîc adhibita. 8. 18. 22. 30. 212. 214. 224.
234. 241. 242. 384.

Medium in electione Sapientis est pars finis. 208. ma-
lum morale non est medium. (v. *Peccatum.*)

Miracula. [v. *Fides.*] 248. 249. eorum gradus. [D.
3.] rerum determinatione non auferuntur. 54. in
quo naturæ opposita? 207. sunt in ordine volun-
tatum generalium. 207. non cessant vi legis ge-
neralis. 354.

Molina. 30. 135.

Molinista. 48. 330. 351. 370.

I N D E X

- Motiva* credibilitatis. [D. 1. D. 5. D. 29.
- Mundus* (v. *Uniuersum*) an necessarius? 189. non est animatus. 105. Mundi possibili. 42. 413. 416. à causa intelligente conditus. 188.
- Mysteria*. [v. *Fides*, *Miracula*.] eorum τὸ πῶς? (D. 54.) num in religione sint aliqua? [D. 60.] an probentur ratione? [D. 59.]
- Natura*, leges ejus nec sunt arbitrariæ, nec necessariæ, sed congruæ. 130. 208. sine Deo non sufficit. 350.
- Necessarium* [v. *Contingens*, *Impossibile*.] variè sumptum. 280. seqq. Ens necessarium causa aliorum. 7. necessitas alia à certitudine. 371. nulla oritur ex decretis. 365. neque ex inclinatione prævalente. 34. seqq. 43. 53. 230. 302. neque eam invehunt impulsus gratiæ vel corruptionis. 279. necessitas sapiens potior indifferentiâ absurdâ. 339. an moralitatem everteret? 67. 71. laus necessitatis. 75. ejus species. 168. 174. hypothetica & absoluta. 37. 53. 67. Logica, Metaphysica siue Geometrica opposita physiciæ & morali (D. 2. D. 20.) necessitas moralis. 121. 132. 175. 288. 231. 234. 237. non repugnat libertati. 199. necessitas hæc volendi bonum felix est. 312. 319. 343. necessitas bruta repugnat libertati. 371.
- Notiones* communes retinendæ [D. 4. D. 38. D. 55.] 177.
- Objectiones*, earum utilitas [D. 26. D. 40.] iis respondere minus est quàm probare assertum [D. 58. D. 72.] an necesse sit iis respondere [D. 26. D. 40. D. 83.] semper responderi potest etiam iis quæ contra Fidem militant [D. 5. D. 24. seqq. D. 39. D. 66. D. 68. D. 70.]
- Optimum* semper eligitur à Deo. 8. 23. 117. 119. 129. 130. 193. seqq. 197. 200. 201. 203. 208. 218. 223. seqq. 228. 332. 341. quantum optare fas

I N D E X.

fas esset, si illud cognosci posset. 123. 135. 201.

Ordo pendet ex regulis. 359.

Organica, eorum constructio. 91. v. *Semina*.

Pars (v. *Totum*) quod parti repugnat, repugnat & toti. [D. 61.]

S. Paulus non favet potestati arbitrariæ Dei. 179:

Peccatum. (v. *Malum*, *concursum ad peccatum*.) ejus origo 156. oritur ex originali imperfectione Creaturarum 288. ejus autor 135. an fuerit evitabile? 155. 160. non est necessarium 407. oritur à libertate 277. 278. 288. non est medium ad obtinendum bonum 23. 25. 158. 166. 230. felix culpa 10. 11. quomodo Deo displiceat? 114. 117. 125. 151. permissum concomitanter interventu boni 237. 239. quomodo Deus ad illud contribuat 9. 161. 162. Deus peccatum non vult 158. 163. 164. 166. nec illud permittit ut condonare aut punire possit 239. Originale 86. seqq. ejus propagatio 91. 112. an damnet 92.

Perceptiones repræsentant objecta non arbitrariè sed naturaliter 344. 352. 355.

Perfectio à Deo producitur 22. 29. 31. 66. 377. in delectatione percipitur 357. Perfectiones Divinæ 226. invicem collatæ 247. tam Dei Bonitati quàm Magnitudini, Potentiæ ac Sapientiæ consulendum 333. (v. *Bonitas*.) tam ejus Perfectioni morali quàm physicæ. 77.

Philosophia conformis Theologiæ (D. 1. seqq. per totam. D. 6.) in quo statu versetur hodie. (D. 6.) Libri facientis illam interpretem Scripturæ (D. 14.) Sociniana. (D. 16.)

Possibile, 74. (v. *Impossibile*.) Possibile conflictus ad existendum. 201.

Potestas sive Potentia variè sumpta. 282.

Potestas arbitraria, ejus exercitium repugnat Justitiæ Divinæ. 6. 79. 167. 176. 180. Pre-

I N D E X.

- Prædeterminatio. v. Determinatio.*
- Prædestinatus, fur prædestinatus liber.* 167.
- Prædestinatio.* (v. *Determinatio, Prævisio, Causa, Electio, Terminus fatalis, Fatum.*) De eâ controversia, in quo fundata. 18. gratuita. 103. 104. non caret ratione. 79. 104. An sit etiam aliqua ad malum. 81. 82. 167.
- Præformatio. vide Organica.*
- Prævisio* 37. 38. non necessitat 365. Prævisio per causas 330. 361. 368. per decreta 363.
- Principium proprium, ineptum ad explicanda Phænomena.* 152.
- Principium malum* (v. *Manichæi, Zoroaster.*) (D. 137.) 26. 120. 136. seqq. 152. 154. 156. 199. 339.
- Principia* (v. *Voluntates generales, Exceptiones.*) Sapiens semper agit per principia. 337. Principia in consequentiis neglecta. 339.
- Privatio in malo.* 20. 27. 32. 33. 153. 378.
- Punitio, ejus æquitas non pendet ab origine malitiæ* 264. an locum habeat cum inutilis est 70. 73. 74. 126. vitanda si vitari possit. 125. naturalis. 112. 126. punitiones occultæ. 119.
- Ratio, est nexus veritatum* (D. 1.) laudabilis (D. 80.) quatenus conformis Fidei (D. 1. seqq. per totam.) impugnata (D. 4. D. 6. seqq.) quod est supra rationem & quod contra (D. 23. D. 60. D. 63. seqq. D. 66.) quantò illâ superior fortuna. 316. 317. determinans ubique præsto. 4. v. *Determinatio* est in Deo eminenter. 192. Rationales & non Rationales, Theologi sic dicti. D. 14.
- Regula, v. Voluntates generales, exceptiones, principia, ordo.*
- Regna finalium & efficientium causarum.* 247. naturæ & gratiæ. 18. v. *Harmonia.*
- Regnum Dei, ejus magnitudo.* 19. 122. 130.

R.

I N D E X.

- Reprobi*, quomodo secundum aliquos deberent orare. 272. Orationes pro illis. 272.
- Sanctitas Dei*, 151. v. *peccatum* Deo displicet.
- Sapientia Divina*, ejus altitudo. 134. 179. apparet pro captivo nostro. 134. 145. v. *Optimum*.
- Scientia Dei* triplex. 40. seqq. impugnata. 192. media. 39. seqq. 47. 94. 102. juxta Gregorium Magnum. 267.
- Semina* continent corpora organica. 91. & animas. 397.
- Sfondratus* (Cardinalis) 11. 92.
- Socinianismus*. 386.
- Sociniani*, eorum Philosophia. [D. 16.] negant justitiam vindicativam. 74. & prævisionem. 364.
- Spinosa*. 173. 174. 372. 373. 376. 393. ejus opinio de anima. [D. 9.] non est autor libri, cui titulus: *Philosophia Scripturae interpretis*. [D. 14.]
- Spontanæum*. 34. 59. 64. non tantum apparens 298. perfectius per harmoniam præstabilitam. 288. seqq.
- Stoici*. 217. eorum anima mundi. [D. 9.] opinione minus fautores necessitatis. 331.
- Strato* Philosophus. 187. 188. 351.
- Substantia* creata distincta ab accidentibus. 32. 390. 391. 392. agit 393. 400. non nisi creatione incipit. 396. habet corpus organicum. 125.
- Supralapsarii*. 82. 167. 229. 238. 239.
- Terminus fatalis* vitæ. 56. Pœnitentiæ. 57. v. *Fatum*.
- Terra*, commentum de ejus Angelo præside. 18. globi ejus immutatio. 244. 245.
- Theologia* conformis Philosophiæ. [D. 1. per totam, maximè D. 6. D. 12. D. 14. D. 17. naturalis & revelata. 76. 115. Astronomica conficta. 18. Theologi rationales. [D. 14.]
- Thomista*. 39. 47. 330. 370.
- Totum*, ad bonum totius conferre potest malum in parte

I N D E X.

- parte. 128. 199. 211. 212. seqq. pulchritudo sap
non nisi in toto emicat. 146.
- Traductio animarum.* (v. *Anima.*) 88. quomodo ve
risimilis ? 397.
- Varietas* in bonis. 124. requisita. 246.
- Veritas*, ejus origo in Deo. 184. non arbitraria. 185.
Veritates æternæ (D. 2.) 184. 190. 191. positivæ
(D. 2.) v. *Natura* ejusque leges.
- Virtus* tendit ad perfectionem. 180. Virtutes humanæ
15. 250. Ethnicorum. 283.
- Universalismus* (v. *Voluntas* omnes salvandi.)
- Universalitas* dogmatum. 90.
- Universum* (v. *Mundus*) quid sit ? 8. existens. 10.
ejus amplitudo. 19. an in perfectione crescat. 102.
- Voluntas* (v. *Libertas*) tendit ad bonum in se 154.
191. 240. non necessitatur à bono. 230. [v *Ne
cessitas*] an per intellectum determinetur ? 51.
309. 310. 311. cum bilance comparata. 324
comparata cum pondere conatum in plures partes
exerente. 325. an velit velle ? 51. 234. 301. 326.
404. Divina tendit ad verum bonum. 8. 133. 134
(v. *Creatura intelligentes*, *punitio evitanda.*) Vo
luntas variè sumpta. 282. plena vel minùs plena.
127. 134. antecedens & consequens. 22. 81. 114.
119. 222. signi & beneplaciti. 162. generalis &
particularis in Deo. 204. seqq. 241. Voluntates
generales (v. *Principia.*) in Deo an necessariæ. 358.
non auferunt miracula. 354. 355. Voluntates par
ticulares (v. *Exceptiones.*) primitivæ nullæ sunt in
sapiente. 337. pendent semper à legibus sive re
gulis. 358. [v. *Regula.*]
- Wiclessus* 172. 235.
- Zoroaster.* 136. seqq.

F I N I S.

CAUSA DEI

Afferta per

JUSTITIAM EJUS,

Cum cæteris ejus.

PERFECTIONIBUS,

Cunctisque Actionibus

CONCILIATAM.

Sive

SYNOPSIS

METHODICA

TENTAMINUM

THEODICÆÆ

Ab

Ipso Illustri Autore adornata.

FRANCOFURTI,

Sumptibus CAROLI JOSEPHI BENGARD
M. DCCXIX.



CAUSA DEI

Afferta per

JUSTITIAM EJUS,

Cum cæteris ejus

PERFECTIONIBUS,

Cunctisque Actionibus

CONCILIATAM.

I. **A** *Polegetica Causa Dei tractatio* non tantum ad divinam gloriam, sed etiam ad nostram utilitatem pertinet, ut tum magnitudinem ejus, id est potentiam sapientiamque colamus, tum etiam bonitatem, & quæ ex ea derivantur justitiam ac sanctitatem amemus, quantumque in nobis est imitemur. Hujus Tractationis duæ sunt partes: prior præparatoria magis, altera principalis censeri potest; prior spectat Divinam *Magnitudinem, Bonitatemque separatim*; posterior pertinentia ad utramque junctim, in quibus sunt *Providentia* circa omnes creaturas, & *Regimen* circaintelligentes, præsertim in negotio pietatis & salutis.

2. Magnitudinis Divinæ potius quàm Bonitatis rationem habuere Theologi rigidiores ; at laxiores contrà : utraque perfectio æquè curæ est verè Orthodoxis. Error Magnitudinem Dei infringentium *Anthropomorphismus*, Bonitatem tollentium *Despotismus* appellari possent.

3. *Magnitudo Dei* studiosè tuenda est contra Socinianos imprimis, & quosdam Semifocinianos , in quibus Conradus Vorstius hîc maximè peccavit. Revocari autem illa potest ad duo Capita Summa, Omnipotentiam & Omniscientiam.

4. *Omnipotentia* complectitur tum Dei Independentiam ab aliis , tum omnium Dependentiam ab ipso.

5. *Independentia Dei* in existendo elucet, & in agendo. Et quidem *in existendo*, dum est necessarius & æternus, &, ut vulgò loquuntur , Ens à se : Unde etiam consequens est immensum esse.

6. *In agendo* independens est naturaliter & moraliter. Naturaliter quidem, dum est liberrimus, nec nisi à se ipso ad agendum determinatur ; moraliter verò, dum est *εὐκτιδύουος*, seu superiorem non habet.

7. *Dependentia rerum à Deo* extenditur tum ad omnia possibilis, seu quæ non implicant contradictionem ; tum etiam ad omnia actualia.

8. Ipsa rerum *possibilitas*, cum actu non existunt, realitatem habet fundatam in divina existentia : nisi enim Deus existeret, nihil possibile foret ; & possibilis ab æterno sunt in ideis Divini Intellectus.

9. *Actualia* dependent à Deo tum in existendo tum in agendo, nec tantum ab Intellectu ejus , sed etiam à Voluntate. Et quidem *in existendo*, dum omnes res à Deo liberè sunt creatæ, atque etiam à Deo conservantur ; neque malè docetur conservatio-

nem

nem divinam esse continuatam creationem, ut radius continuè à sole prodit; etsi creaturæ neque ex Dei essentia, neque necessariò promanent.

15. *In agenda* res dependent à Deo, dum Deus ad rerum actiones concurrat, quatenus inest actionibus aliquid perfectionis, quæ utique à Deo manare debet.

11. *Concurfus* autem Dei (etiam ordinarius seu non miraculosus) simul & immediatus est & specialis. Et quidem *immediatus*, quoniam effectus non ideo tantum à Deo dependet, quia causa ejus à Deo orta est, sed etiam quia Deus non minus neque remotius in ipso effectu producendo concurrat, quàm in producenda ipsius causa.

12. *Specialis* verò est concursus, quia non tantum ad existentiam rei actûsque dirigitur, sed & ad existendi modum & qualitates, quatenus aliquid perfectionis illis inest, quod semper à Deo profluit, patre luminum omnisque boni datore.

13. Hactenus de potentia Dei, nunc de sapientia ejus, quæ ob immensitatem vocatur *Omniscientia*. Hæc cum & ipsa sit perfectissima [non minus quam Omnipotentia] complectitur omnem ideam & omnem veritatem; id est omnia tam incompleta quàm complexa quæ objectum intellectûs esse possunt: & versatur itidem tam circa possibilium quàm circa actualia.

14. *Possibilem* est, quæ vocatur *Scientia simplicis intelligentiæ*, quæ versatur tam in rebus, quàm in earum connexionibus; & utæque sunt tam necessaria quàm contingentes.

15. *Possibilia contingentiæ* spectari possunt tum ut sejuncta, tum ut coordinata in integros mundos possibiles infinitos, quorum quilibet Deo est perfectè cognitus, etsi ex illis non nisi unus ad existen-

tiam perducatur : neque enim plures Mundos actuales fingi ad rem facit , cùm unus nobis totam Universitatem Creaturarum cujuscunque loci & temporis complectatur, eoque sensu hoc loco *mundi* vocabulum usurpetur.

16. Scientia Actualium, seu mundi ad existentiam perducti, & omnium in eo præteritorum, præsentium & futurorum, vocatur *Scientia visionis* : nec differt à scientia simplicis intelligentiæ hujus ipsius mundi, spectati ut possibilis, quàm quòd accedit cognitio reflexiva, qua Deus novit suum decretum de ipso ad existentiam perducendo. Nec alio opus est divinæ *præscientiæ* fundamento.

17. *Scientia* vulgò dicta *Media* sub scientia simplicis intelligentiæ comprehenditur eo quem exposuimus sensu. Si quis tamen Scientiam aliquam *Mediam* velit inter Scientiam simplicis intelligentiæ & scientiam visionis, poterit & illam & *Mediam* aliter concipere quàm vulgò solent, scilicet ut *Media* non tantum de futuris sub conditione, sed in universum de possibilibus contingentibus accipiatur. Ita scientia simplicis intelligentiæ restrictiùs sumetur, nempe ut agat de veritatibus possibilibus & necessariis, scientia *Media* de veritatibus possibilibus & contingentibus, scientia visionis de veritatibus contingentibus & Actualibus. Et *media* cum prima commune habebit, quòd de veritatibus possibilibus agit; cum postrema, quòd de contingentibus.

18. Hactenus de divina Magnitudine, nunc agamus etiam de *Divina Bonitate*. Ut autem Sipientia seu veri cognitio est perfectio intellectûs, ita Bonitas seu boni appetitio est perfectio voluntatis. Et omnis quidem Voluntas bonum habet pro objecto, saltem apparens, at divina Voluntas non nisi bonum simul & verum.

19. Specti-

19. Spectabimus ergo & Voluntatem & objectum ejus, nempe Bonum & Malum, quod rationem præbet volendi & nolendi. In *Voluntate* autem spectabimus & naturam ejus & species.

20. Ad Voluntatis *naturam* requiritur *Libertas*, quæ consistit in eo, ut Actio Voluntaria sit spontanea ac deliberata, atque adeo, ut excludat necessitatem quæ deliberationem tollit.

21. *Necessitas* excluditur *Metaphysica*, cujus oppositum est impossibile, seu implicat contradictionem; sed non *Moralis*, cujus oppositum est inconueniens. Etsi enim Deus non possit errare in eligendo, adeoque eligat semper quod est maximè conueniens; hoc tamen ejus libertati adeo non obstat, ut eam potius maximè perfectam reddat. Obstarat, si non nisi unum foret voluntatis objectum possibile, seu si una tantum possibilis rerum facies fuisset; quo casu cessaret electio, nec sapientia bonitasque agentis laudari posset.

22. Itaque errant aut certe incommodè admodum loquuntur, qui ea tantum possible dicunt, quæ actu fiunt, seu quæ Deus elegit; qui fuit lapsus Diodori Stoici apud Ciceronem & inter Christianos Abailardi, Wiclefi, Hobbii. Sed infra plura de libertate dicentur, ubi humana tuenda erit.

23. Hæc de Voluntatis natura; sequitur *Voluntatis divisio*, quæ in usum nostrum præsentem est potissimum duplex: una in antecedentem & consequentem, altera in productivam & permissivam.

24. *Prior divisio* est, ut Voluntas sit vel Antecedens seu prævia, vel Consequens seu Finalis; sive quod idem est, ut sit vel inclinatoria vel decretoria; illa minùs plena, hæc plena vel absoluta. Equidem solet aliter (primâ quidem specie) explicari hæc Divisio à nonnullis, ut antecedens Dei voluntas [verbi gratiâ]

omnes salvandi) præcedat considerationem facti creaturarum; consequens autem (verbi gratia quoddam damnandi) eam sequatur. Sed illa præcedit etiam alias Dei Voluntates, hæc sequitur; cum ipsa facti creaturarum consideratio, non tantum à quibusdam Voluntatibus præsupponatur, sed etiam quasdam Dei Voluntates, sine quibus factum creaturarum supponi nequit, præsupponat. Itaque Thomas & Scotus, alique Divisionem hanc, eo, quo nunc utimur, sensu sumunt, ut Voluntas antecedens ad Bonum aliquod in se, & particulariter, pro cuiusque gradu, feratur, unde hæc Voluntas est tantum secundum quid; Voluntas autem consequens spectet totale, & ultimam determinationem contineat; unde est absoluta & decretoria; & cum de divina sermo est, semper effectum plenum obtinet. Cæterum si quis nostram explicationem nolit, cum eo de vocabulis non litigabimus: pro antecedente & consequente substituatur, si volet, præviam & finalem.

25. *Voluntas antecedens* omnino seria est & pura, non confundenda cum Velleitate, (ubi quis vellet si posset, velleque posse) quæ in Deum non cadit; nec cum Voluntate conditionali, de qua hic non agitur. Tendit autem voluntas antecedens in Deo ad procurandum omne bonum, & ad repellendum omne malum, quatenus talia sunt, & proportionem gradus quo bona malave sunt. Quam seria autem hæc voluntas sit, Deus ipse declaravit, cum tanta asseveratione dixit, se nolle mortem peccatoris, velle omnes salvos, odisse peccatum..

26. *Voluntas Consequens* oritur ex omnium Voluntatum antecedentium concursu, ut scilicet, quando omnium effectus simul stare non possunt, obtineatur inde quantus maximus effectus per sapientiam & potentiam obtineri potest. Hæc voluntas etiam *Decretum* appellari solet.

27. Unde

27. Unde patet voluntates etiam antecedentes non omnino irritas esse, sed efficaciam suam habere; qui etsi effectus earum obtinetur, non semper sit plenus, sed per concursum aliarum Voluntatum antecedentium restrictus. At voluntas decretoria ex omnibus inclinatoriis resultans, semper plenum effectum sortitur, quoties potentia non deest in Volente; quemadmodum certè in Deo deesse nequit. Nempe in sola voluntate decretoria locum habet Axioma: qui potest & vult ille facit; quippe cum eo ipso scientiam requisitam ad agendum sub potentia comprehendendo, jam nihil intus extraque actioni deesse ponatur. Neque verò aliquid felicitati perfectionique Volentis Dei decedit, dum non omnis ejus Voluntas effectum plenum sortitur: quia enim bona non vult nisi pro gradu bonitatis quæ in unoquoque est; tum maximè ejus Voluntati satisficit, cum optimum resultans obtinetur.

28. *Posterior voluntatis divisio est in productivam circa proprios actus, & permissivam circa alienos.* Quædam enim interdum permittere licet, (id est non impedire) quæ facere non licet, velut peccata, de quo mox. Et permissivæ Voluntatis objectum proprium non id est quod permittitur, sed permissio ipsa.

29. Hactenus de Voluntate, nunc de *Ratione Kalendi* seu *Boni & Mali*. Utrumque triplex est, *Metaphysicum, Physicum & Morale*.

30. *Metaphysicum* generatim consistit in rerum etiam non intelligentium perfectione & imperfectione. Liliorum Campi & passerum curam à Patre cælesti geri Christus dixit, & brutorum animantium rationem Deus habet apud Jonam.

31. *Physicum* accipitur speciatim de substantiarum intelligentium commodis & incommodis, quo pertinet *Malum pœna*.

32. *Morale* de earum actionibus virtuosis & vitiolis, quo pertinet *Malum Culpa*: & malum physicum hoc sensu à morali oriri solet, etsi non semper in iisdem subjectis; sed hæc tamen quæ videri possit aberratio cum fructu corrigitur, ut innocentes nolent passi non esse. add. infra. §. 55.

33. Deus vult bona per se, antecedenter ad minimum; nempe tam rerum perfectiones in universum, quàm speciatim substantiarum intelligentium omnium felicitatem & viatutem, & unumquodque bonorum pro gradu suæ bonitatis, ut jam dictum est.

34. Mala, etsi non cadant in voluntatem Dei antecedentem, nisi quatenus ea ad remotionem eorum tendit, cadunt tamen interdum, sed indirectè, in consequentem: quia interdum majora bona ipsis remotis obtineri non possunt, quo casu remotio malorum non planè perducitur ad effectum; & consistens intra Voluntatem antecedentem, non prorumpit in consequentem. Unde Thomas de Aquino post Augustinum non incommodè dixit, Deum permittere quædam mala fieri, ne multa bona impediatur.

35. Mala Metaphysica & Physica, (veluti imperfectiones in rebus, & mala pœnæ in personis) interdum fiunt bona subsidiata, tanquam media ad majora bona.

36. At Malum morale seu malum culpæ nunquam rationem mediæ habet, neque enim (Apostolo monente) faciendæ sunt mala ut eveniant bona; sed interdum tamen rationem habet conditionis quam vocant sine qua non, sive colligati & concomitantis; id est sine quo bonum debitum obtineri nequit; sub bono autem debito etiam privatio mali debita continetur. Malum autem admittitur non ex principio necessitatis absolutæ, sed ex principio convenientiæ. Rationem enim esse oportet cur Deus malum permit-

tat

rat potius quam non permittat : ratio autem Divinæ Voluntatis non nisi à bono sumi potest.

37. Malum etiam Culpæ nunquam in Deo objectum est Voluntatis productivæ, sed tantum aliquando permissivæ ; quia ipse nunquam peccatum facit, sed tantum ad summum aliquando permittit.

38. Generalis autem Regula est permittendi peccati, Deo hominique communis, ut nemo permittat peccatum alienum, nisi impediendo ipsemet actum pravum exerciturus esset. Et ut verbo dicam, peccatum permitti nunquam licet, nisi cum debet, de quo distinctius infra §. 66.

39. Deus itaque inter objecta Voluntatis habet optimum, ut finem ultimum ; sed bonum ut qualemcumque, etiam subalternum, res verò indifferentes, itémque Mala Pœnæ sæpe ut Media ; at Malum Culpæ non nisi ut rei alioqui debitæ conditionem sine qua non esset ; eo sensu quo Christus dixit oportere ut scandala existant.

40. Hactenus de Magnitudine & de Bonitate separatim ea diximus, quæ præparatoria hujus Tractationis videri possunt ; nunc agamus de pertinentibus ad utramque junctim. *Communia ergo Magnitudinis & Bonitatis* hîc sunt, quæ non ex sola bonitate, sed etiam ex Magnitudine, (id est sapientia & potentia) proficiscuntur : facit enim Magnitudo, ut Bonitas effectum suum consequatur. Et Bonitas refertur vel ad Creaturas in universum, vel speciatim ad intelligentes. Priore modo cum Magnitudine constituit providentiam in universo creando & gubernando ; posteriore justitiam in regendis speciatim substantiis ratione præditis.

41. Quia bonitatem Dei in creaturis sese generatim exerentem dirigit sapientia ; consequens est *providentiam divinam* sese ostendere in tota serie universi ;
dicen-

dicendumque Deum ex infinitis possibilibus seriebus rerum elegisse optimam; eamque adeò esse hanc ipsam quæ actu existit. Omnia enim in universo sunt Harmonica inter se, nec sapientissimus nisi omnibus perspectis decernit, atque adeò non nisi de toto. In partibus singulatim sumptis, Voluntas prævia esse potest, in toto decretoria intelligi debet.

42. Unde accuratè loquendo non opus est ordine Decretorum Divinorum; sed dici potest unicum tantum fuisse Decretum Dei, ut hæc scilicet series rerum ad existentiam perveniret; postquam scilicet omnia seriem ingredientia fuere considerata, & cum rebus alias series ingredientibus comparata.

43. Itaque etiam Decretum Dei est immutabile, quia omnes rationes quæ ei objici possunt jam in considerationem venere; sed hinc non alia oritur *Necessitas* quàm *consequentia*, seu quam *Hypotheticam* vocant, ex supposita scilicet prævisione & præordinatione; nulla autem subest necessitas *absoluta* seu *consequentis*; quia alius etiam rerum ordo possibilis erat, & in partibus, & in toto; Deusque contingentium seriem eligens, contingentiam eorum non mutavit.

44. Neque ob rerum certitudinem preces laboresque sunt inutiles ad obtinenda futura quæ desideramus. Nam in hujus seriei rerum, tanquam possibilis, repræsentatione apud Deum, antequam scilicet decerni intelligeretur, utique & preces in ea (si eligeretur) futuræ, & alia effectuum in ea comprehendendorum causæ inerant, & ad electionem seriei, adeoque & ad eventus in ea comprehensos, ut par erat, valuere. Et quæ nunc movent Deum ad agendum aut permittendum, jam tum eum moverunt ad decernendum quid acturus esset aut permissurus.

45. Atque hoc jam supra monuimus, res ex divina

vina

vina præscientia & providentia esse determinatas, non absolutè, seu quicquid agas aut non agas, sed per suas causas rationesque. Itaque sive quis preces, sive studium & laborem inutiles diceret, incideret in *Sophisma*, quod jam veteres *ignavum* appellabant. add. infrà §. 106. 107.

46. Sapientia autem infinita Omnipotentis, Bonitatis ejus immensæ junctæ, fecit, ut nihil potuerit fieri melius, omnibus computatis, quàm quod à Deo est factum; atque adeò, ut omnia sint perfectè harmonica, conspirèntque pulcherrimè inter se; causæ formales seu animæ cum causis materialibus seu corporibus; causæ efficientes seu naturales cum finalibus seu moralibus; regnum gratiæ cum regno naturæ.

47. Et proinde quotiescunque aliquid reprehensibile videtur in operibus Dei, judicandum est id nobis non satis nosci; & sapientem qui intelligeret, judicaturum, ne optari quidem posse meliora.

48. Unde porro sequitur nihil esse felicitus quàm tam bono Domino servire, atque adeò Deum super omnia esse amandum eique penitus confidendum.

49. Optimæ autem Seriei rerum (nempe hujus ipsius) eligendæ maxima Ratio fuit Christus *θεανθρωπος*, sed qui, quatenus Creatura est ad summum provecta, in ea Serie nobilissima contineri debebat, tanquam Universi creati pars, imò caput; cui omnis tandem potestas data est in cælo & in terra, in quo benedici debuerunt omnes gentes; per quem omnis creatura liberabitur à servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.

50. Hactenus de Providentia, nempe generali; porro Bonitas relata speciatim ad creaturas intelligentes, cum Sapientia conjuncta, *Justitiam* constituit, cujus summus gradus est *Sanctitas*. Itaque tam lato sensu *Justitia* non tantùm jus strictum, sed & æquitate,

tatem, atque adeò & misericordiam laudabilem comprehendit.

§ 1. Discerni autem justitia generatim sumpta potest in justitiam specialius sumptam & sanctitatem. *Justitia specialius sumpta* versatur circa bonum malumque physicum, aliorum nempe intelligentium; sanctitas circa bonum malumque morale.

§ 2. *Bona malaque physica* eveniunt tam in hac vita quam in futura. *In hac vita* multi queruntur in universum quòd humana natura tot malis exposita est, parum cogitantes magnam eorum partem ex culpa hominum fluere, & revera non satis gratè agnoscì divina in nos beneficia, magisque attentionem ad mala quam ad bona nostra verti.

§ 3. Aliis displicet inprimis quòd bona malaque physica non sunt distributa secundum bona malaque moralia, seu quòd sæpe bonis est malè, malis est benè.

§ 4. Ad has querelas duo responderi debent: unum, quod Apostolus attulit; non esse condignas afflictiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis; alterum, quod pulcherrimâ comparatione Christus ipse suggessit, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, fructum non feret.

§ 5. Itaque non tantum largè compensabuntur afflictiones, sed & inservient ad felicitatis augmentum; nec tantum profunt hæc mala, sed & requiruntur. add. §. 32.

§ 6. *Circa futuram vitam* gravior adhuc est difficultas: nam objicitur ibi quoque bona longè vinci à malis, quia pauci sunt electi. Origenes quidem æternam damnationem omnino sustulit; quidam veterum paucos saltem æternum damnandos credidèrè, quorum in numero fuit Prudentius; quibusdam placuit

ait omnem Christianum tandem salvatum iri, quorum aliquando inclinasse visus est Hieronymus.

57. Sed non est cur ad hæc paradoxa & rejicienda confugiamus : Vera responsio est, totam amplitudinem regni cælestis non esse ex nostra cognitione æstimandam : nam tanta esse potest beatorum per Divinam Visionem gloria, ut mala damnatorum omnium comparari huic bono non possint, & *Angelos beatos* credibili multitudine agnoscit Scriptura ; & *nam creaturarum Varietatem* ipsa nobis aperit natura, novis inventis illustrata ; quod facit ut commotius quàm Augustinus & alii veteres prævalentiam boni præ malo tueri possimus.

58. Nempe Tellus nostra non est nisi satellites Solis, & tot sunt Soles quot stellæ fixæ ; & credibile est maximum esse spatium trans omnes fixas : aque nihil prohibet, vel Soles, vel maximè regionem trans Soles habitari felicibus creaturis. Quoniam & planetæ esse possint aut fieri ad instar Paradisilices. In domo Patris nostri multas esse mansiones, in cælo beatorum propriè Christus dixit, quod Emireum vocant Theologi quidam, & trans sidera seu caelestes collocant, etsi nihil certi de loco beatorum affirmari possit : interim & in spectabili mundo multas creaturarum rationalium habitationes esse verisimile dicari potest, alias aliis feliciores.

59. Itaque argumentum à multitudine damnatorum non est fundatum nisi in ignorantia nostra, unâque responsione dissolvitur, quam supra innuimus ; omnia nobis perspecta forent, apparituum ne sperari quidem posse meliora quàm quæ fecit Deus. Denique etiam damnatorum ob perseverantem eorum malitiam perseverant : unde insignis Theologus Joh. Chrtius in eleganti libro de Statu damnatorum eos refutat, qui in futurâ vitâ peccata-pœnam demereri

mereri negant, quasi iustitia Deo essentialis cessare unquam posset.

60. Gravissimæ tandem sunt difficultates circa *Sanctitatem Dei*, seu circa perfectionem ad bona malâque moralia aliorum relatam, quæ eum amare virtutem, odisse vitium etiam in aliis facit, & ab omni peccati labe atque contagio quàm maximè remouet; & tamen passim sceleta regnant in medio potentissimi Dei imperio. Sed quicquid hoc est difficultatis, Divini luminis auxilio etiam in hac vita ita superatur, ut pii & Dei amantes sibi, quantum opus est, satisfacere possint.

61. *Obijcitur* nempe Deum nimis concurrere ad peccatum, hominem non satis. *Deum* autem *nimis concurrere ad malum morale* physicè & moraliter, voluntate & productivâ & permissivâ peccati.

62. Concursum morale locum habiturum observant, etsi Deus nihil conferret agendo ad peccatum, saltem dum permetteret seu non impediret cum posset.

63. Sed reverà Deum concurrere moraliter & physicè simul: quia non tantùm non impedit peccantes, sed etiam quodammodo adjuvat, vires ipsius occasionesque præstando. Unde phrasés Scripturæ Sacræ, quòd Deus induret incitèque malos.

64. Hinc quidam inferre audent Deum vel utroque, vel certè alterutro modo, peccati complicem, imò autorem esse; atque adeò divinam sanctitatem, justitiam, bonitatem evertunt.

65. Alii malunt divinam omniscientiam & omnipotentiam, verbo, magnitudinem, labofactare; tanquam aut nesciret minimève curaret mala, aut malorum torrenti obsistere non posset. Quæ Epicureorum, Manichæorumve sententia fuit; cui cognatum aliquid, etsi alio mitiore modo, docent Sociniani, qui

rectè quidem cavere volunt, ne divinam Sanctitatem polluant, sed non rectè alias Dei perfectiones deserunt.

66. Ut primum ad *Concursum Moralem permittentis* respondeamus, prosequendum est quod supra dicere cœpimus, permissionem peccati esse licitam, (seu moraliter possibilem) cum debita (seu moraliter necessaria) invenitur : scilicet cum non potest peccatum alienum impediri sine propria offensa, id est sine violatione ejus, quod quis aliis vel sibi debet. Exempli gratiâ miles in statione locatus, tempore præsertim periculoso, ab ea decedere non debet, ut duos amicos inter se duellum parantes à pugnando avertat. Add. supra §. 36. Deberi autem aliquid apud Deum intelligimus non humano more, sed *θεοπειρώς*, quando aliter suis perfectionibus derogaret.

67. Porro si Deus optimam Universi Seriem, (in qua peccatum intercurrit) non elegisset, admisisset aliquid pejus omni creaturarum peccato; nam propriæ perfectioni, & quod hinc sequitur, alienæ etiam, derogasset : divina enim perfectio à perfectissimo eligendo discedere non debet, cum minus bonum habeat rationem mali. Et tolleretur Deus, tollerentur omnia, si Deus vel laboraret impotentiâ, vel erraret intellectu, vel laboretur voluntate.

68. *Concursum ad peccatum Physicum* fecit ut Deum peccati causam autoremque constituerent quidam; ita malum Culpæ etiam objectum productivæ in Deo voluntatis foret : ubi maximè insultant nobis Epicurei & Manichæi. Sed hîc quoque Deus mentem illustrans suû est vindex in anima pia & veritatis studiosa. Explicabimus igitur quid sit Deum concurrere ad peccati materiale, seu quod in malo bonum est, non ad formale

69. Respondendum est scilicet, nihil quidem perfectionis & realitatis purè positivæ esse in creaturis earumque actibus bonis malisque, quod non Deo

b

de

debeatur ; sed imperfectionem actûs in privatione consistere , & oriri ab originali limitatione creaturarum , quam jam tum in statu puræ possibilitatis (id est in Regione Veritatum æternarum seu ideis Divino intellectui obversantibus) habent ex essentia sua : nam quod limitatione careret , non creatura , sed Deus foret. *Limitata* autem dicitur Creatura , quia limites seu terminos suæ magnitudinis , potentiæ , scientiæ , & cujuscunque perfectionis habet. Ita fundamentum mali est necessarium , sed ortus tamen contingens ; id est necessarium est ut mala sint *possibilia* , sed contingens est ut mala sint *actualia* : non contingens autem per harmoniam rerum à potentia transit ad actum , ob convenientiam cum optimâ rerum serie , cujus partem facit.

70. Quod autem de privativa mali constitutione , post Augustinum , Thomam , Lubinum , aliósque veteres & recentiores afferimus , quia multis vanum , aut certè perobscurum habetur ; ita declarabimus ex ipsa rerum natura , ut nihil solidius esse appareat : adhibentes in similitudinem sensibile quiddam & materiale , quod etiam in privativo consistit , cui *inertia corporum naturalis* nomen Keplerus , insignis naturæ indagator , imposuit.

71. Nimirum (ut facili exemplo utamur) cum flumen naves secum defert , velocitatem illis imprimi , sed ipsarum inertiam limitatam , ut quæ (cæteris paribus) oneratiore sunt , tardius ferantur. Ita fit ut celeritas sit à flumine , tarditas ab onere ; positivum à virtute impellentis , privativum ab inertiam impulsæ.

72. Eodem planè modo Deum dicendum est creaturis perfectionem tribuere , sed quæ receptivitate ipsarum limiteretur : ita bona erunt à Divino vigore , mala à torpore creaturæ.

73. Sic defectu attentionis sæpè errabit intellectus , defectu

defectu alacritatis sæpe refringetur voluntas ; quoties mens, cum ad Deum usque seu ad summum Bonum tendere debeat, per inertiam creaturis adhæret/cit.

74. Huc usque iis responsum est, qui Deum nimis ad malum concurrere putant : nunc illis satisfaciemus, qui *hominem* ajunt *concurrere non satis*, aut non satis culpabilem esse in peccando, ut scilicet rursus accusationem in Deum refundant. Id ergo probare contendunt Antagonistæ tum ex imbecillitate humanæ Naturæ, tum ex defectu divinæ gratiæ ad juvandam nostram naturam necessariæ. Itaque in Natura hominis spectabimus tum corruptionem, tum & reliquias imaginis divinæ ex statu integritatis.

75. *Corruptionis humana* considerabimus porrò tum ortum, tum & constitutionem. *Ortus* est tum à contagii propagatione. *Lapsus* spectanda est causa & natura.

76. *Causa Lapsus*, cur homo scilicet lapsus sit, sciente Deo, permittente, concurrente, non quærenda est in quâdam despoticâ Dei potestate, quasi justitia vel sanctitas attributum Dei non esset ; quod in effectu verum foret, si nulla apud eum juris & recti ratio haberetur.

77. Neque quærenda est lapsus causa in quâdam Dei ad bonum malumque, justum & injustum, indifferentiâ, quasi hæc ipse pro arbitrio constituisset ; quo posito sequeretur quidvis ab eo constitui posse, pari jure aut ratione, id est nullâ ; quod rursus omnem justitiæ atque etiâ sapientiæ laudem in nihilum redigeret, siquidem ille nullum delectum haberet in suis actionibus, aut delectus fundamentum.

78. Neque etiam voluntate quadam Deo afflictâ, minimè sanctâ, minimèque amabili, causa lapsus ponenda est : tanquam nihil aliud quàm magnitudinis suæ gloriam spectans, bonitatisque exors, cru-

deli misericordiâ miseros fecerit, ut essent quorum misereretur; & perversâ justitiâ peccantes voluerit, ut essent quos puniret; quæ omnia tyrannica & à verâ gloriâ perfectionéque alienissima sunt, cujus decus non tantùm ad magnitudinem, sed etiam ad bonitatem refertur.

79. Sed vera radix lapsûs est in imperfectione seu imbecillitate creaturarum originali, quæ faciebat ut peccatum optimæ seriei rerum possibili inesset, de quo supra. Unde jam factum est, ut lapsus, non obstante divinâ virtute & sapientiâ, rectè permitteretur, imò his salvis non posset non permitti.

80. *Natura lapsûs* non ita concipienda est cum Bailio, quasi Deus Adamum in pœnam peccati condemnaverit ad porrò peccandum cum posteritate, eique (exequendæ sententiæ causâ) peccaminositatem infuderit; cùm potius ipsâ vi primi peccati, velut physico nexu, consecuta sit peccaminositas, quemadmodum ex ebrietate multa alia peccata nascuntur.

81. Sequitur *Propagatio Contagii* à lapsu Protoplastorum orti, perveniens in animas posterorum. Ea non videtur commodiùs explicari posse quàm statuendo animas posterorum in Adamo jam fuisse infectas. Quod ut intelligatur rectiùs, sciendum est ex recentiorum observatis rationibusque apparere, animalium & plantarum formationem non prodire ex massa quadam confusa, sed ex corpore jam nonnihil præformato in semine latente, & dudum animato. Unde consequens est, vi benedictionis divinæ primævæ, omnium viventium rudimenta quædam organica, (& pro animalibus quidem, animalium licèt imperfectorum formâ) animasque quodammodo ipsas dudum in Protoplasto cujusque generis extitisse; quæ sub tempore omnia evolverentur. Sed animas animantiâque femininâ humanis corporibus destinatarum, cum cæteris animalculis seminalibus talem destinationem non habentibus

benibus, intra gradum naturæ sensitivæ substituisse dicendum est, donec per ultimam conceptionem à cæteris discernentur, simulque corpus organicum ad figuram humanam disponderetur, & anima ejus ad gradum rationalitatis (ordinariâ an extraordinariâ Dei operatione non definio) eveheretur.

82. Unde etiam apparet non statui quidem rationalitatis præexistentiam; censei tamen posse, in præ-existentibus præstabilita jam divinitus & præparata esse proditura aliquando, non organismum tantum humanum, sed & ipsam rationalitatem, signato, ut sic dicam, actu exercitum præveniente; simulque & corruptionem animæ, etsi nondum humanæ lapsu Adami inductam, postea accedente rationalitatis gradu, demum in peccaminositaris originalis vim transisse. Cæterum apparet ex novissimis inventis, à solo patre animans animamque esse, at à matre in conceptu velut indumentum, (ovuli formâ, ut arbitrantur,) incrementumque ad novi corporis organici perfectionem necessarium præberi.

83. Ita tolluntur difficultates, tum Philosophicæ de origine formarum & animarum, animæque immaterialitate, adeoque impartibilitate, quæ facit ut anima ex anima nasci non possit.

84. Tum Theologicæ de animarum corruptione, ne anima rationalis pura, vel præexistens, vel noviter creata, in massam corruptam, corrumpenda & ipsa, intrudi à Deo dicatur.

85. Erit ergo Tradux quidam, sed paulò tractabilior quàm ille quem Augustinus alique viri egregii statuerunt, non animæ ex anima (rejeetus veteribus, ut ex Prudentio patet, nec naturæ rerum consentaneus) sed animati ex animato.

86. Hactenus de *Causa*, nunc de *Natura & Constitutione corruptionis nostræ*: ea consistit in peccato Originali & derivativo. *Peccatum Originale* tantam

vim habet, ut homines reddat in naturalibus debiles, in spiritualibus mortuos ante regenerationem ; intellectu ad sensibilia, voluntate ad carnalia versis ; ita ut naturâ filii iræ simus.

87. Interim Bailio, aliisque adversariis divinam benignitatem impugnantibus, aut saltem per objectiones quasdam suas obnubilantibus, concedere non oportet, eos qui soli peccato originali obnoxii sine actuali ante sufficientem rationis usum moriuntur (veluti infantes ante baptismum & extra Ecclesiam decedentes) necessariò æternis flammis addici : tales enim clementiæ Creatoris relinqui præstat.

88. Quâ in re etiam Johannis Hulsemanni, Johannis Adami Osiandri, aliorumque nonnullorum insignium Augustanæ Confessionis Theologorum moderationem laudo, qui subinde huc inclinârunt.

89. Neque etiam extinctæ sunt penitus scintillæ imaginis divinæ, de quibus paulò post; sed per gratiam Dei prævenientem, etiam ad spiritualia rursus excitari possunt : ita tamen ut sola gratia conversionem operetur.

90. Sed nec originale peccatum corruptam generis humani massam à Dei benevolentia universali penitus alienam reddit. Nam nihilo-minus sic Deus dilexit mundum, licet in malo jacentem, ut Filium suum unigenitum pro hominibus daret.

91. *Peccatum Derivativum* duplex est, Actuale & Habituale, in quibus consistit exercitium corruptionis, ut scilicet hæc gradibus modificationibusque variet, varièque in actiones prorumpat.

92. Et *Actuale* quidem consistit tum in actionibus internis tantum, tum in actionibus compositis ex internis & externis ; & est tum commissionis, tum omissionis ; & tum culposum ex naturæ infirmitate, tum & malitiosum ex animi pravitate.

93. *Habituale* ex actionibus malis vel crebris vel certè

certè fortibus oritur, ob impressionum multitudinem vel magnitudinem. Et ita habitualis malitia aliquid originali corruptioni pravitatis addit.

94. Hæc tamen peccati servitus, etsi sese per omnem irrogeniti vitam diffundat, non eousque extendenda est, tanquam nullæ unquam irrogenitorum actiones sint verè virtuosæ, imò nullæ innocentes, sed semper formaliter peccaminosæ.

95. Possunt enim etiam irrogeniti in civilibus agere aliquando amore virtutis & boni publici, impulsuque rectæ rationis, imò & intuitu Dei, sine admistâ aliquâ pravâ intentione ambitionis, commodi privati, aut affectûs carnalis.

96. Semper tamen ex radice infectâ procedunt quæ agunt, & aliquid pravi (etsi interdum habitualiter tantùm) admiscetur.

97. Cæterum hæc corruptio depravatioque humana, quantacunque sit, non ideo tamen hominem excusabilem reddit, aut à culpâ eximit; tanquam non satis sponte liberèque agat; supersunt enim *reliquiæ divina imaginis*, quæ faciunt ut justitia Dei in puniendis peccatoribus salva maneat.

98. Reliquiæ divinæ imaginis consistunt tum in Lumine innato intellectûs, tum etiam in Libertate congenitâ voluntatis. Utrumque ad virtuosam vitiosamque actionem necessarium est, ut scilicet sciamus velimusque quæ agimus; & possimus etiam ab hoc peccato quod committimus abstinere, si modò satis studiû adhibeamus.

99. *Lumen innatum* consistit tum in Ideis incomplexis, tum in nascentibus inde notitiis complexis. Ita fit ut Deus & Lex Dei æterna inscribantur cordibus nostris, etsi negligentia hominum & affectibus sensualium sæpe obscurentur.

100. Probatur autem hoc Lumen contra quosdam nuperos Scriptores, tum ex Scriptura Sacra, quæ cor-

dibus

dibus nostris Legem Dei inscriptam testatur ; tum et ratione , quia Veritates necessariz ex solis principis menti insitis, non ex inductione sensuum , demonstrari possunt. Neque enim inductio singularium unquam necessitatem Universalem infert.

101. *Libertas* quoque in quantacumque humana corruptione salva manet , ita ut homo, etsi haud dubiè peccaturus sit, nunquam tamen necessariò committat hunc Actum peccandi quem committit.

102. *Libertas* exempta est tam à necessitate, quàm à coactione. *Necessitatem* non faciunt futuritio veritatum, nec præscientia & præordinatio Dei, nec prædispositio rerum.

103. Non *futuritio* ; licèt enim futurorum contingentium sit determinata veritas, certitudo tamen objectiva, seu infallibilis determinatio veritatis, quæ illis inest, minimè necessitati confundenda est.

104. *Nec præsentia aut præordinatio Dei necessitatem imponit*, licèt ipsa quoque sit infallibilis. Deus enim vidit res in serie possibilium ideali, quales futuræ erant, & in iis hominem liberè peccantem ; neque hujus seriei decernendo existentiam, mutavit rei naturam, aut quod contingens erat necessarium fecit.

105. Neque etiam *prædispositio rerum*, aut causarum series nocet libertati. Licèt enim nunquam quicquam eveniat, quin ejus ratio reddi possit, neque ulla unquam detur indifferentia æquilibrii, (quasi in substantia libera & extra eam omnia ad oppositum utrumque se æqualiter unquam haberent ;) cum potius semper sint quædam præparaciones in causa agente, concurrentibusque, quas aliqui prædeterminationes vocant : dicendum tamen est has determinationes esse tantùm inclinantes, non necessitantes, ita ut semper aliqua indifferentia sive contingentia sit salva. Nec tantus unquam in nobis affectus appetitûsve est, ut ex

eo actus necessario sequatur : nam quamdiu hominis mentis compos est, etiamsi vehementissime ab ira, à furi, vel simili causa stimuletur ; semper tamen aliqua ratio sistendi impetum reperiri potest, & aliquando vel sola sufficit cogitatio exercendæ suæ libertatis, & in affectus potestatis.

106. Itaque tantum abest ut Prædeterminatio seu prædispositio ex Causis, qualem diximus, necessitatem inducat contrariam contingentiae vel libertati aut moralitati : ut potius in hoc ipso distinguatur Fatum Mahometanum à Christiano, absurdum à rationali; quod Turcæ causas non curant, Christiani verò & quicumque sapiunt, effectum ex causa deducunt.

107. Turcæ scilicet, ut fama est (quanquam non omnes sic desipere putem) frustra pestem & alia mala evitari arbitrantur, idque eo prætextu quòd futura vel decreta eventura sint, *quicquid agas aut non agas*; quod falsum est : cum ratio dicet eum qui certò peste moriturus est, etiam certissime causas pestis non esse evitaturum. Nempe, ut rectè Germanico proverbio dicitur, mors vult habere causam. Idemque in aliis omnibus eventis locum habet. Add. suprà §. 45.

108. *Coactio* etiam non est in voluntariis actionibus : etsi enim externorum repræsentationes plurimum in mente nostra possint, actio tamen nostra voluntaria semper spontanea est, ita ut principium ejus sit in agente. Id quod per harmoniam inter corpus & animam ab initio à Deo præstabilitam, luculentius quàm hætenus explicatur.

109. Hucusque de Naturæ Humanæ imbecillitate actum est, nunc *de Gratia Divina Auxilio* dicendum erit, cujus defectum objiciunt Antagonistæ, ut rursus culpam ab homine transferant in Deum. Duplex autem concipi Gratia potest, una sufficiens Volenti, altera præstans ut velimus.

110. *Sufficientem Volenti Gratiam* nemini negari dicendum est. Facienti quod in se est non desore Gratiam necessariam vetus dictum est, nec Deus deserit nisi deserentem, ut post antiquiores notavit ipse Augustinus. Gratia hæc sufficiens est vel ordinaria per verbum & sacramenta; vel extraordinaria, Deo relinquenda, quali erga Paulum est usus.

111. Et si enim multi populi nunquam salutarem Christi doctrinam acceperint, nec credibile sit prædicationem ejus apud omnes quibus defuit irritam futuram fuisse, Christo ipso de Sodoma contrarium affirmante; non ideo tamen necesse est aut salvari aliquem sine Christo, aut damnari, etsi præstitisset quicquid per naturam potest. Neque enim nobis omnes viæ Dei exploratæ sunt, neque scimus an non aliquid extraordinariâ ratione præstetur vel morituris. Pro certo enim tenendum est, etiam Cornelii exemplo, si qui ponantur bene usi lumine quod acceperunt, eis datum iri lumen quo indigent, quod nondum acceperunt, etiamsi in ipso mortis articulo dandum esset.

112. Quemadmodum enim Theologi Augustinæ Confessionis fidem aliquam agnoscunt in fidelium infantibus baptismo ablutis, etsi nulla ejus appareant vestigia; ita nihil obstaret, Deum iis quales diximus, licet hæctenus non Christianis, in agone ipso lumen aliquod necessarium tribuere extra ordinem, quod per omnem vitam antea defuisset.

113. Itaque etiam *oi* $\xi\omega$, quibus sola prædicatione externa negata est, clementiæ justitiæque Creatoris relinquendi sunt; etsi nesciamus quibus aut quam fortè ratione Deus succurrat.

114. Sed cum saltem certum sit non omnibus dari ipsam *Volendi gratiam*, præsertim quæ felici fine coronetur; hic jam in Deo vel misanthropiam vel certè profopolepsiam arguunt adversarii veritatis, quod mis-

miseriam hominum procuret, quòdque non omnes salvet, cum possit, aut certè non eligat merentes.

115. Et sanè, si Deus maximam hominum partem ideo tantum creasset, ut æternâ eorum malitiâ misericordiâque justitiæ sibi gloriam vindicaret; neque bonitas in eo, neq; sapientia, neq; ipsa vera justitia laudari possent.

116. Et frustra regeritur, nos apud eum nihili, nec pluris quàm vermiculi apud nos esse; excusatio enim ista non minueret, sed auget duritatem; omni utique philanthropiâ sublatâ, si non magis Deus hominum curam gereret, quàm nos vermiculorum, quos curare nec possumus, nec volumus. Dei verò providentiam nihil exiguitate sua latet, aut multitudine confundit; passerculos alit, homines amat, illis de victu prospicit, his, quantum in se est, felicitatem parat.

117. Quòd si quis longiùs provectus contendere, tam solutam esse Dei potestatem, tam exortem regulæ gubernationem, ut innocentem quoque & quidem jure damnet; jam non appareret, aut quæ apud Deum foret justitia, aut quid à Malo Principio rerum potente distaret talis Universi Rector, cui etiam meritò *Misantrophia* & tyrannis tribueretur.

118. Hunc enim Deum timendum ob magnitudinem, sed non amandum ob bonitatem manifestum foret. Certe Tyrannicos actus non amorem sed odium excitare constat, quantacunque sit potentia in agente, imò tantò magis quantò hæc major est; etsi demonstrationes odii metu supprimantur.

119. Et homines talem Dominum colentes imitatione ejus à caritate ad duritiam crudelitatemque provocarentur. Itaque malè quidam prætextu absoluti in Deo juris talia ei acta tribuerunt, ut fateri cogerentur hominem, si sic ageret, pessimè facturum esse: quem admodum & nonnullis elapsum est, quæ in aliis prava sint, in Deo non fore, quia ipsi non sit lex posita.

120. Longè alia nos de Deo credere ratio, pietas, Deus jubent. Summa in illo Sapiencia, cum maxima Bonitate conjuncta, facit ut abundantissimè justitiæ, æquitatis, virtutisque leges servet; ut omnium curam habeat, sed maximè intelligentium creaturarum, quas ad imaginem condidit suam; & ut tantum felicitatis virtutisque producat, quantum capit optimum exemplar universi; vitium autem miseriamque non alia admittat, quàm quæ in optima serie admitti exigebatur.

121. Et licèt præ ipso Deo infinito nos nihili videamur; hoc ipsum tamen infinitæ ejus sapientiæ privilegium est, infinitè minora perfectissimè curare posse: quæ etsi nullâ assignabili ipsum proportionem respiciant, servant tamen inter se proportionalitatem exiguntque ordinem, quem Deus ipsis indit.

122. Eaque in re quodam modo Deum imitantur Geometræ per novam infinitesimorum analysin ex infinitè parvorum atque inassignabilium comparatione inter se, majora atque utiliora quàm quis crederet in ipsis magnitudinibus assignabilibus inferentes.

123. Nos igitur, rejectâ illâ odiosissimâ Misanthropiâ, tuemur meritò summam in Deo *Philanthropiam*, qui omnes ad veritatis agnitionem pervenire, omnes peccatis ad virtutem converti, omnes salvos fieri serio voluit; voluntatemque multiplicibus Gratia auxiliis declaravit. Quòd verò non semper facta sunt quæ hic voluit, utiq; repugnanti hominû malitiæ attribui debet.

124. At hanc, inquires, superare potuit summâ potentiâ suâ: Fateor, inquam; sed ut faceret, nullo jure obligabatur, neque id ratio aliunde ferebat.

125. Instabis: tantam benignitatem, quantam Deo meritò tribuimus, progressurâ fuisse ultra ea quæ præstare tenebatur; imò optimum Deum teneri ad optima præstanda; saltem ex ipsa bonitate naturæ suæ.

126. Hic ergo tandem, ad Summæ Satienciæ divi-

tis

tias cum Paulo recurrendum est, quæ utique passa non est, ut Deus vim ordini rerum naturisque sine lege mensuraque inferret, ut turbaretur harmonia universalis, ut alia ab optimâ rerum series eligeretur. In hac autem continebatur, ut omnes libertati, atque adeo quidam improbitati suæ relinquerentur; quod vel inde judicamus quia factum est. Add. §. 142.

127. Interim Philanthropia Dei universalis, seu voluntas salvandi omnes, ex Auxiliis ipsis elucet; quæ omnibus, etiam reprobis, sufficientia, imò per se abundanter præstita sunt, etsi in omnibus gratia victrix non sit.

128. Cæterum non video cur necesse sit gratiam, ubi effectum plenum consequitur, consequi eum semper suâ naturâ, seu esse per se effectricem; cum fieri queat ut eadem mensura gratiæ in uno ob repugnantiam vel circumstantias effectum non consequatur, quem in alio obtinet. Nec video quomodo vel ratione vel revelatione probari possit, gratiam victricem semper tantam esse, ut quantamcunque resistantiam, & quantamcunque circumstantiarum incongruentias esset superatura. Sapientis non est superfluas vires adhibere.

129. Non tamen nego aliquando evenire, ut Deus contra maxima obstacula, acerrimamque obstinationem Gratia illa triumphatrice utatur, ne de quoquam unquam desperandum putemus, etsi regula inde constitui non debeat.

130. Errant multo gravius, qui solis electis tribuunt gratiam, fidem, justificationem, regenerationem; tanquam (repugnante experienciâ) πρόσκαιροι omnes hypocritæ essent; nec à Baptismo, nec ab Eucharistia, & in universum nec à verbo nec à Sacramentis Spirituale juvamen accepturi; aut tanquam nullus electus semelque verè justificatus in crimen seu in peccatum proæreticum relabi posset; vel, ut alii malunt, tanquam

quam in mediis sceleribus gratiam regenerationis electus non amitteret. lidem à fideli certissimam finis fidei persuasionem exigere solent; vel negantes reprobis fidem imperari, vel statuentes falsum eos crederi juberi.

131. Sed hæc doctrina rigidiùs accepta, merè quidem arbitraria, nulloque fundamento nixa, & ab antiquæ Ecclesiæ sententiis, ipsoque Augustino planè aliena, in praxin influere, & vel temerariam futuræ salutis etiam in improbo persuasionem, vel anxiam de præsentè in gratiam receptione etiam in pio dubitationem, utramque non sine securitatis, aut desperationis periculo, generare posset: itaque post *Depositorium* hanc Particularismi speciem maximè dissuasurim.

132. Feliciter autem evenit, ut plurimi temperent tantæ tamque paradoxæ novitatis rigorem; & ut qui supersunt lubricæ adèò doctrinæ defensores, intra nudam theoriam subsistant, nec pravis ad praxin consequentiis indulgeant; dum pii inter eos, ut ex meliori dogmate par est, filiali timore, & plenâ amoris fiducia, salutem suam operantur.

133. Nos fidei, gratiæ, justificationisque præsentis certi esse possumus, quatenus conscii sumus eorum quæ nunc in nobis fiunt; futuræ autem perseverantiæ bonam spem habemus, sed curâ temperatam; movente Apostolo, ut qui stat videat ne cadat: sed electionis persuasionem remittere de studio pietatis, & futuræ pœnitentiæ confidere minimè debemus.

134. Hæc contra Misanthropiam Deo imputatam suffecerint: nunc ostendendum est, nec *Prolepsiam* jure exprobari Deo, tanquam scilicet Electio ejus ratione careret. Fundamentum Electionis Christus est, sed quod quidam minùs Christi participes fiunt, ipsorum finalis malitia in causa est, quam reprobandans prævidit Deus.

135. At hîc rursus quæritur cur diversa auxilia, vel interna, vel certè externa, diversis data sint, quæ in uno vincant malitiam, in alio vincantur? Ubi sententiarum divortia nata sunt: nonnullis enim visum est Deum minùs malos, aut certè minùs restituros magis juvisse; aliis placet, æquale auxilium in his plus effecisse; alii contra nolunt hominem quodammodo se discernere apud Deum, prærogativa naturæ melioris, aut certè minùs malæ.

136. Equidem indubium est, in rationes eligendi apud Sapientem ingredi considerationem qualitarum objecti. Non tamen semper ipsa absolutè sumta objecti præsentia rationem eligendi facit, sed sæpe convenientia rei ad certum finem in certa rerum hypothesis magis spectatur.

137. Ita fieri potest, ut in stuctura vel in ornatu non eligatur lapis pulcherrimus, aut pretiosissimus, sed qui locum vacantem optimè implet.

138. Tutissimum autem est statuere omnes homines, cùm sint spiritualiter mortui, æqualiter esse, at non similiter malos. Itaque pravis inclinationibus different, evenietque ut præferantur, qui per seriem rerum circumstantiis favorabilioribus obijciuntur; in quibus minorem (certè in exitu) exerendæ peculiaris pravitatis, majorem recipiendæ gratiæ congruæ occasionem invenêre.

139. Itaque nostri quoque Theologi, experientiam secuti, in externis certè salutis auxiliis, etiam cùm æqualis esset interna gratia, agnoverunt differentiam hominum insignem, & in circumstantiarum extranearum nos afficientium œconomia confugiunt ad *Bd00s* Pauli; dum forte nascendi, educationis, conversationis, vitæ generis, casuumque fortuitarum, sæpe homines aut pervertuntur aut emendantur.

140. Ita fit ut præter Christum, & prævisam status salu-

salutaris ultimam perseverantiam qua ipsi adhæretur, nullum Electionis aut dandæ fidei fundamentum nobis innotescat, nulla regula constitui debeat, cujus applicatio à nobis agnosci queat, per quam scilicet homines aut blandiri sibi aut insultare aliis possint.

141. Nam interdum inolitam prævitatem summamque resistendi obstinationem vincit Deus, ne quisquam de misericordia desperet, quod de se Paulus innuit; interdum diu boni in medio cursu deficiunt, ne quis sibi nimium fidat; plerumque tamen ii, quorum minor est reluctandi pravitas & majus studium veri bonique, majorem divinæ gratiæ fructum sentiunt; ne quis ad salutem nihil interesse putet, quomodo se homines gerant. Add. §. 112.

142. Ipsum autem *Báthos* in Divinæ sapientiæ thesauris, vel in Deo abscondito, & [quod eodem redit] in universali rerum harmonia latet; quæ fecit ut hæc series Universi, complexa eventus quos miramur, judicia quæ adoramus, optima præferendaque omnibus à Deo judicaretur. Add. §. 126.

143. Theatrum mundi corporei magis magisque ipso naturæ Lumine in hac vita elegantiam suam nobis ostendit, dum Systemata Macrocosmi & Microcosmi recentiorum inventis aperiri cœpère.

144. Sed pars rerum præstantissima, Civitas Dei, spectaculum est cujus ad pulchritudinem noscendam aliquando demum illustrati Divinæ gloriæ lumine propius admitteremur. Nunc enim solis fidei oculis, id est Divinæ perfectionis certissimâ fiduciâ attingi potest: ubi quanto magis non tantum potentiam & sapientiam, sed & bonitatem Supremæ, Mentis exerceri intelligimus, eò magis incalescimus amore Dei, & ad imitationem quandam divinæ bonitatis justitiæque inflammamur.

Causæ
& Bonitate

Creæ
Earumq;

Principiis circa Magnitudinem & Bonitatem *invenitur*, vide

Bonitatem
perficit Volu
ubi agitur di

Volendi ratione
id est Bone & Male,
ejusque

que

Divisio

23.

Homin
fatis,

Gratia, 109.
quæ est

ta vel futura, 51-59.

1, 76-78.
inim, 79.

osteros, ubi
inimæ, 81-85.

i quaestio quatenus
84-90.

Actuali, 92.

Factuali, 93-96.

98-100.
quæ non est sublata,
satisfit) 101-108.

inaria, 110.

aordinaria, 111-113.

ubi de gratia Dei per se victrice

32
fal
nu
no
ap

Dei tractatio principalis Circa Magnitudinem
in *junctim*, 40. quoad

hcturas intelligentes
ie Regimen, 50. ubi DEI

Sanctitas circa bonum malumque
Morale, 60, 61; Cui obijcitur

Concurrere non
ii 74. ob defectum

Deum nimis concurrere ad peccatum seu ad malum morale, 61-65.

Nature, in qua spectari debent

Moraliter, saltem permittendo, sed hoc ostenditur fieri propter necessitatem Moralem superiorem, 66-67. *Physicè* etiam cooperando, sed hoc ostenditur fieri quoad bonitatem involutam in malo, 68-73.

Sufficiens Volenti, data omnibus; gradu ulteriore non negato iis qui bene usi sunt gradu dato, etique

beneficii Dei

reliquia integritatis, 98.

Corruptio, 75. ejusque

Constitutio in peccato.

Causa à lapsu proto-plastorum, cujus,

Lumine intellectus, Libertate Voluntatis (ubi objectionibus)

Originali, (ubidamnet), Derivativo, 91.

Causa { Deum quoad { Hom Constitutio, 80 Propagatio in p de Origine ar

Ord

11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100





Digitized by Google

